$$(L-M)\gamma'\gamma'+(L-N)\gamma''\gamma'' = L-C,$$
$$(L-M)\alpha'\beta'+(L-N)\alpha''\beta'' = L\cos\nu-c.$$

Multiplicirt man die ersten beiden Gleichungen und die letzten beiden Gleichungen mit einander, so giebt die Differenz beider Producte

$$(L-M)(L-N)(\beta'\gamma''-\beta''\gamma')(\gamma'\alpha''-\gamma''\alpha')$$
$$= (L\cos\lambda-a)(L\cos\mu-b)-(L-C)(L\cos\nu-c),$$

---

*) Wie nach Fixirung des Zeichens einer der Wurzelgrössen die Zeichen der beiden andern zu bestimmen sind, lehren die Gleichungen (X.). W.

und auf diese Weise erhält man die 9 Gleichungen:

$$
\text{(X.)}\begin{cases}
1)\ (\beta'\gamma''-\beta''\gamma')(\gamma'\alpha''-\gamma''\alpha') = \dfrac{(L\cos\lambda-a)(L\cos\mu-b)-(L-C)(L\cos\nu-c)}{(L-M)(L-N)}, \\
2)\ (\gamma'\alpha''-\gamma''\alpha')(\alpha'\beta''-\alpha''\beta') = \dfrac{(L\cos\mu-b)(L\cos\nu-c)-(L-A)(L\cos\lambda-a)}{(L-M)(L-N)}, \\
3)\ (\alpha'\beta''-\alpha''\beta')(\beta'\gamma''-\beta''\gamma') = \dfrac{(L\cos\nu-c)(L\cos\lambda-a)-(L-B)(L\cos\mu-b)}{(L-M)(L-N)}, \\
4)\ (\beta''\gamma-\beta\gamma'')(\gamma''\alpha-\gamma\alpha'') = \dfrac{(M\cos\lambda-a)(M\cos\mu-b)-(M-C)(M\cos\nu-c)}{(M-L)(M-N)}, \\
5)\ (\gamma''\alpha-\gamma\alpha'')(\alpha''\beta-\alpha\beta'') = \dfrac{(M\cos\mu-b)(M\cos\nu-c)-(M-A)(M\cos\lambda-a)}{(M-L)(M-N)}, \\
6)\ (\alpha''\beta-\alpha\beta'')(\beta''\gamma-\beta\gamma'') = \dfrac{(M\cos\nu-c)(M\cos\lambda-a)-(M-B)(M\cos\mu-b)}{(M-L)(M-N)}, \\
7)\ (\beta\gamma'-\beta'\gamma)(\gamma\alpha'-\gamma'\alpha) = \dfrac{(N\cos\lambda-a)(N\cos\mu-b)-(N-C)(N\cos\nu-c)}{(N-L)(N-M)}, \\
8)\ (\gamma\alpha'-\gamma'\alpha)(\alpha\beta'-\alpha'\beta) = \dfrac{(N\cos\mu-b)(N\cos\nu-c)-(N-A)(N\cos\lambda-a)}{(N-L)(N-M)}, \\
9)\ (\alpha\beta'-\alpha'\beta)(\beta\gamma'-\beta'\gamma) = \dfrac{(N\cos\nu-c)(N\cos\lambda-a)-(N-B)(N\cos\mu-b)}{(N-L)(N-M)}.
\end{cases}
$$

Die Vergleichung der Formeln (IX.) und (X.) kann ebenfalls zu der Gleichung (VIII.) führen.

10.

Ist das ursprüngliche Coordinatensystem ein rechtwinkliges, so wird $\cos\lambda = 0$, $\cos\mu = 0$, $\cos\nu = 0$, und die Gleichung (VIII'.) wird, da für diesen Fall $\Pi = 1$:

$$
\begin{gathered}
x^3 - x^2(A+B+C) + x(AB+BC+CA-aa-bb-cc) \\
-ABC+Aaa+Bbb+Ccc-2abc = 0.
\end{gathered}
$$

Ist das ursprüngliche System ein conjugirtes, so ist $a=0$, $b=0$, $c=0$, und die Gleichung (VIII'.) wird:

$$
\begin{gathered}
\Pi\Pi x^3 - x^2(A\sin\lambda\sin\lambda + B\sin\mu\sin\mu + C\sin\nu\sin\nu) \\
+x(AB+BC+CA)-ABC = 0,
\end{gathered}
$$

welche beide Gleichungen schon sonst gegeben sind.

Königsberg, im Mai 1827.



DE

SINGULARI QUADAM DUPLICIS INTEGRALIS TRANSFORMATIONE.

AUCTORE

DR. C. G. J. JACOBI.
REGIOM.

Crelle Journal für die reine und angewandte Mathematik, Bd. 2. p. 234—242.

DE SINGULARI QUADAM DUPLICIS INTEGRALIS TRANSFORMATIONE.

1.

Celeberrima illa dissertatio Gaussiana inscripta *„Determinatio attractionis etc.“*, quae in Commentariis Soc. Gott. legitur, in eo maxime versatur, ut expressio data

$$\frac{dE}{\sqrt{(A-a\cos E)^2+(B-b\sin E)^2+CC}}$$

in formam simpliciorem redigatur hanc:

$$\frac{dP}{\sqrt{G+G'\cos^2 P+G''\sin^2 P}},$$

id quod fieri a Cl°. autore demonstratur per substitutionem factam:

$$\cos E = \frac{\alpha+\alpha'\cos P+\alpha''\sin P}{\gamma+\gamma'\cos P+\gamma''\sin P},$$

$$\sin E = \frac{\beta+\beta'\cos P+\beta''\sin P}{\gamma+\gamma'\cos P+\gamma''\sin P},$$

novem coefficientibus rite determinatis. Dum egregiae illi commentationi identidem incumbebam, non fugit me, eandem fere analysin ad duplicis Integralis cuiusdam insignem transformationem adhiberi posse, quam communicare cum geometris eo minus dubito, quod duplicium Integralium theoria adhuc valde iacet.

2.

Ponatur enim

$$\begin{aligned} e = {} & a+a'\cos^2\psi+a''\sin^2\psi\cos^2\varphi+a'''\sin^2\psi\sin^2\varphi \\ & +2b'\cos\psi+2b''\sin\psi\cos\varphi+2b'''\sin\psi\sin\varphi \\ & +2c'\sin^2\psi\cos\varphi\sin\varphi+2c''\cos\psi\sin\psi\sin\varphi+2c'''\cos\psi\sin\psi\cos\varphi, \end{aligned}$$

quam expressionem praeter terminum constantem terminos $\cos\psi$, $\sin\psi\cos\varphi$, $\sin\psi\sin\varphi$ eorundem quadrata et producta binorum continere videmus. Jam probabo, expressionem

$$\iint \frac{\sin\psi\, d\psi\, d\varphi}{e}$$

transformari posse in simpliciorem hanc:

$$\iint \frac{\sin P\, dP\, d\vartheta}{G+G'\cos^2 P+G''\sin^2 P\cos^2\vartheta+G'''\sin^2 P\sin^2\vartheta},$$

idque per substitutionem:

$$\cos P = \frac{\alpha+\alpha'\cos\psi+\alpha''\sin\psi\cos\varphi+\alpha'''\sin\psi\sin\varphi}{\delta+\delta'\cos\psi+\delta''\sin\psi\cos\varphi+\delta'''\sin\psi\sin\varphi},$$
$$\sin P\cos\vartheta = \frac{\beta+\beta'\cos\psi+\beta''\sin\psi\cos\varphi+\beta'''\sin\psi\sin\varphi}{\delta+\delta'\cos\psi+\delta''\sin\psi\cos\varphi+\delta'''\sin\psi\sin\varphi},$$
$$\sin P\sin\vartheta = \frac{\gamma+\gamma'\cos\psi+\gamma''\sin\psi\cos\varphi+\gamma'''\sin\psi\sin\varphi}{\delta+\delta'\cos\psi+\delta''\sin\psi\cos\varphi+\delta'''\sin\psi\sin\varphi},$$

sedecim coefficientibus rite determinatis. Quarum determinationem, sicuti quantitatum G, G', G'', G''', iam aggrediamur.

3.

Quia

$$\cos^2 P+\sin^2 P\cos^2\vartheta+\sin^2 P\sin^2\vartheta = 1,$$

expressio

$$\begin{aligned}&(\alpha+\alpha'\cos\psi+\alpha''\sin\psi\cos\varphi+\alpha'''\sin\psi\sin\varphi)^2\\ +&(\beta+\beta'\cos\psi+\beta''\sin\psi\cos\varphi+\beta'''\sin\psi\sin\varphi)^2\\ +&(\gamma+\gamma'\cos\psi+\gamma''\sin\psi\cos\varphi+\gamma'''\sin\psi\sin\varphi)^2\\ -&(\delta+\delta'\cos\psi+\delta''\sin\psi\cos\varphi+\delta'''\sin\psi\sin\varphi)^2\end{aligned}$$

evanescat necesse est, unde quia

$$\cos^2\psi+\sin^2\psi\cos^2\varphi+\sin^2\psi\sin^2\varphi = 1,$$

ut cum Cl°. Gauss ratiocinemur, induere ea debet hanc formam:

$$k(\cos^2\psi+\sin^2\psi\cos^2\varphi+\sin^2\psi\sin^2\varphi-1).$$

Hinc nanciscimur decem aequationes conditionales has:

$$(\text{I.})\quad\left\{\begin{aligned}
\alpha\alpha+\beta\beta+\gamma\gamma-\delta\delta &= -k,\\
\alpha'\alpha'+\beta'\beta'+\gamma'\gamma'-\delta'\delta' &= k,\\
\alpha''\alpha''+\beta''\beta''+\gamma''\gamma''-\delta''\delta'' &= k,\\
\alpha'''\alpha'''+\beta'''\beta'''+\gamma'''\gamma'''-\delta'''\delta''' &= k,\\[4pt]
\alpha\alpha'+\beta\beta'+\gamma\gamma'-\delta\delta' &= 0,\\
\alpha\alpha''+\beta\beta''+\gamma\gamma''-\delta\delta'' &= 0,\\
\alpha\alpha'''+\beta\beta'''+\gamma\gamma'''-\delta\delta''' &= 0,\\[4pt]
\alpha''\alpha'''+\beta''\beta'''+\gamma''\gamma'''-\delta''\delta''' &= 0,\\
\alpha'''\alpha'+\beta'''\beta'+\gamma'''\gamma'-\delta'''\delta' &= 0,\\
\alpha'\alpha''+\beta'\beta''+\gamma'\gamma''-\delta'\delta'' &= 0.
\end{aligned}\right.$$

Quia sedecim coefficientes in quantitatem arbitrariam duci possunt, ipsam k ex arbitrio accipere licet.

4.

Ponamus porro, expressionem:

$$\begin{aligned}
&G'\ (\alpha+\alpha'\cos\psi+\alpha''\sin\psi\cos\varphi+\alpha'''\sin\psi\sin\varphi)^2\\
+&G''\,(\beta+\beta'\cos\psi+\beta''\sin\psi\cos\varphi+\beta'''\sin\psi\sin\varphi)^2\\
+&G'''(\gamma+\gamma'\cos\psi+\gamma''\sin\psi\cos\varphi+\gamma'''\sin\psi\sin\varphi)^2\\
+&G\ \ (\delta+\delta'\cos\psi+\delta''\sin\psi\cos\varphi+\delta'''\sin\psi\sin\varphi)^2\\
=&(G+G'\cos^2 P+G''\sin^2 P\cos^2\vartheta+G'''\sin^2 P\sin^2\vartheta)\\
\times&(\delta+\delta'\cos\psi+\delta''\sin\psi\cos\varphi+\delta'''\sin\psi\sin\varphi)^2
\end{aligned}$$

abire in expressionem ke.

Hinc aequationibus satisfieri debet decem hisce:

$$(\text{II.})\quad\left\{\begin{aligned}
&G'\alpha\alpha\ \ \ +G''\beta\beta\ \ \ +G'''\gamma\gamma\ \ \ +G\delta\delta\ \ \ = ak,\\
&G'\alpha'\alpha'\ \ +G''\beta'\beta'\ \ +G'''\gamma'\gamma'\ \ +G\delta'\delta'\ \ = a'k,\\
&G'\alpha''\alpha''\ +G''\beta''\beta''\ +G'''\gamma''\gamma''\ +G\delta''\delta''\ = a''k,\\
&G'\alpha'''\alpha'''+G''\beta'''\beta'''+G'''\gamma'''\gamma'''+G\delta'''\delta''' = a'''k,\\[4pt]
&G'\alpha\alpha'\ +G''\beta\beta'\ +G'''\gamma\gamma'\ +G\delta\delta'\ = b'k,\\
&G'\alpha\alpha''\ +G''\beta\beta''\ +G'''\gamma\gamma''\ +G\delta\delta''\ = b''k,\\
&G'\alpha\alpha'''+G''\beta\beta'''+G'''\gamma\gamma'''+G\delta\delta''' = b'''k,\\[4pt]
&G'\alpha''\alpha'''+G''\beta''\beta'''+G'''\gamma''\gamma'''+G\delta''\delta''' = c'k,\\
&G'\alpha'''\alpha'\ +G''\beta'''\beta'\ +G'''\gamma'''\gamma'\ +G\delta'''\delta'\ = c''k,\\
&G'\alpha'\alpha''\ \ +G''\beta'\beta''\ \ +G'''\gamma'\gamma''\ \ +G\delta'\delta''\ \ = c'''k.
\end{aligned}\right.$$

Per aequationes viginti (I.) et (II.) generaliter loquendo et sedecim coefficientes α, β, γ etc. et quatuor quantitates G, G', G'', G''' determinatae sunt. Adnotandum insuper, aequationes (I.) ex aequationibus (II.) derivari, positis

$$G'=G''=G'''=1,\quad G=-1;$$
$$a'=a''=a'''=1,\quad a=-1;\qquad b'=b''=b'''=c'=c''=c'''=0.$$

Quibus positis de formulis, quaecunque de aequationibus (II.) demanant, earum similes derivare licet. Idem, ut in re simili, monuimus in commentatione de axibus principalibus superficierum secundi ordinis.

5.

Dato systemate aequationum:

$$\begin{aligned}
\alpha u + \beta x + \gamma y + \delta z &= m,\\
\alpha' u + \beta' x + \gamma' y + \delta' z &= m',\\
\alpha'' u + \beta'' x + \gamma'' y + \delta'' z &= m'',\\
\alpha''' u + \beta''' x + \gamma''' y + \delta''' z &= m''',
\end{aligned}$$

ponamus earum resolutione erui:

$$\begin{aligned}
Am + A'm' + A''m'' + A'''m''' &= u,\\
Bm + B'm' + B''m'' + B'''m''' &= x,\\
Cm + C'm' + C''m'' + C'''m''' &= y,\\
Dm + D'm' + D''m'' + D'''m''' &= z.
\end{aligned}$$

Valores sedecim quantitatum A, B, etc. supprimimus eorum causa; in libris algebraicis passim traduntur, et algorithmus, cuius ope hodie abunde notus est. His positis, ubi ex aequationibus (II.) sel quentes:

$$\begin{aligned}
\alpha . G'\alpha + \beta . G''\beta + \gamma . G'''\gamma + \delta . G\delta &= ak,\\
\alpha' . G'\alpha + \beta' . G''\beta + \gamma' . G'''\gamma + \delta' . G\delta &= b'k,\\
\alpha'' . G'\alpha + \beta'' . G''\beta + \gamma'' . G'''\gamma + \delta'' . G\delta &= b''k,\\
\alpha''' . G'\alpha + \beta''' . G''\beta + \gamma''' . G'''\gamma + \delta''' . G\delta &= b'''k,
\end{aligned}$$

earum resolutione nanciscimur:

$$\text{(III.)}\quad \left\{\begin{aligned}
k(Aa + A'b' + A''b'' + A'''b''') &= G'\alpha,\\
k(Ba + B'b' + B''b'' + B'''b''') &= G''\beta,\\
k(Ca + C'b' + C''b'' + C'''b''') &= G'''\gamma,\\
k(Da + D'b' + D''b'' + D'''b''') &= G\delta.\\
&\text{Eodem modo obtinetur:}\\
k(Ab' + A'a' + A''c''' + A'''c'') &= G'\alpha',\\
k(Bb' + B'a' + B''c''' + B'''c'') &= G''\beta',\\
k(Cb' + C'a' + C''c''' + C'''c'') &= G'''\gamma',\\
k(Db' + D'a' + D''c''' + D'''c'') &= G\delta'.\\
k(Ab'' + A'c''' + A''a'' + A'''c') &= G'\alpha'',\\
k(Bb'' + B'c''' + B''a'' + B'''c') &= G''\beta'',\\
k(Cb'' + C'c''' + C''a'' + C'''c') &= G'''\gamma'',\\
k(Db'' + D'c''' + D''a'' + D'''c') &= G\delta''.\\
k(Ab''' + A'c'' + A''c' + A'''a''') &= G'\alpha''',\\
k(Bb''' + B'c'' + B''c' + B'''a''') &= G''\beta''',\\
k(Cb''' + C'c'' + C''c' + C'''a''') &= G'''\gamma''',\\
k(Db''' + D'c'' + D''c' + D'''a''') &= G\delta'''.
\end{aligned}\right.$$

Ex his aequationibus modo dicto aliae derivantur, quae aequationibus (I.) respondent, sequentes:

$$\text{(IV.)}\quad \begin{cases} \alpha = -kA, & \alpha' = kA', & \alpha'' = kA'', & \alpha''' = kA''', \\ \beta = -kB, & \beta' = kB', & \beta'' = kB'', & \beta''' = kB''', \\ \gamma = -kC, & \gamma' = kC', & \gamma'' = kC'', & \gamma''' = kC''', \\ \delta = kD, & \delta' = -kD', & \delta'' = -kD'', & \delta''' = -kD'''. \end{cases}$$

6.

Utrisque aequationibus combinatis, statim prodeunt haec quatuor aequationum systemata:

$$\text{(V.)}\quad \begin{cases} 1) & 0 = A(a+G') & +A'b' & +A''b'' & +A'''b''', \\ & 0 = Ab' & +A'(a'-G') & +A''c''' & +A'''c'', \\ & 0 = Ab'' & +A'c''' & +A''(a''-G') & +A'''c', \\ & 0 = Ab''' & +A'c'' & +A''c' & +A'''(a'''-G'), \\ 2) & 0 = B(a+G'') & +B'b' & +B''b'' & +B'''b''', \\ & 0 = Bb' & +B'(a'-G'') & +B''c''' & +B'''c'', \\ & 0 = Bb'' & +B'c''' & +B''(a''-G'') & +B'''c', \\ & 0 = Bb''' & +B'c'' & +B''c' & +B'''(a'''-G''), \\ 3) & 0 = C(a+G''') & +C'b' & +C''b'' & +C'''b''', \\ & 0 = Cb' & +C'(a'-G''') & +C''c''' & +C'''c'', \\ & 0 = Cb'' & +C'c''' & +C''(a''-G''') & +C'''c', \\ & 0 = Cb''' & +C'c'' & +C''c' & +C'''(a'''-G'''), \\ 4) & 0 = D(a-G) & +D'b' & +D''b'' & +D'''b''', \\ & 0 = Db' & +D'(a'+G) & +D''c''' & +D'''c'', \\ & 0 = Db'' & +D'c''' & +D''(a''+G) & +D'''c', \\ & 0 = Db''' & +D'c'' & +D''c' & +D'''(a'''+G). \end{cases}$$

Ex eliminatione quantitatum A, A', A'', A''' e primo systemate obtinetur aequatio, per quam G' datam esse censeri debet; simili modo e secundo, tertio, quarto systemate eliminatis resp. B, B', B'', B'''; C, C', C'', C'''; D, D', D'', D''' obtinentur aequationes, per quas resp. G'', G''', G datas esse videmus. Primo autem intuitu quatuor systematum apparet, omnes eas aequationes respectu quantitatum G, $-G'$, $-G''$, $-G'''$ omnino easdem fore, ita ut, si una aliqua e quantitatibus G, $-G'$, $-G''$, $-G'''$ per x denotetur, una eademque aequatio inter x et quantitates datas omnes illas quatuor quantitates G, $-G'$,

$-G''$, $-G'''$ tamquam radices exhibitura sit. Fit illa, eliminationis negotio rite instituto:

$$\text{(VI.)}\quad \begin{cases} 0 = (a-x)(a'+x)(a''+x)(a'''+x) \\ \quad -(a-x)(a'+x)c'c'-(a-x)(a''+x)c''c''-(a-x)(a'''+x)c'''c''' \\ \quad -(a''+x)(a'''+x)b'b'-(a'''+x)(a'+x)b''b''-(a'+x)(a''+x)b'''b''' \\ \quad +2c'c''c'''(a-x)+2c'b''b'''(a'+x)+2c''b'''b'(a''+x)+2c'''b'b''(a'''+x) \\ \quad +b'b'c'c'+b''b''c''c''+b'''b'''c'''c'''-2b'b''c'c''-2b''b'''c''c'''-2b'''b'c'''c'. \end{cases}$$

Naturam huius aequationis biquadraticae altius indagandi gravissimum negotium ulteriori ea de re disquisitioni reservamus.

7.

Inter sedecim quantitates α, β, etc. et sedecim, quae ex iis derivantur, A, A', etc. plurimae intercedunt relationes perelegantes, quae cum analystis ex iis, quae Laplace*), Vandermonde**) in commentariis academiae Parisiensis A. 1772. p. II., Gauss in disquis. arithm. sectio V., J. Binet***) in vol. IX. diariorum instituti polytechnici Parisiensis, aliique tradiderunt, satis notae sint, paucas tantum referam, quae casu nostro speciali ope aequationum (IV.) facile ex iis derivantur. Primo adnotabo decem sequentes, aequationum (I.) similes:

$$\text{(VII.)}\quad \begin{cases} -\alpha\alpha+\alpha'\alpha'+\alpha''\alpha''+\alpha'''\alpha''' = k, \\ -\beta\beta+\beta'\beta'+\beta''\beta''+\beta'''\beta''' = k, \\ -\gamma\gamma+\gamma'\gamma'+\gamma''\gamma''+\gamma'''\gamma''' = k, \\ -\delta\delta+\delta'\delta'+\delta''\delta''+\delta'''\delta''' = -k, \\ -\alpha\beta+\alpha'\beta'+\alpha''\beta''+\alpha'''\beta''' = 0, \\ -\alpha\gamma+\alpha'\gamma'+\alpha''\gamma''+\alpha'''\gamma''' = 0, \\ -\alpha\delta+\alpha'\delta'+\alpha''\delta''+\alpha'''\delta''' = 0, \\ -\beta\gamma+\beta'\gamma'+\beta''\gamma''+\beta'''\gamma''' = 0, \\ -\gamma\delta+\gamma'\delta'+\gamma''\delta''+\gamma'''\delta''' = 0, \\ -\delta\beta+\delta'\beta'+\delta''\beta''+\delta'''\beta''' = 0. \end{cases}$$

Deinde probari possunt aequationes sequentes octodecim:

---

*) Recherches sur le calcul intégral sur le système du monde, pg. 294—304.

**) Mémoire sur l'élimination, pg. 516. sqq.

***) Mémoire sur un système de formules analytiques etc.

$$\text{(VIII.)}\quad\left\{\begin{array}{ll}
\alpha\beta'-\alpha'\beta=-(\gamma''\delta'''-\gamma'''\delta'')\varepsilon, & \alpha'\beta''-\alpha''\beta'=(\gamma\delta'''-\gamma'''\delta)\varepsilon,\\
\alpha\beta''-\alpha''\beta=-(\gamma'''\delta'-\gamma'\delta''')\varepsilon, & \alpha''\beta'''-\alpha'''\beta''=(\gamma\delta'-\gamma'\delta)\varepsilon,\\
\alpha\beta'''-\alpha'''\beta=-(\gamma'\delta''-\gamma''\delta')\varepsilon, & \alpha'''\beta'-\alpha'\beta'''=(\gamma\delta''-\gamma''\delta)\varepsilon,\\[1ex]
\alpha\gamma'-\alpha'\gamma=-(\delta''\beta'''-\delta'''\beta'')\varepsilon, & \alpha'\gamma''-\alpha''\gamma'=(\delta\beta'''-\delta'''\beta)\varepsilon,\\
\alpha\gamma''-\alpha''\gamma=-(\delta'''\beta'-\delta'\beta''')\varepsilon, & \alpha''\gamma'''-\alpha'''\gamma''=(\delta\beta'-\delta'\beta)\varepsilon,\\
\alpha\gamma'''-\alpha'''\gamma=-(\delta'\beta''-\delta''\beta')\varepsilon, & \alpha'''\gamma'-\alpha'\gamma'''=(\delta\beta''-\delta''\beta)\varepsilon,\\[1ex]
\alpha\delta'-\alpha'\delta=(\beta''\gamma'''-\beta'''\gamma'')\varepsilon, & \alpha'\delta''-\alpha''\delta'=-(\beta\gamma'''-\beta'''\gamma)\varepsilon,\\
\alpha\delta''-\alpha''\delta=(\beta'''\gamma'-\beta'\gamma''')\varepsilon, & \alpha''\delta'''-\alpha'''\delta''=-(\beta\gamma'-\beta'\gamma)\varepsilon,\\
\alpha\delta'''-\alpha'''\delta=(\beta'\gamma''-\beta''\gamma')\varepsilon, & \alpha'''\delta'-\alpha'\delta'''=-(\beta\gamma''-\beta''\gamma)\varepsilon,
\end{array}\right.$$

designante ε vel $+1$ vel -1.

8.

Ex aequationibus, per quas P, ϑ per ψ, φ expressimus, videlicet:

$$\cos P=\frac{\alpha+\alpha'\cos\psi+\alpha''\sin\psi\cos\varphi+\alpha'''\sin\psi\sin\varphi}{\delta+\delta'\cos\psi+\delta''\sin\psi\cos\varphi+\delta'''\sin\psi\sin\varphi},$$
$$\sin P\cos\vartheta=\frac{\beta+\beta'\cos\psi+\beta''\sin\psi\cos\varphi+\beta'''\sin\psi\sin\varphi}{\delta+\delta'\cos\psi+\delta''\sin\psi\cos\varphi+\delta'''\sin\psi\sin\varphi},$$
$$\sin P\sin\vartheta=\frac{\gamma+\gamma'\cos\psi+\gamma''\sin\psi\cos\varphi+\gamma'''\sin\psi\sin\varphi}{\delta+\delta'\cos\psi+\delta''\sin\psi\cos\varphi+\delta'''\sin\psi\sin\varphi},$$

ope aequationum (I.) facile probantur sequentes, per quas ψ, φ vice versa per P, ϑ exprimuntur:

$$\text{(IX.)}\quad\left\{\begin{array}{l}
\dfrac{\delta-\alpha\cos P-\beta\sin P\cos\vartheta-\gamma\sin P\sin\vartheta}{k}=\dfrac{k}{\delta+\delta'\cos\psi+\delta''\sin\psi\cos\varphi+\delta'''\sin\psi\sin\varphi},\\[2ex]
\cos\psi=\dfrac{-\delta'+\alpha'\cos P+\beta'\sin P\cos\vartheta+\gamma'\sin P\sin\vartheta}{\delta-\alpha\cos P-\beta\sin P\cos\vartheta-\gamma\sin P\sin\vartheta},\\[2ex]
\sin\psi\cos\varphi=\dfrac{-\delta''+\alpha''\cos P+\beta''\sin P\cos\vartheta+\gamma''\sin P\sin\vartheta}{\delta-\alpha\cos P-\beta\sin P\cos\vartheta-\gamma\sin P\sin\vartheta},\\[2ex]
\sin\psi\sin\varphi=\dfrac{-\delta'''+\alpha'''\cos P+\beta'''\sin P\cos\vartheta+\gamma'''\sin P\sin\vartheta}{\delta-\alpha\cos P-\beta\sin P\cos\vartheta-\gamma\sin P\sin\vartheta}.
\end{array}\right.$$

9.

Restat, ut ipsarum sedecim quantitatum α, β, etc. eruantur valores. Id quod fit formulis sequentibus:

$$
\text{(X.)}\quad\begin{cases}
\dfrac{\alpha\alpha}{k}=\dfrac{(a'-G')(a''-G')(a'''-G')-c'c'(a'-G')-c''c''(a''-G')-c'''c'''(a'''-G')+2c'c''c'''}{(G'+G)(G'-G'')(G'-G''')},\\[2ex]
\dfrac{\alpha'\alpha'}{k}=\dfrac{(a''-G')(a'''-G')(a+G')-c'c'(a+G')-b'''b'''(a''-G')-b''b''(a'''-G')+2b''b'''c'}{(G'+G)(G'-G'')(G'-G''')},\\[2ex]
\dfrac{\alpha''\alpha''}{k}=\dfrac{(a'''-G')(a+G')(a'-G')-c''c''(a+G')-b'b'(a'''-G')-b'''b'''(a'-G')+2b'''b'c''}{(G'+G)(G'-G'')(G'-G''')},\\[2ex]
\dfrac{\alpha'''\alpha'''}{k}=\dfrac{(a+G')(a'-G')(a''-G')-c'''c'''(a+G')-b''b''(a'-G')-b'b'(a''-G')+2b'b''c'''}{(G'+G)(G'-G'')(G'-G''')}.
\end{cases}
$$

Ex his aequationibus tria alia systemata derivari possunt, ubi loco

$$G,\quad G',\quad G'',\quad G''',\quad \alpha\alpha,\quad \alpha'\alpha',\quad \alpha''\alpha'',\quad \alpha'''\alpha'''$$

resp. ponitur

$$
\begin{array}{cccccccc}
G, & G'', & G', & G''', & \beta\beta, & \beta'\beta', & \beta''\beta'', & \beta'''\beta''', \\
G, & G''', & G'', & G', & \gamma\gamma, & \gamma'\gamma', & \gamma''\gamma'', & \gamma'''\gamma''', \\
-G', & -G, & G'', & G''', & -\delta\delta, & -\delta'\delta', & -\delta''\delta'', & -\delta'''\delta'''.
\end{array}
$$

Porro adnotandum est, producta binarum α, α', α'', α''', binarum β, β', β'', β''', binarum γ, γ', γ'', γ''', binarum δ, δ', δ'', δ''' rationaliter exprimi posse. Hinc ipsarum α, β, γ, δ signis pro lubitu acceptis, reliquarum signa per illa determinata sunt. Fit autem:

$$
\text{(XI.)}\quad\begin{cases}
\dfrac{\alpha\alpha'}{k}=\dfrac{b'(a''-G')(a'''-G')-c''b'''(a''-G')-c'''b''(a'''-G')-b'c'c'+b''c'c''+b'''c'c'''}{(G'+G)(G'-G'')(G'-G''')},\\[2ex]
\dfrac{\alpha\alpha''}{k}=\dfrac{b''(a'''-G')(a'-G')-c'''b'(a'''-G')-c'b'''(a'-G')-b''c''c''+b'''c''c'''+b'c''c'}{(G'+G)(G'-G'')(G'-G''')},\\[2ex]
\dfrac{\alpha\alpha'''}{k}=\dfrac{b'''(a'-G')(a''-G')-c'b''(a'-G')-c''b'(a''-G')-b'''c'''c'''+b'c'''c'+b''c'''c''}{(G'+G)(G'-G'')(G'-G''')},\\[2ex]
-\dfrac{\alpha''\alpha'''}{k}=\dfrac{c'(a+G')(a'-G')-c''c'''(a+G')-b''b'''(a'-G')-c'b'b'+c''b'b''+c'''b'b'''}{(G'+G)(G'-G'')(G'-G''')},\\[2ex]
-\dfrac{\alpha'''\alpha'}{k}=\dfrac{c''(a+G')(a''-G')-c'''c'(a+G')-b'''b'(a''-G')-c''b''b''+c'''b''b'''+c'b''b'}{(G'+G)(G'-G'')(G'-G''')},\\[2ex]
-\dfrac{\alpha'\alpha''}{k}=\dfrac{c'''(a+G')(a'''-G')-c'c''(a+G')-b'b''(a'''-G')-c'''b'''b'''+c'b'''b'+c''b'''b''}{(G'+G)(G'-G'')(G'-G''')}.
\end{cases}
$$

Ex his formulis aliae derivantur reliquae, ponendo loco

$$k,\quad G,\quad G',\quad G'',\quad G''',\quad \alpha,\quad \alpha',\quad \alpha'',\quad \alpha'''$$

resp.

$$
\begin{array}{ccccccccc}
k, & G, & G'', & G', & G''', & \beta, & \beta', & \beta'', & \beta''', \\
k, & G, & G''', & G'', & G', & \gamma, & \gamma', & \gamma'', & \gamma''', \\
-k, & -G', & -G, & G'', & G''', & \delta, & \delta', & \delta'', & \delta'''.
\end{array}
$$

Hae formulae inter alia docent, pro quantitatibus G, $-G'$, $-G''$, $-G'''$,

ne e quantitatibus α, β etc. quaedam in infinitum abeant, diversas statui debere aequationis (VI.) radices. Ceterum analysin, cuius ope aequationes (X.) et (XI.) inventae sunt, brevitati ut consulatur, supprimimus.

10.

Jam quoties integrale duplex

$$\iint U dP d\vartheta,$$

designante U functionem aliquam quantitatum P, ϑ, auxilio aequationum

$$f(P,\vartheta) = \Pi(\psi,\varphi),$$
$$F(P,\vartheta) = \chi(\psi,\varphi)$$

transformare placet, notum est, fieri

$$\iint U dP d\vartheta = \iint U d\psi d\varphi \frac{\frac{\partial \Pi}{\partial \psi}\cdot\frac{\partial \chi}{\partial \varphi} - \frac{\partial \Pi}{\partial \varphi}\cdot\frac{\partial \chi}{\partial \psi}}{\frac{\partial f}{\partial P}\cdot\frac{\partial F}{\partial \vartheta} - \frac{\partial f}{\partial \vartheta}\cdot\frac{\partial F}{\partial P}}.$$

Casu nostro, quia est

$$\delta+\delta'\cos\psi+\delta''\sin\psi\cos\varphi+\delta'''\sin\psi\sin\varphi$$
$$= \frac{k}{\delta-\alpha\cos P-\beta\sin P\cos\vartheta-\gamma\sin P\sin\vartheta},$$

poni potest, ubi

$$t = \delta-\alpha\cos P-\beta\sin P\cos\vartheta-\gamma\sin P\sin\vartheta,$$
$$f(P,\vartheta) = \frac{k}{t}\sin P\cos\vartheta,$$
$$F(P,\vartheta) = \frac{k}{t}\sin P\sin\vartheta,$$
$$\Pi(\psi,\varphi) = \beta+\beta'\cos\psi+\beta''\sin\psi\cos\varphi+\beta'''\sin\psi\sin\varphi,$$
$$\chi(\psi,\varphi) = \gamma+\gamma'\cos\psi+\gamma''\sin\psi\cos\varphi+\gamma'''\sin\psi\sin\varphi.$$

Hinc erit

$$t^4\left(\frac{\partial f}{\partial P}\cdot\frac{\partial F}{\partial \vartheta}-\frac{\partial f}{\partial \vartheta}\cdot\frac{\partial F}{\partial P}\right)$$
$$= kk\sin P.t\left(t\cos P-\frac{\partial t}{\partial P}\sin P\right) = kk\sin P.t(\delta\cos P-\alpha)$$
$$= k\sin P.tt\{(\delta\alpha'-\delta'\alpha)\cos\psi+(\delta\alpha''-\delta''\alpha)\sin\psi\cos\varphi+(\delta\alpha'''-\alpha\delta''')\sin\psi\sin\varphi\},$$

quam expressionem propter aequationes (VIII.) in hanc abire videmus:

$$-k\varepsilon\sin P.tt\{(\beta''\gamma'''-\beta'''\gamma'')\cos\psi+(\beta'''\gamma'-\beta'\gamma''')\sin\psi\cos\varphi+(\beta'\gamma''-\beta''\gamma')\sin\psi\sin\varphi\}.$$

Porro erit

$$\frac{\partial \Pi}{\partial \psi}\cdot\frac{\partial \chi}{\partial \varphi}-\frac{\partial \Pi}{\partial \varphi}\cdot\frac{\partial \chi}{\partial \psi}$$

$$=\sin\psi\{-\beta'\sin\psi+\beta''\cos\psi\cos\varphi+\beta'''\cos\psi\sin\varphi\}\{-\gamma''\sin\varphi+\gamma'''\cos\varphi\}$$
$$-\sin\psi\{-\gamma'\sin\psi+\gamma''\cos\psi\cos\varphi+\gamma'''\cos\psi\sin\varphi\}\{-\beta''\sin\varphi+\beta'''\cos\varphi\}$$
$$=\sin\psi\{(\beta''\gamma'''-\beta'''\gamma'')\cos\psi+(\beta'''\gamma'-\beta'\gamma''')\sin\psi\cos\varphi+(\beta'\gamma''-\beta''\gamma')\sin\psi\sin\varphi\}.$$

Unde

$$\frac{\frac{\partial \Pi}{\partial \psi}\cdot\frac{\partial \chi}{\partial \varphi}-\frac{\partial \Pi}{\partial \varphi}\cdot\frac{\partial \chi}{\partial \psi}}{\frac{\partial f}{\partial P}\cdot\frac{\partial F}{\partial \vartheta}-\frac{\partial f}{\partial \vartheta}\cdot\frac{\partial F}{\partial P}}=-\frac{tt\sin\psi}{k\varepsilon\sin P}.$$

Jamjam quia

$$G+G'\cos^2 P+G''\sin^2 P\cos^2\vartheta+G'''\sin^2 P\sin^2\vartheta=\frac{tte}{k},$$

fit tandem:

$$\pm\iint\frac{\sin P\,dP\,d\vartheta}{G+G'\cos^2 P+G''\sin^2 P\cos^2\vartheta+G'''\sin^2 P\sin^2\vartheta}=\iint\frac{\sin\psi\,d\psi\,d\varphi}{e}.$$

Disquisitiones haec cum ulterius sint producendae, commentationem qualemcunque indulgentiae analystarum commendatam volo.

Scr. M. Junii 1827, ad Universitatem Regiomont.



EXERCITATIO ALGEBRAICA
CIRCA DISCERPTIONEM SINGULAREM FRACTIONUM
QUAE PLURES VARIABILES INVOLVUNT.

AUCTORE

C. G. J. JACOBI,
PROF. MATH. ORD. REGIOM.

Crelle Journal für die reine und angewandte Mathematik, Bd. 5. p. 344—364.

EXERCITATIO ALGEBRAICA CIRCA DISCERPTIONEM SINGULAREM FRACTIONUM QUAE PLURES VARIABILES INVOLVUNT.

1.

Proposita expressione

$$\frac{1}{ax+by-t}\cdot\frac{1}{b'y+a'x-t'},$$

evolvamus alterum factorem

$$\frac{1}{ax+by-t}$$

ad dignitates negativas elementi x, alterum

$$\frac{1}{b'y+a'x-t'}$$

ad dignitates negativas ipsius y. Quem evolutionis modum ordine, quo in singulis fractionibus elementa x, y exhibuimus indicare placet. In producto assignato ipsorum quidem a, b' nonnisi negativae dignitates, ipsorum b, a', t, t' nonnisi positivae occurunt; elementorum x, y autem et positivae et negativae dignitates in infinitum inveniuntur. Neque tamen, uti facile constat, in ullo termino utriusque simul elementi x, y dignitates positivae, sed aut utriusque negativae, aut alterius positivae, alterius negativae erunt. Quarum porro dignitatum coëfficientes series infinitae evadunt, ad dignitates descendentes ipsorum a, b' procedentes. Distinguamus inter partem eam producti assignati, in qua utriusque x, y dignitates negativae sunt, eam partem, in qua elementi x dignitates negativae, elementi y positivae, eam denique, in qua ipsius y negativae, ipsius x positivae. Animadverti hoc singulare, fractionem propositam in tres alias discerpi posse, e quarum evolutione partes illae tres, singulae e singulis proveniant. In quibus porro evolutionibus id accidit, ut coëfficientes, qui in producto proposito series infinitae sunt, iam finito terminorum numero constent, ideoque per ipsam illam discerptionem algebraicam series illae infinitae prodeant summatae.

Simili modo, proposita expressione tres variabiles x, y, z involvente:

$$\frac{1}{ax+by+cz-t}\cdot\frac{1}{b'y+c'z+a'x-t'}\cdot\frac{1}{c''z+a''x+b''y-t''},$$

factorem primum, secundum, tertium respective ad dignitates negativas elementorum x, y, z evolvamus, uti rursus ipso ordine *), quo in singulis fractionibus elementa exhibuimus, indicatum est. Hic partes septem considerandae sunt, prout terminos colligis, in quibus aut omnium elementorum x, y, z dignitates negativae, aut binorum negativae, reliqui positivae, aut binorum positivae, reliqui negativae sunt. Rursus expressionem propositam in alias septem discerpere licet, e quarum evolutione partes illae septem, singulae e singulis proveniunt; in quibus rursus evolutionibus coëfficientes finiti sunt, dum in expressione proposita series infinitae erant. Generaliter proposito producto e n fractionibus conflato, quarum denominatores lineariter e n variabilibus compositae sunt, siquidem factores alios ad alius elementi dignitates negativas evolvis, quo facto productum omnium elementorum et positivas et negativas dignitates in infinitum continebit: fractionem illam compositam in alias discerpere licet, quae evolutae singulae singulas partes producti propositi amplectuntur, in quibus eiusdem elementi dignitates aut positivae aut negativae sunt, neque ullius et positivae et negativae simul inveniuntur. Nec non coëfficientes, qui in producto assignato series infinitae sunt, in his novis evolutionibus finito terminorum numero constabunt, unde simul per discerptionem illam omnium illarum serierum infinitarum summationem nanciscimur.

Sit expressio proposita

$$\frac{1}{u-t}\cdot\frac{1}{u_1-t'}\cdot\frac{1}{u_2-t''}\cdots\frac{1}{u_{n-1}-t^{(n-1)}},$$

in qua $u-t$, u_1-t', etc. e n variabilibus x, x_1, x_2, ..., x_{n-1} lineariter compositae sint, designantibus t, t', t'', ..., $t^{(n-1)}$ terminos constantes: factor primus, secundus, tertius, etc. respective ad dignitates descendentes ipsorum x, x_1, x_2, etc. evolvatur. Sint porro $x=p$, $x_1=p_1$, $x_2=p_2$, ..., $x_{n-1}=p_{n-1}$ valores variabilium x, x_1, etc., qui satisfaciunt aequationibus $u=t$, $u_1=t'$, $u_2=t''$, ...,

*) In sequentibus quoque, ubi denominator fractionis sive generalius argumentum functionis evolvendae pluribus nominibus constat, nomen, ad cuius dignitates descendentes evolutio instituenda est, primum scribemus. Quod ad sequentia intelligenda bene tenendum est.



$u_{n-1} = t^{(n-1)}$. Quorum valorum expressionem algebraicam notum est communi quodam denominatore affectam esse, quam cum quibusdam determinantem nuncupamus et designemus per $\triangle$. In exemplo allegato de tribus fractionibus, tres variabiles involventibus, fit e. g.

$$\triangle = ab'c'' - ab''c' - b'ca'' - c''a'b + a'b''c + a''bc'.$$

Quam determinantem in hac quaestione magnas partes agere videbimus, videlicet omnes illas series infinitas, quas ut coëfficientes producti propositi evoluti invenimus, ex evolutione dignitatum negativarum determinantis provenire. Maxime autem discerptio, de qua diximus, a valoribus ipsorum $p, p_1, \ldots, p_{n-1}$ pendet. Fit e. g. pars ea, quae omnium elementorum nonnisi negativas dignitates continet, et quae prae ceteris concinnitate gaudet:

$$\frac{1}{\triangle} \cdot \frac{1}{x-p} \cdot \frac{1}{x_1-p_1} \cdot \frac{1}{x_2-p_2} \cdots \frac{1}{x_{n-1}-p_{n-1}}.$$

Unde videmus e. g. in expressione $\frac{1}{uu_1 \ldots u_{n-1}}$, dictum in modum evoluta, coëfficientem termini $\frac{1}{xx_1 \ldots x_{n-1}}$ fieri

$$\frac{1}{\triangle}.$$

Quam expressionem memorabile est non pendere ab electione variabilium, ad quarum dignitates negativas singulae fractiones $\frac{1}{u}$, $\frac{1}{u_1}$, etc. evolvuntur, modo ne duas ex earum numero ad eiusdem variabilis dignitates descendentes evolvas. Variabilibus igitur, quocunque modo placet, inter se permutatis, quod $2.3 \ldots n$ modis fieri posse constat, variae illae series infinitae, quas pro variis evolvendi modis ut coëfficientes termini $\frac{1}{xx_1 \ldots x_{n-1}}$ invenis, ex eisusdem expressionis $\frac{1}{\triangle}$ evolutione proveniunt, prout secundum aliud nomen ipsius $\triangle$, quod et ipsum $2.3 \ldots n$ nominibus constare notum est, evolutionem instituis.

Fractiones reliquae, e quarum evolutione partes prodeunt, quae unius pluriumve variabilium dignitates positivas, reliquarum negativas continent, multo prolixiores fiunt, ut infra videbimus; unde commode alia adhuc forma iis assignatur, quae ipsi illi, quam pro parte prima assignavimus, simillima fit. Namque partem, quae ipsorum $x, x_1, \ldots, x_{m-1}$ negativas, ipsorum $x_m, x_{m+1}, \ldots, x_{n-1}$ positivas dignitates amplectitur, invenitur fieri

$$\frac{1}{\triangle} \cdot \frac{1}{x-p} \cdot \frac{1}{x_1-p_1} \cdots \frac{1}{x_{m-1}-p_{m-1}} \cdot \frac{1}{p_m-x_m} \cdot \frac{1}{p_{m+1}-x_{m+1}} \cdots \frac{1}{p_{n-1}-x_{n-1}},$$



siquidem $\frac{1}{p_m}, \frac{1}{p_{m+1}}, \ldots, \frac{1}{p_{n-1}}$ earumque dignitates respective ad dignitates descendentes ipsarum $t^{(m)}, t^{(m+1)}, \ldots, t^{(n-1)}$ evolvuntur, et dignitates negativae ipsarum $t^{(m)}, t^{(m+1)}, \ldots, t^{(n-1)}$, quae in producto ita evoluto inveniuntur, reiiciuntur. E. g. expressionis

$$\frac{1}{ax+by-t}\cdot\frac{1}{b'y+a'x-t'}$$

pars, quae negativas ipsius x, positivas ipsius y dignitates continet, fit

$$\frac{ab'-a'b}{[(ab'-a'b)x-b't+bt'][at'-a't-(ab'-a'b)y]},$$

reiectis, quae in evolutione huius expressionis inveniuntur, dignitatibus ipsius t' negativis. Quae nova repraesentatio eo et ipsa commodo gaudet, ut coëfficientes evolutionis habeat finitos.

Sed generaliores adhuc formulas adstruere licet. Etenim in expressione

$$\frac{1}{(u-t)(u_1-t')\ldots(u_{n-1}-t^{(n-1)})} = \Sigma\frac{t^\alpha t'^{\alpha_1}\ldots t^{(n-1)^{\alpha_{n-1}}}}{u^{\alpha+1}u_1^{\alpha_1+1}\ldots u_{n-1}^{\alpha_{n-1}+1}}$$

numeris $\alpha, \alpha_1, \ldots, \alpha_{n-1}$ positivi tantum valores inde a 0 usque ad infinitum conveniunt. Jam vero consideremus expressionem

$$\Sigma\frac{t^\alpha t'^{\alpha_1}\ldots t^{(n-1)^{\alpha_{n-1}}}}{u^{\alpha+1}u_1^{\alpha_1+1}\ldots u_{n-1}^{\alpha_{n-1}+1}},$$

numeris integris $\alpha, \alpha_1, \ldots, \alpha_{n-1}$ valores omnes et positivos et negativos tributis a $-\infty$ ad $+\infty$. Quam patet prodire ex evoluto producto

$$\left(\frac{1}{u-t}+\frac{1}{t-u}\right)\left(\frac{1}{u_1-t'}+\frac{1}{t'-u_1}\right)\cdots\left(\frac{1}{u_{n-1}-t^{(n-1)}}+\frac{1}{t^{(n-1)}-u_{n-1}}\right).$$

Quod ipsis $\frac{1}{u}, \frac{1}{u_1}, \frac{1}{u_2}$, etc. earumque dignitatibus respective ad dignitates descendentes ipsarum $\frac{1}{x}, \frac{1}{x_1}, \frac{1}{x_2}$, etc. evolutis, invenitur productum aequale expressioni

$$\frac{1}{\triangle}\left(\frac{1}{x-p}+\frac{1}{p-x}\right)\left(\frac{1}{x_1-p_1}+\frac{1}{p_1-x_1}\right)\cdots\left(\frac{1}{x_{n-1}-p_{n-1}}+\frac{1}{p_{n-1}-x_{n-1}}\right),$$

ipsis $\frac{1}{p}, \frac{1}{p_1}, \frac{1}{p_2}$, etc. earumque dignitatibus respective ad dignitates descendentes ipsarum t, t', t'', etc. evolutis. Quam aequationem etiam hunc in modum repraesentare licet:

$$\Sigma\frac{t^\alpha t'^{\alpha_1}\ldots t^{(n-1)^{\alpha_{n-1}}}}{u^{\alpha+1}u_1^{\alpha_1+1}\ldots u_{n-1}^{\alpha_{n-1}+1}} = \frac{1}{\triangle}\Sigma\frac{p^\beta p_1^{\beta_1}\cdots p_{n-1}^{\beta_{n-1}}}{x^{\beta+1}x_1^{\beta_1+1}\ldots x_{n-1}^{\beta_{n-1}+1}},$$

designantibus α, α_1, etc., β, β_1, etc. numeros omnes et positivos et negativos a $-\infty$ ad $+\infty$. E quo theoremate videmus, coëfficientem termini

$$\frac{1}{x^{\beta+1}x_1^{\beta_1+1}\dots x_{n-1}^{\beta_{n-1}+1}}$$

in expressione

$$\frac{1}{u^{\alpha+1}u_1^{\alpha_1+1}\dots u_{n-1}^{\alpha_{n-1}+1}}$$

aequalem fore coëfficienti termini $t^{\alpha}t'^{\alpha_1}\dots t^{(n-1)^{\alpha_{n-1}}}$ in expressione

$$\frac{1}{\triangle}p^{\beta}p_1^{\beta_1}\dots p_{n-1}^{\beta_{n-1}}.$$

Pro duobus elementis e. g. coëfficientem termini $\frac{1}{x^{\mu}y^{\nu}}$ in expressione

$$\frac{1}{(ax+by)^{m+1}(b'y+a'x)^{n+1}}$$

invenitur aequalem esse coëfficienti termini $t^m t'^n$ in expressione

$$\frac{(b't-bt')^{\mu-1}(at'-a't)^{\nu-1}}{(ab'-a'b)^{m+n+1}}.$$

Unde facile derivatur theorema, posito $\alpha+\alpha' = \beta+\beta' = \gamma$, fore

$$1+\frac{\alpha\beta}{\gamma}u+\frac{\alpha(\alpha+1)}{\gamma(\gamma+1)}\cdot\frac{\beta(\beta+1)}{1.2}u^2+\frac{\alpha(\alpha+1)(\alpha+2)}{\gamma(\gamma+1)(\gamma+2)}\cdot\frac{\beta(\beta+1)(\beta+2)}{1.2.3}u^3+\cdots$$
$$=\frac{1}{(1-u)^{\alpha+\beta-\gamma}}\cdot\left(1+\frac{\alpha'\beta'}{\gamma}u+\frac{\alpha'(\alpha'+1)}{\gamma(\gamma+1)}\cdot\frac{\beta'(\beta'+1)}{1.2}u^2+\frac{\alpha'(\alpha'+1)(\alpha'+2)}{\gamma(\gamma+1)(\gamma+2)}\cdot\frac{\beta'(\beta'+1)(\beta'+2)}{1.2.3}u^3+\cdots\right);$$

nec non relatio inter integralia definita:

$$\int_0^{\pi}\frac{\cos\lambda\varphi.d\varphi}{(1-2\alpha\cos\varphi+\alpha\alpha)^{n+1}} = \frac{\Pi(n+\lambda)\Pi(n-\lambda)}{\Pi(n)\Pi(n)}\int_0^{\pi}\frac{(1+2\alpha\cos\varphi+\alpha\alpha)^n\cos\lambda\varphi.d\varphi}{(1-\alpha\alpha)^{2n+1}},$$

designante $\Pi(x)$ productum $1.2.3\dots x$. Quae ab Eulero olim inventa sunt.

At theorematis, de quibus in hac commentatione agimus et quorum modo mentionem injecimus, latissimam conciliare licet extensionem. Ponamus enim, $u-t$, u_1-t', etc. iam series esse quaslibet, sive finitas sive infinitas, ad dignitates integras positivas elementorum x, x_1, etc. procedentes, quarum serierum t, t', etc. sint termini constantes. Sint porro in seriebus illis u, u_1, u_2, etc. termini, qui primas ipsorum x, x_1, x_2, etc. dignitates continent, respective ax, $b'x_1$, $c''x_2$, etc., ac ponamus, uti in casu lineari, fractiones $\frac{1}{u-t}$, $\frac{1}{u_1-t'}$, $\frac{1}{u_2-t''}$, etc. evolvi respective ad dignitates descendentes terminorum ax, $b'x_1$, $c''x_2$, etc. Vocemus porro $\triangle$ determinantem differentialium partialium sequentium:

$$\begin{array}{ccccc}
\frac{\partial u}{\partial x}, & \frac{\partial u}{\partial x_1}, & \frac{\partial u}{\partial x_2}, & \ldots, & \frac{\partial u}{\partial x_{n-1}}, \\
\frac{\partial u_1}{\partial x}, & \frac{\partial u_1}{\partial x_1}, & \frac{\partial u_1}{\partial x_2}, & \ldots, & \frac{\partial u_1}{\partial x_{n-1}}, \\
\cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot \\
\frac{\partial u_{n-1}}{\partial x}, & \frac{\partial u_{n-1}}{\partial x_1}, & \frac{\partial u_{n-1}}{\partial x_2}, & \ldots, & \frac{\partial u_{n-1}}{\partial x_{n-1}}.
\end{array}$$

Erit e. g. pro tribus functionibus u, u_1, u_2 tribusque variabilibus x, y, z:

$$\triangle = \frac{\partial u}{\partial x}\cdot\frac{\partial u_1}{\partial y}\cdot\frac{\partial u_2}{\partial z} - \frac{\partial u}{\partial x}\cdot\frac{\partial u_1}{\partial z}\cdot\frac{\partial u_2}{\partial y} - \frac{\partial u_1}{\partial y}\cdot\frac{\partial u_2}{\partial x}\cdot\frac{\partial u}{\partial z} - \frac{\partial u_2}{\partial z}\cdot\frac{\partial u}{\partial y}\cdot\frac{\partial u_1}{\partial x}$$
$$+\frac{\partial u}{\partial y}\cdot\frac{\partial u_1}{\partial z}\cdot\frac{\partial u_2}{\partial x} + \frac{\partial u}{\partial z}\cdot\frac{\partial u_1}{\partial x}\cdot\frac{\partial u_2}{\partial y},$$

quam patet expressionem casu, quo u, u_1, u_2 sunt expressiones lineares, in expressionem ipsius $\triangle$ supra exhibitam redire. Quibus positis dico, siquidem $x = p$, $x_1 = p_1$, $x_2 = p_2$, $\ldots$, $x_{n-1} = p_{n-1}$ satisfaciant aequationibus $u = t$, $u_1 = t'$, $u_2 = t''$, $\ldots$, $u_{n-1} = t^{(n-1)}$, producti

$$\frac{\triangle}{(u-t)(u_1-t')(u_2-t'')\ldots(u_{n-1}-t^{(n-1)})},$$

dictum in modum evoluti, partem eam, quae omnium simul elementorum x, x_1, etc. dignitates negativas neque ullius positivas continet, ut supra in casu multo simpliciore, fieri

$$\frac{1}{(x-p)(x_1-p_1)(x_2-p_2)\ldots(x_{n-1}-p_{n-1})}.$$

Nec non esse, quod magis generale est theorema,

$$\triangle\left(\frac{1}{u-t}+\frac{1}{t-u}\right)\left(\frac{1}{u_1-t'}+\frac{1}{t'-u_1}\right)\cdots\left(\frac{1}{u_{n-1}-t^{(n-1)}}+\frac{1}{t^{(n-1)}-u_{n-1}}\right)$$
$$=\left(\frac{1}{x-p}+\frac{1}{p-x}\right)\left(\frac{1}{x_1-p_1}+\frac{1}{p_1-x_1}\right)\cdots\left(\frac{1}{x_{n-1}-p_{n-1}}+\frac{1}{p_{n-1}-x_{n-1}}\right),$$

ipsis $\frac{1}{p}$, $\frac{1}{p_1}$, etc. earumque dignitatibus respective ad dignitates descendentes ipsarum t, t', etc. evolutis. E quo theoremate memorabili fluunt formulae maxime generales pro radicibus aequationum inter numerum quemlibet variabilium, adeoque radicum dignitatibus et productis in seriem evolvendis. Quippe quibus ad dignitates ipsarum t, t', t'', etc. ordinatis, e theoremate proposito statim terminum generalem earum serierum eruis. Patet enim e dicto theoremate, in evolvenda expressione

$$p^{\alpha} p_1^{\alpha_1} \ldots p_{n-1}^{\alpha_{n-1}}$$

coëfficientem termini

$$t^{\beta} t'^{\beta'} \ldots t^{(n-1)^{\beta(n-1)}}$$

eundem esse atque coëfficientem termini

$$\frac{1}{x^{\alpha+1} x_1^{\alpha_1+1} \ldots x_{n-1}^{\alpha_{n-1}+1}}$$

in expressione

$$\frac{\triangle}{u^{\beta+1} u_1^{\beta'+1} \ldots u_{n-1}^{\beta^{(n-1)}+1}},$$

dictum in modum evoluta; quem coëfficientem per regulas notas, quae pro evolvendis dignitatibus polynomii circumferuntur, statim eruis. Quae hoc loco breviter innuisse sufficiat. Ipsam iam quaestionem nostram aggrediamur.

2.

Ordimur a casu simplicissimo duarum variabilium, in quo adeo initio terminos constantes $= 0$ ponemus. Fit

$$\frac{ab'-a'b}{(ax+by)(b'y+a'x)} = \frac{a}{y}\cdot\frac{1}{ax+by} - \frac{a'}{y}\cdot\frac{1}{b'y+a'x};$$

fit porro:

$$\frac{a}{y}\cdot\frac{1}{ax+by} = \frac{1}{xy} - \frac{1}{x}\cdot\frac{b}{ax+by},$$

unde

$$(1) \qquad \frac{ab'-a'b}{(ax+by)(b'y+a'x)} = \frac{1}{xy} - \frac{1}{x}\cdot\frac{b}{ax+by} - \frac{1}{y}\cdot\frac{a'}{b'y+a'x}.$$

Aequatione (1) ad dignitates descendentes ipsarum a, b' evolutis, videmus partes tres, in quas fractionem propositam

$$\frac{ab'-a'b}{(ax+by)(b'y+a'x)}$$

discerpimus, et quas per L, L_1, L_2 designemus, primam L utriusque elementi x, y negativas, secundam L_1 ipsius x negativas, ipsius y positivas, tertiam L_2 ipsius y negativas, ipsius x positivas dignitates continere.

Ponamus iam, satisfacere $x = p$, $y = q$ aequationibus

$$ax+by = t, \qquad a'x+b'y = t',$$

unde

$$(ab'-a'b)p = b't-bt', \qquad (ab'-a'b)q = at'-a't.$$

Mutatis in aequatione (1) x, y in $x-p$, $y-q$, quo facto $ax+by$, $a'x+b'y$ in $ax+by-t$, $a'x+b'y-t'$ abeunt, obtines

Theorema 1.

Posito

$$L = \frac{ab'-a'b}{(ab'-a'b)x-b't+bt'}\cdot\frac{ab'-a'b}{(ab'-a'b)y-at'+a't},$$
$$L_1 = -\frac{ab'-a'b}{(ab'-a'b)x-b't+bt'}\cdot\frac{b}{ax+by-t},$$
$$L_2 = -\frac{ab'-a'b}{(ab'-a'b)y-at'+a't}\cdot\frac{a'}{b'y+a'x-t'},$$

fieri

(2) $$\frac{ab'-a'b}{(ax+by-t)(b'y+a'x-t')} = L+L_1+L_2.$$

Aequatione (2) ad dignitates descendentes elementorum a, b' evoluta, videmus, L, L_1, L_2 esse partes illas tres, quae aut utriusque x, y negativas, aut alterius negativas, alterius positivas dignitates continent. Simul autem ipso adspectu patet, in evolutione ipsorum L, L_1, L_2 dignitates variabilium x, y coëfficientes finitos habere, dum in evolutione expressionis propositae series infinitae sunt.

3.

Jam videbimus, de producto e tribus factoribus, tres variabiles involventibus

$$\frac{1}{(ax+by+cz-t)(b'y+c'z+a'x-t')(c''z+a''x+b''y-t'')}$$

similia inveniri. Eo enim ad dignitates descendentes ipsorum a, b', c'' evoluto, in evolutione dignitates variabilium x, y, z et positivae et negativae inveniuntur in infinitum; neque tamen ita, ut in ullo termino simul omnium dignitates positivae sint. Colligamus igitur terminos, qui omnium x, y, z simul dignitates negativas continent, quae pars prima erit; terminos, qui binarum variabilium negativas, reliquae positivas continent, quae erunt partes tres, prout aut elementi x, aut elementi y, aut elementi z dignitates positivae sunt; terminos denique, qui binarum variabilium dignitates positivas, reliquae negativas continent, quae et ipsae sunt partes tres, prout aut elementi x, aut elementi y, aut elementi z dignitates negativae sunt. Quae septem partes constituunt seriem, quae ex evolutione expressionis propositae ortum ducit. Jam rursus de expressione illa in septem alias discerpenda quaeramus, e quarum evolutione septem

illae partes, singulae e singulis proveniant. Qua in quaestione initio, ut supra, statuemus $t = t' = t'' = 0$.

Designabimus in sequentibus per (ab') expressionem

$$(ab') = ab' - a'b,$$

porro per $(ab'c'')$ expressionem

$$(ab'c'') = a(b'c'') + b(c'a'') + c(a'b'') = ab'c'' - ab''c' - b'ca'' - c''a'b + a'b''c + a''bc'.$$

Quae errori locum non dabit notatio, cum monomen uncis inclusum alias inveniri non soleat. Sit

$$(1) \qquad ax + by + cz = u, \quad a'x + b'y + c'z = u', \quad a''x + b''y + c''z = u'';$$

ponatur porro:

$$(2) \qquad \begin{cases} (b'c'')y - (c'a'')x = c''u' - c'u'' = v, \\ (b'c'')z - (a'b'')x = b'u'' - b''u' = w, \\ (c''a)z - (a''b)y = au'' - a''u = v', \\ (c''a)x - (b''c)y = c''u - cu'' = w', \\ (ab')x - (bc')z = b'u - bu' = v'', \\ (ab')y - (ca')z = au' - a'u = w''. \end{cases}$$

Observo, siquidem ad dignitates elementorum a, b', c'' descendentes evolutionem instituas, expressiones

$\frac{1}{u}$, $\frac{1}{w'}$, $\frac{1}{v''}$ earumque dignitates ad dignitates descendentes ipsius x,

$\frac{1}{u'}$, $\frac{1}{w''}$, $\frac{1}{v}$ - - - - - - y,

$\frac{1}{u''}$, $\frac{1}{w}$, $\frac{1}{v'}$ - - - - - - z

evolvendas esse. Fit porro e formula (1) paragraphi antecedentis:

$$(3) \qquad \begin{cases} \frac{1}{u'u''} = \frac{(b'c'')}{vw} - \frac{c'}{u'v} - \frac{b''}{u''w}, \\ \frac{1}{u''u} = \frac{(c''a)}{v'w'} - \frac{a''}{u''v'} - \frac{c}{uw'}, \\ \frac{1}{uu'} = \frac{(ab')}{v''w''} - \frac{b}{uv''} - \frac{a'}{u'w''}. \end{cases}$$

His praeparatis, ad inveniendam discerptionem quaesitam proficiscimur ab aequatione identica:

$$(4) \qquad \begin{cases} (ab'c'')xyz = uu'u'' - xu\,(a'a''x + a''b'y + a'c''z) \\ \qquad\qquad\qquad - yu'\,(b''by + bc''z + b''ax) \\ \qquad\qquad\qquad - zu''(cc'z + c'ax + cb'y), \end{cases}$$

quae evolutione facta facile comprobatur. Qua divisa per $xyzuu'u''$, siquidem brevitatis causa ponitur

$$\begin{aligned} a'a''x+a''b'y+a'c''z &= N, \\ b''by+bc''z+b''ax &= N', \\ cc'z+c'ax+cb'y &= N'', \end{aligned}$$

prodit:

$$\frac{(ab'c'')}{uu'u''}=\frac{1}{xyz}-\frac{N}{yzu'u''}-\frac{N'}{zxu''u}-\frac{N''}{xyuu'}. \tag{5}$$

Fit autem e (3):

$$\frac{1}{u'u''}=\frac{(b'c'')}{vw}-\frac{c'}{u'v}-\frac{b''}{u''w},$$

porro e (2):

$$\begin{aligned} (b'c'')N &= a''b'v+a'c''w-(a'b'')(c'a'')x, \\ c'N &= c'a''u'-c'(c'a'')z, \\ b''N &= b''a'u''-b''(a'b'')y, \end{aligned}$$

unde

$$\frac{N}{yzu'u''}=-\frac{(a'b'')}{yzw}-\frac{(c'a'')}{yzv}-\frac{(a'b'')(c'a'')x}{yzvw}+\frac{c'(c'a'')}{yu'v}+\frac{b''(a'b'')}{zu''w}.$$

Prorsus eodem modo invenitur

$$\begin{aligned} \frac{N'}{zxu''u} &= -\frac{(b''c)}{zxw'}-\frac{(a''b)}{zxv'}-\frac{(b''c)(a''b)y}{zxv'w'}+\frac{a''(a''b)}{zu''v'}+\frac{c(b''c)}{xuw'}, \\ \frac{N''}{xyuu'} &= -\frac{(ca')}{xyw''}-\frac{(bc')}{xyv''}-\frac{(ca')(bc')z}{xyv''w''}+\frac{b(bc')}{xuv''}+\frac{a'(ca')}{yu'w''}. \end{aligned}$$

Unde tandem fit:

$$(6)\quad \left\{ \begin{aligned} \frac{(ab'c'')}{uu'u''} = \frac{1}{xyz} & \quad \dots\dots\dots\dots \quad L \\ +\frac{(a'b'')}{yzw}+\frac{(c'a'')}{yzv}+\frac{(a'b'')(c'a'')x}{yzvw} & \quad \dots\dots \quad L_1 \\ +\frac{(b''c)}{zxw'}+\frac{(a''b)}{zxv'}+\frac{(b''c)(a''b)y}{zxv'w'} & \quad \dots\dots \quad L_2 \\ +\frac{(ca')}{xyw''}+\frac{(bc')}{xyv''}+\frac{(ca')(bc')z}{xyv''w''} & \quad \dots\dots \quad L_3 \\ -\frac{b(bc')}{xv''u}-\frac{c(b''c)}{xw'u} & \quad \dots\dots \quad L_4 \\ -\frac{c'(c'a'')}{yvu'}-\frac{a'(ca')}{yw''u'} & \quad \dots\dots \quad L_5 \\ -\frac{a''(a''b)}{zv'u''}-\frac{b''(a'b'')}{zwu''} & \quad \dots\dots \quad L_6. \end{aligned} \right.$$

Quam ex observatione supra facta de modo evolutionis, quo uti debemus, facile constat, esse discerptionem quaesitam expressionis propositae in alias septem, quas per $L, L_1, L_2, \ldots, L_6$ designavimus, casu, quo $t = t' = t''$. E quo eadem omnino methodo, qua supra usi sumus, statim generaliorem eruis. Ponamus enim, $x = p$, $y = q$, $z = r$ satisfacere aequationibus $u = t$, $u' = t'$, $u'' = t''$, mutatis x, y, z in $x-p$, $y-q$, $z-r$, nancisceris e (2) discerptionem expressionis

$$\frac{(ab'c'')}{(ax+by+cz-t)(b'y+c'z+a'x-t')(c''z+a''x+b''y-t'')}.$$

Fit e. g. L sive pars, quae nonnisi negativas variabilium x, y, z dignitates continet,

$$(7)\quad \left\{\begin{aligned} L = &\frac{(ab'c'')}{(ab'c'')x-(b'c'')t-(b''c)t'-(bc')t''} \\ &\cdot\frac{(ab'c'')}{(ab'c'')y-(c''a)t'-(ca')t''-(c'a'')t} \\ &\cdot\frac{(ab'c'')}{(ab'c'')z-(ab')t''-(a'b'')t-(a''b)t'}. \end{aligned}\right.$$

Ad quatuor pluresve variabiles haec extendere non lubet, cum iam pro tribus tam prolixa exstiterint. Progredimur ad alia.

4.

E theoremate 1. §. 2. fit:

$$(1)\quad \left\{\begin{aligned} \frac{ab'-a'b}{(ax+by-t)(b'y+a'x-t')} = &\frac{ab'-a'b}{(ab'-a'b)x-b't+bt'}\cdot\frac{ab'-a'b}{(ab'-a'b)y-at'+a't} \\ &-\frac{ab'-a'b}{(ab'-a'b)x-b't+bt'}\cdot\frac{b}{ax+by-t} \\ &-\frac{ab'-a'b}{(ab'-a'b)y-at'+a't}\cdot\frac{a'}{b'y+a'x-t'}. \end{aligned}\right.$$

Porro obtinetur:

$$\begin{aligned} &-\frac{1}{(ab'-a'b)x-b't+bt'}\cdot\frac{b}{ax+by-t} \\ &=\frac{1}{at'-a't-(ab'-a'b)y}\cdot\frac{ab'-a'b}{(ab'-a'b)x-b't+bt'} \\ &-\frac{1}{at'-a't-(ab'-a'b)y}\cdot\frac{a}{ax+by-t}. \end{aligned}$$

Quibus expressionibus, ut fieri debet, ad dignitates negativas ipsius x, positivas ipsius y evolutis, videmus,

$$\frac{1}{(ab'-a'b)x-b't+bt'}\cdot\frac{b}{ax+by-t}$$

non nisi positivas dignitates ipsius t',

$$\frac{1}{at'-a't-(ab'-a'b)y}\cdot\frac{1}{(ab'-a'b)x-b't+bt'}$$

et positivas et negativas ipsius t',

$$\frac{1}{at'-a't-(ab'-a'b)y}\cdot\frac{1}{ax+by-t}$$

nonnisi negativas dignitates ipsius t' continere. Unde

$$-\frac{ab'-a'b}{(ab'-a'b)x-b't+bt'}\cdot\frac{b}{ax+by-t}$$
$$=\frac{ab'-a'b}{at'-a't-(ab'-a'b)y}\cdot\frac{ab'-a'b}{(ab'-a'b)x-b't+bt'},$$

rejectis, quae in evolutione huius expressionis inveniuntur, negativis ipsius t' dignitatibus. Pars autem, quae rejicitur, negativas ipsius t' dignitates continens, est:

$$-\frac{ab'-a'b}{at'-a't-(ab'-a'b)y}\cdot\frac{a}{ax+by-t}.$$

Prorsus simili modo fit:

$$-\frac{ab'-a'b}{(ab'-a'b)y-at'+a't}\cdot\frac{a'}{b'y+a'x-t'}$$
$$=\frac{ab'-a'b}{b't-bt'-(ab'-a'b)x}\cdot\frac{ab'-a'b}{(ab'-a'b)y-at'+a't},$$

reiectis, quae in evolutione huius expressionis inveniuntur, negativis ipsius t dignitatibus. Unde iam e (1) nacti sumus theorema curiosum, esse

$$(2)\quad\left\{\begin{aligned}\frac{ab'-a'b}{(ax+by-t)(b'y+a'x-t')} &= \frac{ab'-a'b}{(ab'-a'b)x-b't+bt'}\cdot\frac{ab'-a'b}{(ab'-a'b)y-at'+a't}\\ &+\frac{ab'-a'b}{at'-a't-(ab'-a'b)y}\cdot\frac{ab'-a'b}{(ab'-a'b)x-b't+bt'}\\ &+\frac{ab'-a'b}{b't-bt'-(ab'-a'b)x}\cdot\frac{ab'-a'b}{(ab'-a'b)y-at'+a't},\end{aligned}\right.$$

siquidem in evolutionibus harum expressionum, negativae, quae inveniuntur, ipsorum t, t' dignitates rejiciuntur.

5.

Generaliora adhuc sequenti modo eruis. Etenim serie utrinque infinita

$$\Sigma\frac{B^n}{A^{n+1}},$$

in qua numero integro n valores omnes tribuuntur a $-\infty$ ad $+\infty$, e notationis nostrae ratione designata per

$$\frac{1}{B-A}+\frac{1}{A-B},$$

ipsam quidem eiusmodi expressionem non pro evanescente habebimus; evanescet autem, ducta in $A-B$. Fit enim:

$$A\Sigma\frac{B^n}{A^{n+1}}=\Sigma\frac{B^n}{A^n},\ B\Sigma\frac{B^n}{A^{n+1}}=\Sigma\frac{B^{n+1}}{A^{n+1}},$$

unde, cum

$$\Sigma\frac{B^n}{A^n}=\Sigma\frac{B^{n+1}}{A^{n+1}},$$

fit etiam:

$$(A-B)\left(\frac{1}{A-B}+\frac{1}{B-A}\right)=0.$$

Hinc sequitur, fieri etiam:

$$(1)\qquad \frac{1}{C+m(A-B)}\left(\frac{1}{A-B}+\frac{1}{B-A}\right)=\frac{1}{C}\left(\frac{1}{A-B}+\frac{1}{B-A}\right).$$

Jam proposita expressione

$$\left(\frac{1}{ax+by-t}+\frac{1}{t-ax-by}\right)\cdot\left(\frac{1}{b'y+a'x-t'}+\frac{1}{t'-b'y-a'x}\right),$$

fit:

$$b'(ax+by-t)=(ab')x-b't+bt'+b(b'y+a'x-t'),$$

unde e (1) expressio proposita in hanc abit:

$$\left(\frac{b'}{(ab')x-b't+bt'}+\frac{b'}{b't-bt'-(ab')x}\right)\cdot\left(\frac{1}{b'y+a'x-t'}+\frac{1}{t'-b'y-a'x}\right).$$

Fit porro:

$$(ab')(b'y+a'x-t')=b'[(ab')y-at'+a't]+a'[(ab')x-b't+bt'],$$

unde rursus e (1) fit expressio proposita:

$$(2)\quad\left\{\begin{aligned}&(ab')\left(\frac{1}{ax+by-t}+\frac{1}{t-ax-by}\right)\cdot\left(\frac{1}{b'y+a'x-t'}+\frac{1}{t'-b'y-a'x}\right)\\&=\left(\frac{(ab')}{(ab')x-b't+bt'}+\frac{(ab')}{b't-bt'-(ab')x}\right)\cdot\left(\frac{(ab')}{(ab')y-at'+a't}+\frac{(ab')}{at'-a't-(ab')y}\right).\end{aligned}\right.$$

Quam etiam, uncis solutis, ita exhibere licet:

$$(3)\begin{cases} \frac{1}{ax+by-t}\cdot\frac{(ab')}{b'y+a'x-t'}+\frac{1}{t-ax-by}\cdot\frac{(ab')}{t'-b'y-a'x} \\ +\frac{1}{ax+by-t}\cdot\frac{(ab')}{t'-b'y-a'x}+\frac{1}{t-ax-by}\cdot\frac{(ab')}{b'y+a'x-t'} \\ =\frac{(ab')}{(ab')x-b't+bt'}\cdot\frac{(ab')}{(ab')y-at'+a't}+\frac{(ab')}{b't-bt'-(ab')x}\cdot\frac{(ab')}{at'-a't-(ab')y} \\ +\frac{(ab')}{(ab')x-b't+bt'}\cdot\frac{(ab')}{at'-a't-(ab')y}+\frac{(ab')}{b't-bt'-(ab')x}\cdot\frac{(ab')}{(ab')y-at'+a't}. \end{cases}$$

E qua formula, reiectis ipsarum t, t' dignitatibus negativis, fluit formula (2) paragraphi antecedentis.

Formulam (3) etiam hunc in modum repraesentare licet:

$$(4)\qquad \Sigma\frac{t^m t'^n}{(ax+by)^{m+1}(b'y+a'x)^{n+1}}=\Sigma\frac{(b't-bt')^{\mu-1}(at'-a't)^{\nu-1}}{(ab'-a'b)^{\mu+\nu-1}x^\mu y^\nu},$$

designantibus m, n, μ, ν numeros omnes et positivos et negativos a $-\infty$ ad $+\infty$. Quam etiam proponere licet ut

Theorema 2.

Designantibus m, n numeros integros quoslibet sive positivos sive negativos, in expressione

$$\frac{1}{(ax+by)^{m+1}(b'y+a'x)^{n+1}}$$

coëfficientem termini $\frac{1}{x^\mu y^\nu}$ eundem nancisceris atque coëfficientem termini $t^m t'^n$ in expressione

$$\frac{1}{(ab'-a'b)^{\mu+\nu-1}}\cdot(b't-bt')^{\mu-1}(at'-a't)^{\nu-1}.$$

Adnotare convenit, quoties m sit negativus, necessario etiam μ fieri negativum, et vice versa, quoties μ sit positivus, necessario etiam m fieri positivum; eodemque modo, quoties n sit negativus, necessario etiam ν fieri negativum, et vice versa, quoties ν sit positivus, necessario etiam n fieri positivum; porro esse $m+n=\mu+\nu-2$. Observo, quoties m, n sint positivi, coëfficientes expressionis primae fieri series infinitas, secundae finitas; quoties m, n alter positivus, alter negativus, et primae et secundae expressionis coëfficientes fieri series finitas; quoties m, n negativi, primae fieri finitas, secundae series infinitas. Unde omnibus casibus hoc theoremate sive serierum infinitarum summationem, sive finitarum transformationem obtines.

Corollarium.

Evolvamus ipsum coëfficientem termini $\frac{1}{x^\mu y^\nu}$ in expressione

$$\frac{1}{(ax+by)^{m+1}(b'y+a'x)^{n+1}},$$

qui, posito $\mu = m+1+\lambda$, $\nu = n+1-\lambda$, idem est atque coëfficiens termini $\left(\frac{y}{x}\right)^\lambda$ in expressione

$$\frac{1}{a^{m+1}b'^{n+1}} \cdot \frac{1}{\left(1+\frac{b}{a}\cdot\frac{y}{x}\right)^{m+1}\left(1+\frac{a'}{b'}\cdot\frac{x}{y}\right)^{n+1}}.$$

Quem coëfficientem, posito $\frac{ba'}{ab'} = u$, atque insuper

$$A = \frac{(m+1)(m+2)\dots(m+\lambda)}{1.2\dots\lambda} \cdot \frac{b^\lambda}{a^{m+1+\lambda}b'^{n+1}},$$

invenimus

$$(-1)^\lambda A\left(1+\frac{m+\lambda+1}{\lambda+1}\cdot\frac{n+1}{1}u+\frac{(m+\lambda+1)(m+\lambda+2)}{(\lambda+1)(\lambda+2)}\cdot\frac{(n+1)(n+2)}{1.2}u^2+\cdots\right).$$

Quaeramus porro coëfficientem termini $t^m t'^n$ in expressione

$$\frac{(b't-bt')^{\mu-1}(at'-a't)^{\nu-1}}{(ab'-a'b)^{\mu+\nu-1}} = \frac{(b't-bt')^{m+\lambda}(at'-a't)^{n-\lambda}}{(ab'-a'b)^{m+n+1}},$$

sive, quod idem est, coëfficientem termini $\left(\frac{t'}{t}\right)^\lambda$ in expressione

$$\frac{1}{a^{m+\lambda+1}b'^{n-\lambda+1}(1-u)^{m+n+1}}\cdot\left(1-\frac{b}{b'}\cdot\frac{t'}{t}\right)^{m+\lambda}\left(1-\frac{a'}{a}\cdot\frac{t}{t'}\right)^{n-\lambda},$$

quem, rursus posito

$$A = \frac{(m+\lambda)(m+\lambda-1)\dots(m+1)}{1.2\dots\lambda}\cdot\frac{b^\lambda}{a^{m+1+\lambda}b'^{n+1}},$$

facta evolutione, invenimus

$$\frac{(-1)^\lambda A}{(1-u)^{m+n+1}}\left(1+\frac{m}{1}\cdot\frac{n-\lambda}{\lambda+1}u+\frac{m(m-1)}{1.2}\cdot\frac{(n-\lambda)(n-\lambda-1)}{(\lambda+1)(\lambda+2)}u^2+\cdots\right).$$

Unde cum e theoremate 2. utrique coëfficientes inter se aequales sint, posito

$$m+\lambda+1 = \alpha,\quad n+1 = \beta,\quad \lambda+1 = \gamma,\quad m = -\alpha',\quad \lambda-n = \beta',$$

eruimus formulam:

$$(5)\quad \left\{\begin{aligned} &1+\frac{\alpha\beta}{\gamma}u+\frac{\alpha(\alpha+1).\beta(\beta+1)}{1.2.\gamma(\gamma+1)}u^2+\frac{\alpha(\alpha+1)(\alpha+2).\beta(\beta+1)(\beta+2)}{1.2.3.\gamma(\gamma+1)(\gamma+2)}u^3+\cdots \\ &= \frac{1}{(1-u)^{\alpha+\beta-\gamma}}\left(1+\frac{\alpha'\beta'}{\gamma}u+\frac{\alpha'(\alpha'+1).\beta'(\beta'+1)}{1.2.\gamma(\gamma+1)}u^2+\frac{\alpha'(\alpha'+1)(\alpha'+2).\beta'(\beta'+1)(\beta'+2)}{1.2.3.\gamma(\gamma+1)(\gamma+2)}u^3+\cdots\right),\end{aligned}\right.$$

qua in formula $\alpha+\alpha' = \beta+\beta' = \gamma$. Quam olim Eulerus dedit.

6.

Similia de tribus variabilibus tribusque factoribus inveniuntur sequenti modo. E formula (1) paragraphi antecedentis facile constat, fieri etiam:

$$(1)\quad \begin{cases} \dfrac{1}{E+m(A-B)+n(C-D)}\left(\dfrac{1}{A-B}+\dfrac{1}{B-A}\right)\left(\dfrac{1}{C-D}+\dfrac{1}{D-C}\right) \\ \qquad\qquad = \dfrac{1}{E}\left(\dfrac{1}{A-B}+\dfrac{1}{B-A}\right)\left(\dfrac{1}{C-D}+\dfrac{1}{D-C}\right), \end{cases}$$

porro:

$$(2)\quad \frac{1}{C+m(A-B)}\cdot\frac{1}{D+n(A-B)}\left(\frac{1}{A-B}+\frac{1}{B-A}\right)=\frac{1}{CD}\left(\frac{1}{A-B}+\frac{1}{B-A}\right),$$

quas formulas ut lemmata antemittamus.

Jam e (2) paragraphi antecedentis, mutatis t, t' in $t-cz$, $t'-c'z$, obtines:

$$\begin{aligned}(ab')&\left(\frac{1}{ax+by+cz-t}+\frac{1}{t-ax-by-cz}\right)\left(\frac{1}{b'y+c'z+a'x-t'}+\frac{1}{t'-b'y-c'z-a'x}\right)\\ &=\left(\frac{(ab')}{(ab')x-(bc')z-b't+bt'}+\frac{(ab')}{b't-bt'-(ab')x+(bc')z}\right)\\ &\quad\cdot\left(\frac{(ab')}{(ab')y-(ca')z-at'+a't}+\frac{(ab')}{at'-a't-(ab')y+(ca')z}\right).\end{aligned}$$

Ducatur haec aequatio in expressionem:

$$\frac{1}{c''z+a''x+b''y-t''}+\frac{1}{t''-c''z-a''x-b''y}.$$

Fit autem

$$\begin{aligned}(ab')(c''z+a''x+b''y-t'')&=(ab'c'')z-(ab')t''-(a'b'')t-(a''b)t'\\ &\quad+a''[(ab')x-(bc')z-b't+bt']\\ &\quad+b''[(ab')y-(ca')z-at'+a't],\end{aligned}$$

unde videmus, advocato lemmate (1), loco tertii factoris adiecti in altera aequationis parte adhiberi posse sequentem:

$$\frac{(ab')}{(ab'c'')z-(ab')t''-(a'b'')t-(a''b)t'}+\frac{(ab')}{(ab')t''+(a'b'')t+(a''b)t'-(ab'c'')z}.$$

Fit porro:

$$\begin{aligned}&(ab'c'')[(ab')x-(bc')z-b't+bt']\\ &=(ab')[(ab'c'')x-(b'c'')t-(b''c)t'-(bc')t'']\\ &\quad-(bc')[(ab'c'')z-(ab')t''-(a'b'')t-(a''b)t'],\end{aligned}$$

$$\begin{aligned}&(ab'c'')[(ab')y-(ca')z-at'+a't]\\ &=(ab')[(ab'c'')y-(c''a)t'-(ca')t''-(c'a'')t]\\ &\quad-(ca')[(ab'c'')z-(ab')t''-(a'b'')t-(a''b)t'].\end{aligned}$$

Unde, advocato lemmate (2), videmus, post mutationem tertii factoris pro duobus

primis factoribus adhiberi posse hos:

$$\left(\frac{(ab'c'')}{(ab')[(ab'c'')x-(b'c'')t-(b''c)t'-(bc')t'']}+\frac{(ab'c'')}{(ab')[(b'c'')t+(b''c)t'+(bc')t''-(ab'c'')x]}\right)$$
$$\cdot\left(\frac{(ab'c'')}{(ab')[(ab'c'')y-(c''a)t'-(ca')t''-(c'a'')t]}+\frac{(ab'c'')}{(ab')[(c''a)t'+(ca')t''+(c'a'')t-(ab'c'')y]}\right).$$

Hinc tandem aequatio nostra in hanc abit:

$$(3)\quad\left\{\begin{aligned}&(ab'c'')\left(\frac{1}{ax+by+cz-t}+\frac{1}{t-ax-by-cz}\right)\\&\cdot\left(\frac{1}{b'y+c'z+a'x-t'}+\frac{1}{t'-b'y-c'z-a'x}\right)\\&\cdot\left(\frac{1}{c''z+a''x+b''y-t''}+\frac{1}{t''-c''z-a''x-b''y}\right)\\=&\left(\frac{(ab'c'')}{(ab'c'')x-(b'c'')t-(b''c)t'-(bc')t''}+\frac{(ab'c'')}{(b'c'')t+(b''c)t'+(bc')t''-(ab'c'')x}\right)\\&\cdot\left(\frac{(ab'c'')}{(ab'c'')y-(c''a)t'-(ca')t''-(c'a'')t}+\frac{(ab'c'')}{(c''a)t'+(ca')t''+(c'a'')t-(ab'c'')y}\right)\\&\cdot\left(\frac{(ab'c'')}{(ab'c'')z-(ab')t''-(a'b'')t-(a''b)t'}+\frac{(ab'c'')}{(ab')t''+(a'b'')t+(a''b)t'-(ab'c'')z}\right).\end{aligned}\right.$$

Positis, ut supra:

$$ax+by+cz=u,\quad a'x+b'y+c'z=u',\quad a''x+b''y+c''z=u'',$$

satisfaciant $x=p$, $y=q$, $z=r$ aequationibus $u=t$, $u'=t'$, $u''=t''$; quibus positis, formulam (3) brevius ita exhibere licet:

$$(4)\quad\left\{\begin{aligned}&(ab'c'')\left(\frac{1}{u-t}+\frac{1}{t-u}\right)\left(\frac{1}{u'-t'}+\frac{1}{t'-u'}\right)\left(\frac{1}{u''-t''}+\frac{1}{t''-u''}\right)\\&=\left(\frac{1}{x-p}+\frac{1}{p-x}\right)\left(\frac{1}{y-q}+\frac{1}{q-y}\right)\left(\frac{1}{z-r}+\frac{1}{r-z}\right),\end{aligned}\right.$$

siquidem adnotatur, $\frac{1}{u}$, $\frac{1}{u'}$, $\frac{1}{u''}$ earumque dignitates respectivas ad descendentes ipsarum x, y, z, porro $\frac{1}{p}$, $\frac{1}{q}$, $\frac{1}{r}$ earumque dignitates ad descendentes ipsarum t, t', t'' dignitates evolvendas esse.

Ubi in formula (4) eas tantum partes consideras, quae nonnisi positivas dignitates ipsarum t, t', t'' continent, fit

$$(5)\quad\left\{\begin{aligned}&\frac{(ab'c'')}{(u-t)(u'-t')(u''-t'')}\\=&\frac{1}{(x-p)(y-q)(z-r)}+\frac{1}{(p-x)(y-q)(z-r)}+\frac{1}{(x-p)(q-y)(z-r)}+\frac{1}{(x-p)(y-q)(r-z)}\\&+\frac{1}{(x-p)(q-y)(r-z)}+\frac{1}{(p-x)(y-q)(r-z)}+\frac{1}{(p-x)(q-y)(z-r)},\end{aligned}\right.$$

siquidem in hisce expressionibus, dictum in modum evolutis, reiiciuntur termini, qui negativas ipsarum t, t', t'' dignitates continent. Quae est repraesentatio nova septem partium, in quas expressio

$$\frac{(ab'c'')}{(u-t)(u'-t')(u''-t'')}$$

discerpitur. Cuius e. g. pars ea, quae nonnisi negativas dignitates omnium x, y, z continet, fit

$$\frac{1}{(x-p)(y-q)(z-r)},$$

sicuti invenimus formula (7) §. 3.

Formulam (3) etiam hunc in modum repraesentare licet:

$$6)\quad \begin{cases} \Sigma \dfrac{t^m t'^n t''^p}{(ax+by+cz)^{m+1}(b'y+c'z+a'x)^{n+1}(c''z+a''x+b''y)^{p+1}} \\ = \Sigma \dfrac{[(b'c'')t+(b''c)t'+(bc')t'']^{\mu-1}[(c''a)t'+(ca')t''+(c'a'')t]^{\nu-1}[(ab')t''+(a'b'')t+(a''b)t']^{\pi-1}}{(ab'c'')^{\mu+\nu+\pi-1}x^\mu y^\nu z^\pi}, \end{cases}$$

siquidem in summis designatis numeris integris m, n, p, μ, ν, π valores tribuuntur et positivi et negativi omnes a $-\infty$ ad $+\infty$. Quam formulam etiam proponere licet ut

Theorema 3.

Designantibus m, n, p numeros integros quoslibet sive positivos sive negativos, evoluta expressione

$$\frac{1}{(ax+by+cz)^{m+1}(b'y+c'z+a'x)^{n+1}(c''z+a''x+b''y)^{p+1}},$$

coëfficientem termini $\frac{1}{x^\mu y^\nu z^\pi}$ aequalem invenis coëfficienti termini $t^m t'^n t''^p$ in expressione

$$\frac{[(b'c'')t+(b''c)t'+(bc')t'']^{\mu-1}[(c''a)t'+(ca')t''+(c'a'')t]^{\nu-1}[(ab')t''+(a'b'')t+(a''b)t']^{\pi-1}}{(ab'c'')^{\mu+\nu+\pi-1}}.$$

Adnotare convenit, quoties m, n, p sint negativi, respective etiam μ, ν, π negativos fore, et vice versa, quoties μ, ν, π sint positivi, necessario etiam m, n, p respective positivos fore. Porro esse $m+n+p = \mu+\nu+\pi-3$.

Omnino similia theoremata de numero quolibet variabilium, quae §. 1 proposuimus, eruuntur.

7.

Commodam hoc loco inserere licet observationem. Consideremus expressionem

$$(at+a't'+a''t'')^m(bt+b't'+b''t'')^n(ct+c't'+c''t'')^p.$$

Numerum factorum et variabilium eundem esse statuimus, qui in casu proposito est tres; eadem autem de numero alio quolibet valebunt. Statuamus porro, m, n, p esse integros positivos. Posito $\Pi x = 1.2.3\ldots x$, constat per regulas notas evolutionis polynomii, expressione illa evoluta, fore coëfficientem termini $t^\mu t'^\nu t''^\pi$:

$$\frac{\Pi m\,\Pi n\,\Pi p}{\Pi\alpha\,\Pi\alpha'\,\Pi\alpha''.\Pi\beta\,\Pi\beta'\,\Pi\beta''.\Pi\gamma\,\Pi\gamma'\,\Pi\gamma''}\cdot a^\alpha a'^{\alpha'} a''^{\alpha''}.b^\beta b'^{\beta'} b''^{\beta''}.c^\gamma c'^{\gamma'} c''^{\gamma''},$$

siquidem numeris integris positivis α, α', α'', β, β', β'', γ, γ', γ'' valores tribuuntur omnes, qui satisfaciunt aequationibus:

$$\begin{aligned}&\alpha+\alpha'+\alpha'' = m, \quad \beta+\beta'+\beta'' = n, \quad \gamma+\gamma'+\gamma'' = p,\\ &\alpha+\beta+\gamma = \mu, \quad \alpha'+\beta'+\gamma' = \nu, \quad \alpha''+\beta''+\gamma'' = \pi.\end{aligned}$$

Iisdem positis, evoluta expressione

$$(at+bt'+ct'')^\mu(a't+b't'+c't'')^\nu(a''t+b''t'+c''t'')^\pi,$$

nanciscimur ut coëfficientem termini $t^m t'^n t''^p$ expressionem

$$\frac{\Pi\mu\,\Pi\nu\,\Pi\pi}{\Pi\alpha\,\Pi\beta\,\Pi\gamma.\Pi\alpha'\,\Pi\beta'\,\Pi\gamma'.\Pi\alpha''\,\Pi\beta''\,\Pi\gamma''}\cdot a^\alpha b^\beta c^\gamma.a'^{\alpha'} b'^{\beta'} c'^{\gamma'}.a''^{\alpha''} b''^{\beta''} c''^{\gamma''}.$$

Qua cum priore comparata, invenitur, coëfficientes illos omnino inter se convenire, nisi quod loco $\Pi m\,\Pi n\,\Pi p$ in altero inveniatur $\Pi\mu\,\Pi\nu\,\Pi\pi$. Unde videmus, utrumque coëfficientem esse inter se ut $\Pi m\,\Pi n\,\Pi p$ ad $\Pi\mu\,\Pi\nu\,\Pi\pi$.

Ponamus iam, ipsis m, n, p valores quoslibet tribui, et evolvamus expressionem

$$(at+a't'+a''t'')^m(b't'+bt+b''t'')^n(c''t''+ct+c't')^p$$

ad descendentes dignitates ipsorum a, b', c'' sive, quod idem est, factorem primum, secundum, tertium respective ad descendentes dignitates ipsorum t, t', t''. Quaeramus coëfficientem termini $t^\mu t'^\nu t''^\pi$, qui, ut omnino in evolutione illa inveniatur, sint $m-\mu$, $n-\nu$, $p-\pi$ numeri integri sive positivi sive negativi, necesse est. Adhibebo in sequentibus signum $\frac{\Pi m}{\Pi\mu}$ etiam casu, quo m, μ sunt quantitates quaelibet, quarum tamen differentia est numerus integer, pro experimendo producto $m(m-1)(m-2)\ldots(\mu+1)$, quoties $m-\mu$ est positivum,

sive $\frac{1}{(m+1)(m+2)\dots\mu}$, quoties $\mu - m$ positivum est. Patet, si $m - u = \mu - v$, fore etiam

$$(1) \qquad \frac{m(m-1)(m-2)\dots(m-u)}{\mu(\mu-1)(\mu-2)\dots(\mu-v)} = \frac{\Pi m}{\Pi n}.$$

Jam per regulas notas nanciscimur ut coëfficientem quaesitum in evolutione proposita expressionem:

$$\frac{m(m-1)\dots(m+1-\alpha-\alpha')}{\Pi\alpha\,\Pi\alpha'} \cdot \frac{n(n-1)\dots(n+1-\beta-\beta')}{\Pi\beta\,\Pi\beta'} \cdot \frac{p(p-1)\dots(p+1-\gamma-\gamma')}{\Pi\gamma\,\Pi\gamma'}$$
$$\times a^{m-\alpha-\alpha'} a'^{\alpha} a''^{\alpha'} . b'^{n-\beta-\beta'} b''^{\beta} b^{\beta'} . c''^{p-\gamma-\gamma'} c^{\gamma} c'^{\gamma'},$$

siquidem numeris integris positivis α, α', β, β', γ, γ' tribuimus valores omnes, qui satisfaciunt aequationibus:

$$(2) \quad m-\alpha-\alpha'+\beta'+\gamma = \mu, \quad n-\beta-\beta'+\gamma'+\alpha = \nu, \quad p-\gamma-\gamma'+\alpha'+\beta = \pi.$$

Modo simili, evoluta expressione

$$(at+bt'+ct'')^m (b't'+c't''+a't)^n (c''t''+a''t+b''t')^p,$$

nanciscimur ut coëfficientem termini $t^{\mu} t'^{\nu} t''^{\pi}$ expressionem

$$\frac{\mu(\mu-1)\dots(\mu+1-\beta'-\gamma)}{\Pi\beta'\,\Pi\gamma} \cdot \frac{\nu(\nu-1)\dots(\nu+1-\gamma'-\alpha)}{\Pi\gamma'\,\Pi\alpha} \cdot \frac{\pi(\pi-1)\dots(\pi+1-\alpha'-\beta)}{\Pi\alpha'\,\Pi\beta}.$$
$$\times a^{\mu-\beta'-\gamma} b^{\beta'} c^{\gamma} . b'^{\nu-\gamma'-\alpha} c'^{\gamma'} a'^{\alpha} . c''^{\pi-\alpha'-\beta} a''^{\alpha'} b''^{\beta},$$

designantibus α, α', β, β', γ, γ' numeros integros positivos omnes, qui satisfaciunt aequationibus:

$$\mu-\beta'-\gamma+\alpha+\alpha' = m, \quad \nu-\gamma'-\alpha+\beta+\beta' = n, \quad \pi-\alpha'-\beta+\gamma+\gamma' = p,$$

quae omnino eaedem sunt atque aequationes (2). Unde cum ex iisdem sit

$$\mu-\beta'-\gamma = m-\alpha-\alpha', \quad \nu-\gamma'-\alpha = n-\beta-\beta', \quad \pi-\alpha'-\beta = p-\gamma-\gamma',$$

utroque coëfficiente inter se comparato, videmus alterum ad alterum esse ut

$$1 \text{ ad } \frac{\Pi\mu}{\Pi m} \cdot \frac{\Pi\nu}{\Pi n} \cdot \frac{\Pi\pi}{\Pi p}.$$

Quaecum eodem modo se habeant de numero quolibet variabilium, nanciscimur

Theorema 4.

Sint m, n, p, ... quantitates quaelibet, $m-\mu$, $n-\nu$, $p-\pi$, ... numeri integri positivi vel negativi, porro $m+n+p+\cdots = \mu+\nu+\pi\dots$, expressionibus

$$(at+a't'+a''t''+\cdots)^m (b't'+bt+b''t''+\cdots)^n (c''t''+ct+c't'+\cdots)^p \cdots,$$
$$(at+bt'+ct''+\cdots)^{\mu} (b't'+a't+c't''+\cdots)^{\nu} (c''t''+a''t+b''t'+\cdots)^{\pi} \cdots,$$

in quibus supponimus eundem esse numerum factorum et variabilium $t, t', t'', \ldots$, ad dignitates descendentes ipsarum $a, b', c'', \ldots$, sive quod idem est, factoribus earum primo, secundo, tertio, etc. respective ad dignitates descendentes ipsarum $t, t', t'', \ldots$ evolutis, coëfficiens termini $t^{\mu} t'^{\nu} t''^{\pi} \ldots$ in priore fit ad coëfficientem termini $t^{m} t'^{n} t''^{p} \ldots$ in posteriore ut

$$1 \quad \text{ad} \quad \frac{\Pi\mu}{\Pi m} \cdot \frac{\Pi\nu}{\Pi n} \cdot \frac{\Pi\pi}{\Pi p} \cdots.$$

8.

E theoremate (4) modo proposito, theoremata (2), (3), ubi insuper loco t, t', t'' ponitur x, y, z, in sequentia abeunt:

Theorema 5.

Coëfficiens termini $\frac{1}{x^{\mu} y^{\nu}}$ in expressione

$$\frac{1}{(ax+by)^{m+1}} \cdot \frac{1}{(b'y+a'x)^{n+1}}$$

aequalis est ipsi

$$\frac{\Pi(\mu-1)}{\Pi m} \cdot \frac{\Pi(\nu-1)}{\Pi n} \cdot \frac{1}{(ab'-a'b)^{m+n+1}}$$

ducto in coëfficientem termini $x^{\mu-1} y^{\nu-1}$ expressionis

$$(b'x-a'y)^{m} (ay-bx)^{n}.$$

Theorema 6.

Coëfficiens termini $\frac{1}{x^{\mu} y^{\nu} z^{\pi}}$ in expressione

$$\frac{1}{(ax+by+cz)^{m+1}} \cdot \frac{1}{(b'y+c'z+a'x)^{n+1}} \cdot \frac{1}{(c''z+a''x+b''y)^{p+1}}$$

aequalis est ipsi

$$\frac{\Pi(\mu-1)}{\Pi m} \cdot \frac{\Pi(\nu-1)}{\Pi n} \cdot \frac{\Pi(\pi-1)}{\Pi p} \cdot \frac{1}{(ab'c'')^{m+n+p+1}},$$

ducto in coëfficientem termini $x^{\mu-1} y^{\nu-1} z^{\pi-1}$ expressionis

$$[(b'c'')x+(c'a'')y+(a'b'')z]^{m} [(c''a)y+(a''b)z+(b''c)x]^{n} [(ab')z+(bc')x+(ca')y]^{p}.$$

Corollarium.

Designemus coëfficientem termini $\left(\frac{y}{x}\right)^{\lambda}$ in expressione

$$\frac{1}{\left[\left(a+b\,\frac{y}{x}\right)\left(b'+a'\,\frac{x}{y}\right)\right]^{n+1}}$$

per P_λ; porro coëfficientem termini $\left(\frac{x}{y}\right)^\lambda$ in expressione

$$\left[\left(b'-a'\frac{y}{x}\right)\left(a-b\frac{x}{y}\right)\right]^n$$

per Q_λ; ubi in theoremate (5) ponimus $m=n$, $\mu=n+1+\lambda$, $\nu=n+1-\lambda$, videmus fieri

$$(1)\qquad P_\lambda=\frac{\Pi(n+\lambda)\Pi(n-\lambda)}{\Pi n.\Pi n.(ab')^{2n+1}}Q_\lambda.$$

Porro posito $\frac{y}{x}=e^{i\varphi}$, $a=b'=1$, $b=a'=-\alpha$, ubi supponimus $\alpha<1$, facile constat, esse:

$$\frac{1}{(1-2\alpha\cos\varphi+\alpha\alpha)^{n+1}}=P_0+2P_1\cos\varphi+2P_2\cos 2\varphi+\cdots+2P_\lambda\cos\lambda\varphi+\cdots$$

$$(1+2\alpha\cos\varphi+\alpha\alpha)^n=Q_0+2Q_1\cos\varphi+2Q_2\cos 2\varphi+\cdots+2Q_\lambda\cos\lambda\varphi+\cdots$$

Unde e notissimis calculi integralis praeceptis:

$$P_\lambda=\frac{1}{\pi}\int_0^\pi\frac{\cos\lambda\varphi.d\varphi}{(1-2\alpha\cos\varphi+\alpha\alpha)^{n+1}},$$

$$Q_\lambda=\frac{1}{\pi}\int_0^\pi(1+2\alpha\cos\varphi+\alpha\alpha)^n\cos\lambda\varphi.d\varphi.$$

Quibus substitutis in aequationem (1), obtinemus:

$$(2)\quad \int_0^\pi\frac{\cos\lambda\varphi.d\varphi}{(1-2\alpha\cos\varphi+\alpha\alpha)^{n+1}}=\frac{\Pi(n+\lambda)\Pi(n-\lambda)}{\Pi n\Pi n}\int_0^\pi\frac{\cos\lambda\varphi.d\varphi(1+2\alpha\cos\varphi+\alpha\alpha)^n}{(1-\alpha\alpha)^{2n+1}}.$$

Quae olim ab Eulero inventa est formula.

DE

TRANSFORMATIONE INTEGRALIS DUPLICIS INDEFINITI

$$\int \frac{d\varphi\, d\psi}{A+B\cos\varphi+C\sin\varphi+(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)\cos\psi+(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)\sin\psi}$$

IN FORMAM SIMPLICIOREM

$$\int \frac{d\eta\, d\vartheta}{G-G'\cos\eta\cos\vartheta-G''\sin\eta\sin\vartheta}.$$

AUCTORE

C. G. J. JACOBI,
PROF. MATH. REGIOM.

Crelle Journal für die reine und angewandte Mathematik, Bd. 8. p. 253—279 u. p. 321—357.

DE TRANSFORMATIONE INTEGRALIS DUPLICIS INDEFINITI

$$\int \frac{d\varphi\, d\psi}{A+B\cos\varphi+C\sin\varphi+(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)\cos\psi+(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)\sin\psi}$$

IN FORMAM SIMPLICIOREM

$$\int \frac{d\eta\, d\vartheta}{G-G'\cos\eta\cos\vartheta-G''\sin\eta\sin\vartheta}.$$

Introductio.

1.

Facile probatur, integrale huiusmodi

$$\int \frac{d\varphi}{\sqrt{a+b\cos\varphi+c\sin\varphi+d\cos^2\varphi+e\cos\varphi\sin\varphi+f\sin^2\varphi}},$$

in quo expressio, quae sub radicali invenitur, functio est rationalis integra secundi ordinis ipsorum $\cos\varphi$, $\sin\varphi$, casu quo expressio illa pro omnibus anguli φ valoribus realibus valorem positivum servat, per substitutionem realem formae

$$\operatorname{tang}\tfrac{1}{2}\varphi = \frac{m+n\operatorname{tang}\frac{1}{2}\eta}{1+p\operatorname{tang}\frac{1}{2}\eta}$$

ad hoc simplicioris formae integrale revocari posse:

$$\frac{1}{M}\int \frac{d\eta}{\sqrt{1-k^2\sin^2\eta}},$$

in quo insuper $k^2 < 1$, qua forma hodie integralia elliptica exhiberi solent.

Ponatur enim

$$\operatorname{tang}\tfrac{1}{2}\varphi = x,$$

integrale illud

$$\int \frac{d\varphi}{\sqrt{a+b\cos\varphi+c\sin\varphi+d\cos^2\varphi+e\cos\varphi\sin\varphi+f\sin^2\varphi}}$$

abire videmus in integrale sequentis formae:

$$\int \frac{dx}{\sqrt{g+hx+ix^2+kx^3+lx^4}},$$

in quo expressio sub radicali dignitates omnes ipsius x continet integras positivas usque ad quartam; cuiusmodi integrale Eulerus olim docuit, adhibita substitutione

$$x = \frac{m+ny}{1+py},$$

in simplicius transformari posse hoc

$$\int \frac{dy}{\sqrt{q+ry^2+sy^4}},$$

in quo sub radicali impares dignitates variabilis non inveniuntur. Substitutionem autem adhibitam

$$x = \frac{m+ny}{1+py}$$

Cl. Legendre demonstravit omnibus casibus realem accipi posse, atque integralia ita reducta facillime revocari ad dictam formam

$$\frac{1}{M}\int \frac{d\eta}{\sqrt{1-k^2\sin^2\eta}},$$

idque variis modis pro indole ipsarum q, r, s. E quibus modis est substitutio

$$y = \sqrt[4]{\frac{q}{s}}\,\operatorname{tang}\tfrac{1}{2}\eta,$$

qua adhibita prodit:

$$\int \frac{dy}{\sqrt{q+ry^2+sy^4}} = \frac{1}{2\sqrt[4]{qs}}\int \frac{d\eta}{\sqrt{1-\frac{2\sqrt{qs}-r}{4\sqrt{qs}}\sin^2\eta}},$$

quod integrale forma assignata gaudet. Junctis substitutionibus, quibus integrale propositum in formam illam transformatum est, invenimus, siquidem loco $n\sqrt[4]{\frac{q}{s}}$, $p\sqrt[4]{\frac{q}{s}}$ simpliciter n, p scribimus, substitutionem formae propositae:

$$\operatorname{tang}\tfrac{1}{2}\varphi = \frac{m+n\operatorname{tang}\frac{1}{2}\eta}{1+p\operatorname{tang}\frac{1}{2}\eta}.$$

2.

Ut substitutio assignata realis sit, in antecedentibus supponi debet, q, s eodem signo affectas esse. Quod facile probatur locum habere, quoties expressiones sub radicali aut pro nullo aut pro quatuór valoribus realibus variabilis evanescant.

Expressiones enim binae

$$a+b\cos\varphi+c\sin\varphi+d\cos^2\varphi+e\cos\varphi\sin\varphi+f\sin^2\varphi$$

atque

$$q+ry^2+sy^4$$

eodem tempore evanescunt, idque pro eodem numero valorum realium et imaginariorum variabilium. Quoties vero q, s signa opposita habent, evanescit haec pro valoribus realibus ipsius y^2 uno positivo, uno negativo; unde valores variabilium y, φ, pro quibus expressiones illae evanescunt, eo casu duo reales, duo imaginarii forent.

Porro facile probatur, altero casu, quo expressio sub radicali pro nullo valore reali variabilis evanescat sive valorem semper positivum servet, modulum integralis elliptici, ad quod integrale propositum revocatur, semper realem unitate minorem effici posse.

Quem in finem observo, substitutionem nostram

$$\operatorname{tang}\tfrac{1}{2}\varphi = \frac{m+n\operatorname{tang}\frac{1}{2}\eta}{1+p\operatorname{tang}\frac{1}{2}\eta}$$

formam non mutare, ubi loco $\operatorname{tang}\frac{1}{2}\eta$ ponatur

$$\frac{1-\operatorname{tang}\frac{1}{2}\eta}{1+\operatorname{tang}\frac{1}{2}\eta},$$

sive loco η ponatur $90^0-\eta$. Quo facto integrale reductum abit in

$$-\frac{1}{\sqrt{2\sqrt{qs}+r}}\int\frac{d\eta}{\sqrt{1-\frac{r-2\sqrt{qs}}{r+2\sqrt{qs}}\sin^2\eta}}$$

ita ut quadratum moduli invenias

$$\text{aut}\quad k^2 = \frac{2\sqrt{qs}-r}{4\sqrt{qs}}\qquad\text{aut}\quad k^2 = \frac{r-2\sqrt{qs}}{r+2\sqrt{qs}}.$$

Quoties vero expressio sub radicali in integrali proposito valorem semper positivum habet, radices y^2 aequationis quadraticae

$$q+ry^2+sy^4 = 0$$

aut imaginariae fiunt, aut certe negativae. Casu primo fit $rr < 4qs$, ideoque modulus

$$k = \sqrt{\frac{2\sqrt{qs}-r}{4\sqrt{qs}}}$$

realis unitate minor. Casu secundo fit $rr > 4qs$ simulque r positiva, ideoque

eo casu modulus

$$k = \sqrt{\frac{r-2\sqrt{qs}}{r+2\sqrt{qs}}}$$

realis unitate minor. Unde, quod probari debuit, siquidem expressio sub radicali valorem semper positivum habet, per dictam substitutionem omnibus casibus ad integrale ellipticum pervenire licet, cuius modulus realis unitate minor est.

Altero casu, quo denominator integralis pro quatuor valoribus realibus variabilis evanescit, fit $rr > 4qs$ simulque r negativa. Quo casu ut modulus realis unitate minor existat, cum ad novas substitutiones confugiendum sit, plerumque eum casum alia ratione tractare praestat.

3.

E relatione, quae inter $\operatorname{tang}\frac{1}{2}\varphi$, $\operatorname{tang}\frac{1}{2}\eta$ obtinet,

$$\operatorname{tang}\tfrac{1}{2}\varphi = \frac{m+n\operatorname{tang}\frac{1}{2}\eta}{1+p\operatorname{tang}\frac{1}{2}\eta}$$

valores ipsorum $\cos\varphi$, $\sin\varphi$ fluunt hujusmodi:

$$\cos\varphi = \frac{\beta-\beta'\cos\eta-\beta''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta},$$

$$\sin\varphi = \frac{\gamma-\gamma'\cos\eta-\gamma''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta}.$$

Quibus in expressionibus inter coëfficientes α, β etc. certae quaedam aequationes conditionales locum habere debent, cum identice fieri debeat:

$$(\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta)^2 = (\beta-\beta'\cos\eta-\beta''\sin\eta)^2+(\gamma-\gamma'\cos\eta-\gamma''\sin\eta)^2.$$

Quod etiam inde patet, quod omnes a tribus m, n, p pendent. Vice versa facile probatur, quod infra videbimus, quoties per relationes, quae inter α, β etc. locum habent, identice sit:

$$(\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta)^2 = (\beta-\beta'\cos\eta-\beta''\sin\eta)^2+(\gamma-\gamma'\cos\eta-\gamma''\sin\eta)^2,$$

ideoque simul ponere liceat:

$$\cos\varphi = \frac{\beta-\beta'\cos\eta-\beta''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta},$$

$$\sin\varphi = \frac{\gamma-\gamma'\cos\eta-\gamma''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta},$$

inde etiam relationem illam linearem inter tangentes semiarcuum demanare:

$$\operatorname{tang}\tfrac{1}{2}\varphi = \frac{m+n\operatorname{tang}\frac{1}{2}\eta}{1+p\operatorname{tang}\frac{1}{2}\eta}.$$

Cui insuper videbimus formam conciliari posse ad calculum idoneam:

$$\operatorname{tang}\tfrac{1}{2}(\varphi'-\varphi)\operatorname{tang}\tfrac{1}{2}(\eta-\eta') = \mu,$$

ubi φ', η', μ constantes.

4.

Patet ex antecedentibus, substitutionem illam

$$\operatorname{tang}\tfrac{1}{2}\varphi = \frac{m+n\operatorname{tang}\frac{1}{2}\eta}{1+p\operatorname{tang}\frac{1}{2}\eta}$$

etiam per binas aequationes inter se iunctas repraesentari posse:

$$\cos\varphi = \frac{\beta-\beta'\cos\eta-\beta''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta},$$
$$\sin\varphi = \frac{\gamma-\gamma'\cos\eta-\gamma''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta},$$

in quibus inter coefficientes certae relationes locum habent. Quae forma substitutionis non sine elegantia ad transformationem propositam adhibetur, quamvis in locum trium quantitatum m, n, p novem α, β etc. in calculum introducantur, aut certe octo, cum unius ex earum numero valorem pro arbitrio assumere liceat. Id quod licet in casu paullo restrictiore, ad quem tamen generalior facile revocatur, a Cl. Gauss factum est in commentatione *Determinatio attractionis etc.*

Analysin transformationis propositae dictum in modum institutam observavi olim (*Diar.* Crell. Vol. II. pag. 228. Conf. Vol. III. h. ed. pag. 48), prorsus convenire cum problemate algebraico, per substitutiones

$$x = \alpha s+\alpha's'+\alpha''s'',$$
$$y = \beta s+\beta's'+\beta''s'',$$
$$z = \gamma s+\gamma's'+\gamma''s'',$$

quae identice efficiant

$$xx+yy+zz = ss+s's'+s''s'',$$

simul expressionem

$$ax^2+bxy+cxz+dy^2+eyz+fz^2$$

in hanc simpliciorem transformare:

$$GGss+G'G's's'+G''G''s''s'';$$

quod scimus problema investigationem axium principalium ellipsoidarum concernere.

Supponamus enim in problemate illo algebraico

$$xx+yy+zz = ss+s's'+s''s'' = 0;$$

quibus statutis, siquidem $i=\sqrt{-1}$, ponere licet:

$$\frac{y}{x}=-i\cos\varphi,\quad \frac{s'}{s}=i\cos\eta,$$
$$\frac{z}{x}=-i\sin\varphi,\quad \frac{s''}{s}=i\sin\eta,$$

unde, ubi ut ad expressiones reales perveniamus, loco α', α'', β, γ scribamus $i\alpha'$, $i\alpha''$, $-i\beta$, $-i\gamma$, substitutiones propositae in has abeunt:

$$\cos\varphi=\frac{\beta-\beta'\cos\eta-\beta''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta},$$
$$\sin\varphi=\frac{\gamma-\gamma'\cos\eta-\gamma''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta}.$$

Porro aequationem:

$$\frac{ax^2+bxy+cxz+dy^2+eyz+fz^2}{xx}=\frac{GGss+G'G's's'+G''G''s''s''}{(\alpha s+\alpha's'+\alpha''s'')^2},$$

ubi rursus loco b, c, d, e, f scribamus ib, ic, $-d$, $-e$, $-f$, in hanc abire videmus:

$$a+b\cos\varphi+c\sin\varphi+d\cos^2\varphi+e\cos\varphi\sin\varphi+f\sin^2\varphi=\frac{GG-G'G'\cos^2\eta-G''G''\sin^2\eta}{(\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta)^2}.$$

Unde cum facile probetur, esse

$$d\varphi=\frac{d\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta},$$

sequitur transformatio illa:

$$\int\frac{d\varphi}{\sqrt{a+b\cos\varphi+c\sin\varphi+d\cos^2\varphi+e\cos\varphi\sin\varphi+f\sin^2\varphi}}$$
$$=\int\frac{d\eta}{\sqrt{GG-G'G'\cos^2\eta-G''G''\sin^2\eta}}=\frac{1}{\sqrt{GG-G'G'}}\int\frac{d\eta}{\sqrt{1-\frac{G''G''-G'G'}{GG-G'G'}\sin^2\eta}},$$

ubi integrale reductum formam assignatam habet. Hinc videmus, utriusque problematis solutiones alteram ex altera obtineri, ubi loco

$$\alpha',\ \alpha'',\ \beta,\ \gamma,\ b,\ c,\ d,\ e,\ f$$

scribatur respective:

$$i\alpha',\ i\alpha'',\ -i\beta,\ -i\gamma,\ ib,\ ic,\ -d,\ -e,\ -f,$$

posito $i=\sqrt{-1}$.

5.

De natura substitutionis

$$\cos\varphi=\frac{\beta-\beta'\cos\eta-\beta''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta},$$
$$\sin\varphi=\frac{\gamma-\gamma'\cos\eta-\gamma''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta}$$

et reductione integralis, cui inservit, fusius egi, cum per eandem substitutionem, sed binis simul variabilibus applicatam, etiam reductio proposita integralis duplicis succedat. Videbimus enim sequentibus, propositum integrale duplex

$$\int \frac{d\varphi\, d\psi}{A+B\cos\varphi+C\sin\varphi+(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)\cos\psi+(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)\sin\psi}$$

per substitutiones

$$\cos\varphi = \frac{\beta-\beta'\cos\eta-\beta''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta} \qquad \cos\psi = \frac{a'-b'\cos\vartheta-c'\sin\vartheta}{a-b\cos\vartheta-c\sin\vartheta}$$

$$\sin\varphi = \frac{\gamma-\gamma'\cos\eta-\gamma''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta} \qquad \sin\psi = \frac{a''-b''\cos\vartheta-c''\sin\vartheta}{a-b\cos\vartheta-c\sin\vartheta}$$

simul adhibitas transformari posse in formam simpliciorem

$$\int \frac{d\eta\, d\vartheta}{G-G'\cos\eta\cos\vartheta-G''\sin\eta\sin\vartheta}.$$

Quin adeo videbimus, ipsam hanc integralis duplicis transformationem ad eiusmodi binorum integralium simplicium reductionem, qualem supra exhibuimus, revocari.

Et haec de transformando duplici integrali quaestio, uti transformatio illa integralis simplicis, cum problemate algebraico convenit, ita ut ex alterius solutione alterius solutionem levissimis mutationibus factis petere liceat. Quod problema algebraicum hoc est, per substitutiones

$$\begin{aligned} x &= \alpha s+\alpha' s'+\alpha'' s'' \\ y &= \beta s+\beta' s'+\beta'' s'' \\ z &= \gamma s+\gamma' s'+\gamma'' s'' \end{aligned} \qquad \begin{aligned} w &= at+bu+cv \\ w' &= a't+b'u+c'v \\ w'' &= a''t+b''u+c''v, \end{aligned}$$

quae identice efficiant

$$\begin{aligned} xx+yy+zz &= ss+s's'+s''s'', \\ ww+w'w'+w''w'' &= tt+uu+vv, \end{aligned}$$

simul transformare expressionem

$$(Ax+By+Cz)w+(A'x+B'y+C'z)w'+(A''x+B''y+C''z)w''$$

in hanc simpliciorem:

$$Gst+G's'u+G''s''v.$$

Cuius problematis solutionem suscipiamus vel antequam ad transformationem integralis duplicis accedemus, atque monstremus, quomodo illa absoluta, confestim etiam hanc obtines: cum ut exemplo luculento transitum illum memorabilem ab altero ad alterum problema demonstremus, tum quia problema algebraicum elegantia quodammodo et symmetria calculi praevalet, et per se dignum est, in quod inquiratur.

6.

Expositis variis relationibus, quae in problemate algebraico inter octodecim coëfficientes substitutionum et tres quantitates G, G', G'' locum habent, inveniuntur primum harum quadrata GG, $G'G'$, $G''G''$ ut radices diversae aequationis cubicae:

$$x^3 - x^2(AA+BB+CC+A'A'+B'B'+C'C'+A''A''+B''B''+C''C'')$$
$$+x\left\{\begin{array}{c}(B'C''-B''C')^2+(B''C-BC'')^2+(BC'-B'C)^2\\ +(C'A''-C''A')^2+(C''A-CA'')^2+(CA'-C'A)^2\\ +(A'B''-A''B')^2+(A''B-AB'')^2+(AB'-A'B)^2\end{array}\right\}$$
$$-\{A(B'C''-B''C')+A'(B''C-BC'')+A''(BC'-B'C)\}^2=0.$$

Quibus erutis, quadrata coëfficientium substitutionis nec non producta

$$\begin{array}{ccc|ccc} \beta\gamma & \gamma\alpha & \alpha\beta & a'a'' & a''a & aa' \\ \beta'\gamma' & \gamma'\alpha' & \alpha'\beta' & b'b'' & b''b & bb' \\ \beta''\gamma'' & \gamma''\alpha'' & \alpha''\beta'' & c'c'' & c''c & cc' \end{array}$$

per formulas rationales exhibentur. Utriusque autem substitutionis coëfficientes ope ipsarum G, G', G'' alterae per alteras idque variis modis lineariter exprimuntur.

Observabitur porro, expressiones

$$(Ax+By+Cz)^2+(A'x+B'y+C'z)^2+(A''x+B''y+C''z)^2,$$
$$(Aw+A'w'+A''w'')^2+(Bw+B'w'+B''w'')^2+(Cw+C'w'+C''w'')^2$$

per easdem substitutiones, singulas singulis applicatas, transformari in has simpliciores:

$$GGss+G'G's's'+G''G''s''s'',$$
$$GGtt+G'G'uu+G''G''vv.$$

In utraque expressione reducta memoratu dignum est, coëfficientes GG, $G'G'$, $G''G''$ easdem esse, quod etiam inde patet, quod aequatio cubica, cuius illae radices sunt, immutata maneat, ubi constantium

$$\begin{array}{ccc} A & B & C \\ A' & B' & C' \\ A'' & B'' & C'' \end{array}$$

series horizontales et verticales inter se permutantur. Quod theorema geometricum suppeditat, ellipsoidas, quae ad coordinatas orthogonales relatae definiantur per aequationes

$$(Ax+By+Cz)^2+(A'x+B'y+C'z)^2+(A''x+B''y+C''z)^2=KK,$$
$$(Aw+A'w'+A''w'')^2+(Bw+B'w'+B''w'')^2+(Cw+C'w'+C''w'')^2=KK,$$

easdem esse nec nisi situ in spatio diversas, quippe utriusque inveniantur semi-

axes principales $\frac{K}{G}, \frac{K}{G'}, \frac{K}{G''}$. Qua observatione problema propositum algebraicum revocatur ad indagationem axium principalium ellipsoidarum, quae aequationibus assignatis continentur.

Per easdem substitutiones invenitur, etiam expressionem

$$\begin{aligned}&[(B'C''-B''C')x+(C'A''-C''A')y+(A'B''-A''B')z]w\\+&[(B''C-BC'')x+(C''A-CA'')y+(A''B-AB'')z]w'\\+&[(BC'-B'C)x+(CA'-C'A)y+(AB'-A'B)z]w''\end{aligned}$$

abire in hanc simpliciorem

$$G'G''st+G''Gs'u+GG's''v;$$

nec non ellipsoidas, quae ad coordinatas orthogonales relatae definiantur per aequationes:

$$\begin{aligned}&[(B'C''-B''C')x+(C'A''-C''A')y+(A'B''-A''B')z]^2\\+&[(B''C-BC'')x+(C''A-CA'')y+(A''B-AB'')z]^2\\+&[(BC'-B'C)x+(CA'-C'A)y+(AB'-A'B)z]^2=KK,\\&[(B'C''-B''C')w+(B''C-BC'')w'+(BC'-B'C)w'']^2\\+&[(C'A''-C''A')w+(C''A-CA'')w'+(CA'-C'A)w'']^2\\+&[(A'B''-A''B')w+(A''B-AB'')w'+(AB'-A'B)w'']^2=KK\end{aligned}$$

per easdem substitutiones ad axes earum principales revocari, quae cum pro utraque inveniantur

$$\frac{K}{G'G''},\quad \frac{K}{G''G},\quad \frac{K}{GG'},$$

et haec ellipsoidae eaedem erunt nec nisi situ diversae.

7.

Absoluto problemate algebraico, ut inde transformationem integralis duplicis propositam eruamus, ponamus rursus

$$xx+yy+zz=ss+s's'+s''s''=0$$

nec non

$$ww+w'w'+w''w''=tt+uu+vv=0,$$

atque, ut supra, statuamus:

$$\begin{array}{ll|ll}\frac{y}{x}=-i\cos\varphi & & \frac{w'}{w}=-i\cos\psi & \\ \frac{z}{x}=-i\sin\varphi & & \frac{w''}{w}=-i\sin\psi & \\ \frac{s'}{s}=\quad i\cos\eta & & \frac{u}{t}=\quad i\cos\vartheta & \\ \frac{s''}{s}=\quad i\sin\eta & & \frac{v}{t}=\quad i\sin\vartheta. & \end{array}$$

Unde, ubi rursus loco

$$\left.\begin{matrix} \alpha', & \alpha'', & \beta, & \gamma \\ b, & c, & a', & a'' \end{matrix}\right\} \text{ scribatur } \left\{\begin{matrix} i\alpha', & i\alpha'', & -i\beta, & -i\gamma \\ ib, & ic, & -ia', & -ia'', \end{matrix}\right.$$

e substitutionibus §. 5 adhibitis prodeunt:

$$\cos\varphi = \frac{\beta-\beta'\cos\eta-\beta''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta} \qquad \cos\psi = \frac{a'-b'\cos\vartheta-c'\sin\vartheta}{a-b\cos\vartheta-c\sin\vartheta}$$

$$\sin\varphi = \frac{\gamma-\gamma'\cos\eta-\gamma''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta} \qquad \sin\psi = \frac{a''-b''\cos\vartheta-c''\sin\vartheta}{a-b\cos\vartheta-c\sin\vartheta}.$$

Porro aequatio

$$\frac{(Ax+By+Cz)w+(A'x+B'y+C'z)w'+(A''x+B''y+C''z)w''}{xw}$$
$$= \frac{Gst+G's'u+G''s''v}{(\alpha s+\alpha's'+\alpha''s'')(at+bu+cv)},$$

ubi rursus loco

$$A, \quad B, \quad C, \quad A', \quad B', \quad C', \quad A'', \quad B'', \quad C''$$

scribatur

$$A, \quad iB, \quad iC, \quad iA', \quad -B', \quad -C', \quad iA'', \quad -B'', \quad -C'',$$

in hanc abit:

$$A+B\cos\varphi+C\sin\varphi+(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)\cos\psi+(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)\sin\psi$$
$$= \frac{G-G'\cos\eta\cos\vartheta-G''\sin\eta\sin\vartheta}{(\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta)(a-b\cos\vartheta-c\sin\vartheta)}.$$

Unde, cum sit:

$$d\varphi = \frac{d\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta}$$
$$d\psi = \frac{d\vartheta}{a-b\cos\vartheta-c\sin\vartheta},$$

prodit transformatio quaesita integralis duplicis propositi:

$$\int\frac{d\varphi\, d\psi}{(A+B\cos\varphi+C\sin\varphi)+(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)\cos\psi+(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)\sin\psi}$$
$$= \int\frac{d\eta\, d\vartheta}{G-G'\cos\eta\cos\vartheta-G''\sin\eta\sin\vartheta}.$$

8.

Quemadmodum problema algebraicum ad aliud revocare licet, quod investigationem axium principalium ellipsoidarum concernit, ita etiam transformatio duplicis integralis, quae illi respondet, eo revocari potest, ut integralia simplicia

$$\int \frac{d\varphi}{\sqrt{(A+B\cos\varphi+C\sin\varphi)^2-(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)^2-(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)^2}},$$
$$\int \frac{d\psi}{\sqrt{(A+A'\cos\psi+A''\sin\psi)^2-(B+B'\cos\psi+B''\sin\psi)^2-(C+C'\cos\psi+C''\sin\psi)^2}},$$

per substitutiones assignatas transformentur in haec:

$$\int \frac{d\eta}{\sqrt{GG-G'G'\cos^2\eta-G''G''\sin^2\eta}},$$
$$\int \frac{d\vartheta}{\sqrt{GG-G'G'\cos^2\vartheta-G''G''\sin^2\vartheta}},$$

quae videmus nonnisi argumento differre, quemadmodum in illo problemate ellipsoidae propositae nonnisi situ differebant.

Hinc solutionem problematis propositi semper realem fore sequitur, ubi expressio

$$A+B\cos\varphi+C\sin\varphi+(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)\cos\psi+(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)\sin\psi$$

pro nullo angulorum φ, ψ valore reali evanescat, qui casus prae ceteris applicationem invenit. Posito enim

$$\frac{A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi}{A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi} = \operatorname{tang}\varepsilon$$
$$\frac{C+C'\cos\psi+C''\sin\psi}{B+B'\cos\psi+B''\sin\psi} = \operatorname{tang}\zeta,$$

expressio illa ita repraesentari potest:

$$A+B\cos\varphi+C\sin\varphi+\sqrt{(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)^2+(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)^2}.\cos(\psi-\varepsilon)$$

sive etiam

$$A+A'\cos\psi+A''\sin\psi+\sqrt{(B+B'\cos\psi+B''\sin\psi)^2+(C+C'\cos\psi+C''\sin\psi)^2}.\cos(\varphi-\zeta),$$

quae, ne pro ullo valore reali ipsorum φ, ψ evanescant, expressiones

$$(A+B\cos\varphi+C\sin\varphi)^2-(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)^2-(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)^2,$$
$$(A+A'\cos\psi+A''\sin\psi)^2-(B+B'\cos\psi+B''\sin\psi)^2-(C+C'\cos\psi+C''\sin\psi)^2$$

semper positivo valore gaudeant, necesse est. Quo casu substitutiones assignatas reales fore probavimus.

Per easdem substitutiones, quibus aequatio

$$A+B\cos\varphi+C\sin\varphi+(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)\cos\psi+(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)\sin\psi = 0$$

in hanc abit:

$$G-G'\cos\eta\cos\vartheta-G''\sin\eta\sin\vartheta = 0,$$

videmus, etiam aequationem differentialem

$$\frac{d\varphi}{\sqrt{(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)^2+(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)^2-(A+B\cos\varphi+C\sin\varphi)^2}}$$
$$+\frac{d\psi}{\sqrt{(B+B'\cos\psi+B''\sin\psi)^2+(C+C'\cos\psi+C''\sin\psi)^2-(A+A'\cos\psi+A''\sin\psi)^2}}=0$$

in hanc transformari:

$$\frac{d\eta}{\sqrt{G'G'\cos^2\eta+G''G''\sin^2\eta-GG}}+\frac{d\vartheta}{\sqrt{G'G'\cos^2\vartheta+G''G''\sin^2\vartheta-GG}}=0.$$

Facile autem probatur, aequationes illas finitas aequationum differentialium integralia completa esse. Unde theorematum inventorum verificatio obtinetur.

Nec non observabitur, posito

$$\begin{aligned}
\mathrm{P} &= B'C''-B''C'-(C'A''-C''A')\cos\varphi-(A'B''-A''B')\sin\varphi \\
&\quad -\cos\psi[B''C-BC''-(C''A-CA'')\cos\varphi-(A''B-AB'')\sin\varphi] \\
&\quad -\sin\psi[BC'-B'C-(CA'-C'A)\cos\varphi-(AB'-A'B)\sin\varphi], \\
\Sigma &= [B'C''-B''C'-(C'A''-C''A')\cos\varphi-(A'B''-A''B')\sin\varphi]^2 \\
&\quad -[B''C-BC''-(C''A-CA'')\cos\varphi-(A''B-AB'')\sin\varphi]^2 \\
&\quad -[BC'-B'C-(CA'-C'A)\cos\varphi-(AB'-A'B)\sin\varphi]^2, \\
\mathrm{T} &= [B'C''-B''C'-(B''C-BC'')\cos\psi-(BC'-B'C)\sin\psi]^2 \\
&\quad -[C'A''-C''A'-(C''A-CA'')\cos\psi-(CA'-C'A)\sin\psi]^2 \\
&\quad -[A'B''-A''B'-(A''B-AB'')\cos\psi-(AB'-A'B)\sin\psi]^2,
\end{aligned}$$

per easdem substitutiones nostras obtineri:

$$\int\frac{d\varphi\,d\psi}{\mathrm{P}}=\int\frac{d\eta\,d\vartheta}{G'G''-G''G\cos\eta\cos\vartheta-GG'\sin\eta\sin\vartheta};$$
$$\int\frac{d\varphi}{\Sigma^{\frac{1}{2}}}=\int\frac{d\eta}{\sqrt{G'^2G''^2-G''^2G^2\cos^2\eta-G^2G'^2\sin^2\eta}},$$
$$\int\frac{d\psi}{\mathrm{T}^{\frac{1}{2}}}=\int\frac{d\vartheta}{\sqrt{G'^2G''^2-G''^2G^2\cos^2\vartheta-G^2G'^2\sin^2\vartheta}}.$$

Quae antecedentibus iunctae sex transformationes memorabiles suppeditant, ad quas per easdem substitutiones pervenimus.

9.

Problema de duplici integrali transformando propositum etiam absque functionibus trigonometricis exhiberi potuisset. Facile enim intelligitur, eius in locum substitui posse sequens

Problema.

„Integrale duplex indefinitum

$$\int\frac{dx\,dy}{A+Bx+Cx^2+(A'+B'x+C'x^2)y+(A''+B''x+C''x^2)y^2},$$

per substitutiones formae

$$x=\frac{m+nt}{1+pt},\quad y=\frac{m'+n'u}{1+p'u}$$

transformare in hoc:

$$\int\frac{dt\,du}{D+Et^2+Ftu+Gu^2+Ht^2u^2},$$

cujus denominator terminis dimensionum imparum caret."

Praeplacuit tamen forma trigonometrica, quae in aliis quibusdam quaestionibus, de quibus in posterum agam, obvenit. Quamquam forma illa algebraica eo quoque nomine se commendat, quod solutione semper reali gaudet.

Jam ad solutionem quaestionum propositarum accedamus, et primum de problemate algebraico agam, e cuius deinde solutione propositam petamus duplicis integralis transformationem.

Problema I.

„Proponitur, per substitutiones lineares

$$\begin{array}{l|l} x=\alpha s+\alpha' s'+\alpha'' s'' & w\ =at+bu+cv \\ y=\beta s+\beta' s'+\beta'' s'' & w'\ =a't+b'u+c'v \\ z=\gamma s+\gamma' s'+\gamma'' s'' & w''=a''t+b''u+c''v, \end{array}$$

quae identice efficiant

$$\begin{aligned} xx+yy+zz &= ss+s's'+s''s'' \\ ww+w'w'+w''w'' &= tt+uu+vv, \end{aligned}$$

transformare expressionem

$$(Ax+By+Cz)w+(A'x+B'y+C'z)w'+(A''x+B''y+C''z)w''$$

in hanc simpliciorem:

$$Gst+G's'u+G''s''v."$$

Solutio.

10.

E theoria transformationis systematis axium coordinatarum orthogonalium in aliud ejusmodi systema notae sunt relationes, quae inter coëfficientes substitutionum

$$(1)\qquad \left\{\begin{array}{l|l} x=\alpha s+\alpha' s'+\alpha'' s'' & w\ =at+bu+cv \\ y=\beta s+\beta' s'+\beta'' s'' & w'\ =a't+b'u+c'v \\ z=\gamma s+\gamma' s'+\gamma'' s'' & w''=a''t+b''u+c''v \end{array}\right.$$

locum habere debent, ut identice sit

$$(2)\quad \begin{cases} xx+yy+zz = ss+s's'+s''s'' \\ ww+w'w'+w''w'' = tt+uu+vv \end{cases}$$

sive

$$(3)\quad \begin{cases} ss+s's'+s''s'' = (\alpha s+\alpha's'+\alpha''s'')^2+(\beta s+\beta's'+\beta''s'')^2+(\gamma s+\gamma's'+\gamma''s'')^2 \\ tt+uu+vv = (at+bu+cv)^2+(a't+b'u+c'v)^2+(a''t+b''u+c''v)^2; \end{cases}$$

id quod aequationes conditionales poscit:

$$(4)\quad \begin{cases} \alpha\alpha+\beta\beta+\gamma\gamma=1 & aa+a'a'+a''a''=1 \\ \alpha'\alpha'+\beta'\beta'+\gamma'\gamma'=1 & bb+b'b'+b''b''=1 \\ \alpha''\alpha''+\beta''\beta''+\gamma''\gamma''=1 & cc+c'c'+c''c''=1 \\ \alpha'\alpha''+\beta'\beta''+\gamma'\gamma''=0 & bc+b'c'+b''c''=0 \\ \alpha''\alpha+\beta''\beta+\gamma''\gamma=0 & ca+c'a'+c''a''=0 \\ \alpha\alpha'+\beta\beta'+\gamma\gamma'=0 & ab+a'b'+a''b''=0. \end{cases}$$

Quarum relationum ope facile probantur aequationes:

$$(5)\quad \begin{cases} s=\alpha x+\beta y+\gamma z & t=aw+a'w'+a''w'' \\ s'=\alpha'x+\beta'y+\gamma'z & u=bw+b'w'+b''w'' \\ s''=\alpha''x+\beta''y+\gamma''z & v=cw+c'w'+c''w'', \end{cases}$$

quippe quae substitutis valoribus ipsarum x, y, z et w, w', w'' e (1) petitis propter (4) identicae fiunt. Hinc, cum e (2) fiat identice

$$(6)\quad \begin{cases} xx+yy+zz = (\alpha x+\beta y+\gamma z)^2+(\alpha'x+\beta'y+\gamma'z)^2+(\alpha''x+\beta''y+\gamma''z)^2 \\ ww+w'w'+w''w'' = (aw+a'w'+a''w'')^2+(bw+b'w'+b''w'')^2+(cw+c'w'+c''w'')^2, \end{cases}$$

sequuntur etiam:

$$(7)\quad \begin{cases} \alpha\alpha+\alpha'\alpha'+\alpha''\alpha''=1 & aa+bb+cc=1 \\ \beta\beta+\beta'\beta'+\beta''\beta''=1 & a'a'+b'b'+c'c'=1 \\ \gamma\gamma+\gamma'\gamma'+\gamma''\gamma''=1 & a''a''+b''b''+c''c''=1 \\ \beta\gamma+\beta'\gamma'+\beta''\gamma''=0 & a'a''+b'b''+c'c''=0 \\ \gamma\alpha+\gamma'\alpha'+\gamma''\alpha''=0 & a''a+b''b+c''c=0 \\ \alpha\beta+\alpha'\beta'+\alpha''\beta''=0 & aa'+bb'+cc'=0. \end{cases}$$

Expressiones ipsarum s, s', s'' per x, y, z atque ipsarum t, u, v per w, w', w'', quas formulae (5) suppeditant, etiam e (1) per methodum vulgarem resolutionis aequationum linearium petere licet. Expressionibus, quae inde sequuntur, cum illis comparatis, posito

$$(8)\quad \begin{cases} \varepsilon = \alpha(\beta'\gamma''-\beta''\gamma')+\beta(\gamma'\alpha''-\gamma''\alpha')+\gamma(\alpha'\beta''-\alpha''\beta') \\ e = a(b'c''-b''c')+a'(b''c-bc'')+a''(bc'-b'c), \end{cases}$$

obtinemus:

$$(9)\qquad \left\{\begin{array}{ll|ll}
\varepsilon\alpha & = \beta'\gamma''-\beta''\gamma' & ea & = b'c''-b''c' \\
\varepsilon\beta & = \gamma'\alpha''-\gamma''\alpha' & ea' & = b''c-bc'' \\
\varepsilon\gamma & = \alpha'\beta''-\alpha''\beta' & ea'' & = bc'-b'c \\
\varepsilon\alpha' & = \beta''\gamma-\beta\gamma'' & eb & = c'a''-c''a' \\
\varepsilon\beta' & = \gamma''\alpha-\gamma\alpha'' & eb' & = c''a-ca'' \\
\varepsilon\gamma' & = \alpha''\beta-\alpha\beta'' & eb'' & = ca'-c'a \\
\varepsilon\alpha'' & = \beta\gamma'-\beta'\gamma & ec & = a'b''-a''b' \\
\varepsilon\beta'' & = \gamma\alpha'-\gamma'\alpha & ec' & = a''b-ab'' \\
\varepsilon\gamma'' & = \alpha\beta'-\alpha'\beta & ec'' & = ab'-a'b.
\end{array}\right.$$

Ipsas ε, e invenimus e formulis identicis

$$(\gamma''\alpha-\gamma\alpha'')(\alpha\beta'-\alpha'\beta)-(\gamma\alpha'-\gamma'\alpha)(\alpha''\beta-\alpha\beta'') = \alpha\varepsilon$$
$$(c''a-ca'')(ab'-a'b)-(ca'-c'a)(a''b-ab'') = ae,$$

quae e (9) in has abeunt:

$$\varepsilon\varepsilon(\beta'\gamma''-\beta''\gamma') = \varepsilon^3\alpha = \varepsilon\alpha$$
$$ee(b'c''-b''c') = e^3a = ea,$$

sive $\varepsilon\varepsilon = ee = 1$, unde, cum signum ipsarum ε, e pro arbitrio assumere liceat, statuemus:

$$(10)\qquad \varepsilon = 1;\quad e = 1.$$

Quae abunde nota, ne quid desit, hic apposuimus. Ante omnia autem tenendum est, quo in sequentibus saepe utemur,

theorema,

„naturam coëfficientium substitutionum propositarum eam esse, ut datis aequationibus linearibus

$$\begin{array}{l|l}
X = \alpha G+\alpha' G'+\alpha'' G'' & W = a\,T+b\,U+c\,V \\
Y = \beta G+\beta' G'+\beta'' G'' & W' = a'\,T+b'\,U+c'\,V \\
Z = \gamma G+\gamma' G'+\gamma'' G'' & W'' = a''\,T+b''\,U+c''\,V,
\end{array}$$

inde sequatur:

$$\begin{array}{l|l}
G = \alpha\,X+\beta\,Y+\gamma\,Z & T = a\,W+a'\,W'+a''\,W'' \\
G' = \alpha'\,X+\beta'\,Y+\gamma'\,Z & U = b\,W+b'\,W'+b''\,W'' \\
G'' = \alpha''X+\beta''\,Y+\gamma''Z & V = c\,W+c'\,W'+c''\,W''
\end{array}$$

et vice versa; simulque sit:

$$XX+YY+ZZ = GG+G'G'+G''G''$$
$$WW+W'W'+W''W'' = TT+UU+VV.\text{“}$$

11.

E substitutionibus (1) cum prodire debeat, quod est problema propositum:

$$(11)\quad \begin{cases}(Ax+By+Cz)w+(A'x+B'y+C'z)w'+(A''x+B''y+C''z)w'' \\ \qquad = Gst+G's'u+G''s''v,\end{cases}$$

locum habere debent aequationes conditionales:

$$(12)\quad \begin{cases} A \;= G\alpha a \;+G'\alpha' b \;+G''\alpha'' c \\ B \;= G\beta a \;+G'\beta' b \;+G''\beta'' c \\ C \;= G\gamma a \;+G'\gamma' b \;+G''\gamma'' c \\ A' = G\alpha a' +G'\alpha' b' +G''\alpha'' c' \\ B' = G\beta a' +G'\beta' b' +G''\beta'' c' \\ C' = G\gamma a' +G'\gamma' b' +G''\gamma'' c' \\ A'' = G\alpha a''+G'\alpha' b''+G''\alpha'' c'' \\ B'' = G\beta a''+G'\beta' b''+G''\beta'' c'' \\ C'' = G\gamma a''+G'\gamma' b''+G''\gamma'' c''. \end{cases}$$

Quae novem aequationes junctae duodecim (4) unam et viginti efficiunt aequationes conditionales, quibus octodecim coëfficientes substitutionum propositarum et tres quantitates G, G', G'' satisfacere debent. Quod problema est determinatum. Jam unius et viginti incognitarum aggrediamur determinationem atque varias, quae inter eas locum habent, relationes exponamus.

$$(70)\quad \begin{cases} A+B\cos\varphi+C\sin\varphi = \dfrac{Ga-G'b\cos\eta-G''c\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta} \\ A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi = -\dfrac{Ga'-G'b'\cos\eta-G''c'\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta} \\ A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi = -\dfrac{Ga''-G'b''\cos\eta-G''c''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta} \\ A+A'\cos\psi+A''\sin\psi = \dfrac{G\alpha-G'\alpha'\cos\vartheta-G''\alpha''\sin\vartheta}{a-b\cos\vartheta-c\sin\vartheta} \\ B+B'\cos\psi+B''\sin\psi = -\dfrac{G\beta-G'\beta'\cos\vartheta-G''\beta''\sin\vartheta}{a-b\cos\vartheta-c\sin\vartheta} \\ C+C'\cos\psi+C''\sin\psi = -\dfrac{G\gamma-G'\gamma'\cos\vartheta-G''\gamma''\sin\vartheta}{a-b\cos\vartheta-c\sin\vartheta}, \end{cases}$$

unde e (43):

$$(71)\quad \begin{cases} (A+B\cos\varphi+C\sin\varphi)^2-(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)^2-(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)^2 \\ \qquad = \dfrac{GG-G'G'\cos^2\eta-G''G''\sin^2\eta}{(\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta)^2}, \\ (A+A'\cos\psi+A''\sin\psi)^2-(B+B'\cos\psi+B''\sin\psi)^2-(C+C'\cos\psi+C''\sin\psi)^2 \\ \qquad = \dfrac{GG-G'G'\cos^2\vartheta-G''G''\sin^2\vartheta}{(a-b\cos\vartheta-c\sin\vartheta)^2}. \end{cases}$$

Quae formulae, cum sit

$$d\varphi = \frac{d\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta}, \quad d\psi = \frac{d\vartheta}{a-b\cos\vartheta-c\sin\vartheta},$$

has suppeditant:

$$(72)\quad\begin{cases}\displaystyle\int\frac{d\varphi}{\sqrt{(A+B\cos\varphi+C\sin\varphi)^2-(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)^2-(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)^2}}\\ \displaystyle\qquad=\int\frac{d\eta}{\sqrt{GG-G'G'\cos^2\eta-G''G''\sin^2\eta}}\\ \displaystyle\int\frac{d\psi}{\sqrt{(A+A'\cos\psi+A''\sin\psi)^2-(B+B'\cos\psi+B''\sin\psi)^2-(C+C'\cos\psi+C''\sin\psi)^2}}\\ \displaystyle\qquad=\int\frac{d\vartheta}{\sqrt{GG-G'G'\cos^2\vartheta-G''G''\sin^2\vartheta}},\end{cases}$$

quae integralia etiam hunc in modum repraesentare licet:

$$\int\frac{d\varphi}{\sqrt{l+m\cos^2\varphi+n\sin^2\varphi+2l'\cos\varphi\sin\varphi+2m'\sin\varphi+2n'\cos\varphi}},$$
$$\int\frac{d\psi}{\sqrt{p+p'\cos^2\psi+p''\sin^2\psi+2q\cos\psi\sin\psi+2q'\sin\psi+2q''\cos\psi}}.$$

Utraque videmus per (72) in eiusdem formae integralia transformari, quae non-nisi limitibus inter se differre possunt.

His addimus considerationes sequentes, quibus theorematum inventorum insignem confirmationem nanciscimur.

Sit brevitatis causa

$$\begin{aligned}R&=A+B\cos\varphi+C\sin\varphi+(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)\cos\psi+(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)\sin\psi\\&=A+A'\cos\psi+A''\sin\psi+(B+B'\cos\psi+B''\sin\psi)\cos\varphi+(C+C'\cos\psi+C''\sin\psi)\sin\varphi;\end{aligned}$$

proposita aequatione

$$R=0,$$

eruitur:

$$\begin{aligned}\frac{\partial R}{\partial\varphi}&=-(B+B'\cos\psi+B''\sin\psi)\sin\varphi+(C+C'\cos\psi+C''\sin\psi)\cos\varphi\\&=\sqrt{(B+B'\cos\psi+B''\sin\psi)^2+(C+C'\cos\psi+C''\sin\psi)^2-(A+A'\cos\psi+A''\sin\psi)^2}\\ \frac{\partial R}{\partial\psi}&=-(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)\sin\psi+(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)\cos\psi\\&=\sqrt{(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)^2+(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)^2-(A+B\cos\varphi+C\sin\varphi)^2}.\end{aligned}$$

Differentiata autem aequatione $R=0$, prodit:

$$\frac{d\varphi}{\frac{\partial R}{\partial\psi}}+\frac{d\psi}{\frac{\partial R}{\partial\varphi}}=0,$$

sive ex antecedentibus:

$$0 = \frac{d\varphi}{\sqrt{(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)^2+(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)^2-(A+B\cos\varphi+C\sin\varphi)^2}}$$
$$+\frac{d\psi}{\sqrt{(B+B'\cos\psi+B''\sin\psi)^2+(C+C'\cos\psi+C''\sin\psi)^2-(A+A'\cos\psi+A''\sin\psi)^2}}.$$

Cuius aequationis differentialis integrale est aequatio, e cuius illa differentiatione nata est, $R=0$, et facile patet, integrale esse completum.

Eodem modo, proposita aequatione

$$G-G'\cos\eta\cos\vartheta-G''\sin\eta\sin\vartheta=0,$$

fit differentiando:

$$\frac{d\eta}{G'\cos\eta\sin\vartheta-G''\sin\eta\cos\vartheta}+\frac{d\vartheta}{G'\sin\eta\cos\vartheta-G''\cos\eta\sin\vartheta}=0;$$

ex aequatione autem proposita sequitur:

$$G'\cos\eta\sin\vartheta-G''\sin\eta\cos\vartheta=\sqrt{G'G'\cos^2\eta+G''G''\sin^2\eta-GG}$$
$$G'\sin\eta\cos\vartheta-G''\cos\eta\sin\vartheta=\sqrt{G'G'\cos^2\vartheta+G''G''\sin^2\vartheta-GG},$$

unde aequatio differentialis fit:

$$\frac{d\eta}{\sqrt{G'G'\cos^2\eta+G''G''\sin^2\eta-GG}}+\frac{d\vartheta}{\sqrt{G'G'\cos^2\vartheta+G''G''\sin^2\vartheta-GG}}=0,$$

cuius igitur integrale est:

$$G-G'\cos\eta\cos\vartheta-G''\sin\eta\sin\vartheta=0,$$

et facile probatur integrale completum esse. Jam quoties per certas quasdam substitutiones aequatio differentialis proposita in alteram abit, per easdem etiam integralia earum completa in se invicem abire debent, et vice versa. Videmus autem per (72), aequationes illas differentiales, adhibitis substitutionibus nostris, in se invicem abire; per easdem igitur aequatio $R=0$ in hanc mutari debet:

$$G-G'\cos\eta\cos\vartheta-G''\sin\eta\sin\vartheta=0,$$

quod e (58) fieri patet.

Alterum, quod adnotare placet, hoc est. E formula (53)

$$\operatorname{tang}\tfrac{1}{2}(\varphi'-\varphi)\operatorname{tang}\tfrac{1}{2}(\eta-\eta')=\alpha-\delta$$

sequitur, angulos $\frac{1}{2}(\varphi-\varphi')$, $\frac{1}{2}(\eta-\eta')$ eodem semper tempore crescere vel decrescere, atque utrumque simul quantitate π augeri, ideoque ipsos φ, η simul quantitate 2π augeri. Idem de angulis ψ, ϑ valet. Hinc fit e (59):

$$(73)\qquad \begin{cases} \displaystyle\int d\varphi\int_{\psi}^{\psi+2\pi}\frac{d\psi}{R}=\int d\eta\int_{\vartheta}^{\vartheta+2\pi}\frac{d\vartheta}{G-G'\cos\eta\cos\vartheta-G''\sin\eta\sin\vartheta} \\ \displaystyle\int d\psi\int_{\varphi}^{\varphi+2\pi}\frac{d\varphi}{R}=\int d\vartheta\int_{\eta}^{\eta+2\pi}\frac{d\eta}{G-G'\cos\eta\cos\vartheta-G''\sin\eta\sin\vartheta}. \end{cases}$$

E notis autem calculi integralis praeceptis fit:

$$(74)\quad\left\{\begin{aligned}
&\frac{1}{2\pi}\int_{\psi}^{\psi+2\pi}\frac{d\psi}{R}\\
&=\frac{1}{\sqrt{(A+B\cos\varphi+C\sin\varphi)^2-(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)^2-(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)^2}}\\
&\frac{1}{2\pi}\int_{\varphi}^{\varphi+2\pi}\frac{d\varphi}{R}\\
&=\frac{1}{\sqrt{(A+A'\cos\psi+A''\sin\psi)^2-(B+B'\cos\psi+B''\sin\psi)^2-(C+C'\cos\psi+C''\sin\psi)^2}},\\
&\frac{1}{2\pi}\int_{\vartheta}^{\vartheta+2\pi}\frac{d\vartheta}{G-G'\cos\vartheta\cos\eta-G''\sin\eta\sin\vartheta}=\frac{1}{\sqrt{GG-G'G'\cos^2\eta-G''G''\sin^2\eta}},\\
&\frac{1}{2\pi}\int_{\eta}^{\eta+2\pi}\frac{d\eta}{G-G'\cos\eta\cos\vartheta-G''\sin\eta\sin\vartheta}=\frac{1}{\sqrt{GG-G'G'\cos^2\vartheta-G''G''\sin^2\vartheta}}.
\end{aligned}\right.$$

Quibus substitutis in (73) formulae (72) proveniunt, quas igitur ambas via maxime directa de unica (59) decurrere videmus.

Ut integrale duplex propositum respectu utriusque anguli φ, ψ per totam peripheriam extendi possit, expressio R pro nullo valore reali ipsorum φ, ψ evanescere debet, quo casu substitutiones nostras semper reales fieri, a priori in introductione comprobatum est.

Per transformationem binorum integralium simplicium, quam formulae (72) suppeditant, substitutiones propositae omnino determinatae sunt, unde transformatio integralis duplicis ad illorum transformationem revocatur,. quod est problema notum.

Quemadmodum per theorema §. 18 de transformatione integralis duplicis propositi alterius integralis duplicis transformationem deduximus, ita etiam de formulis (72) binorum aliorum integralium simplicium transformationem derivare licet, quam in introductione adstruximus.

Eadem ratione, qua formulae (72) demonstrantur, comprobatur sequens

Theorema.

„Posito

$$y=\frac{\beta-\beta's'-\beta''s''}{\alpha-\alpha's'-\alpha''s''}\qquad w'=\frac{a'-b'u-c'v}{a-b\,u-c\,v}$$

$$z=\frac{\gamma-\gamma's'-\gamma''s''}{\alpha-\alpha's'-\alpha''s''}\qquad w''=\frac{a''-b''u-c''v}{a-b\,u-c\,v},$$

designantibus coëfficientibus α, β etc. idem atque in antecedentibus, fit:

$$\int \frac{dy\,dz}{[(A+By+Cz)^2-(A'+B'y+C'z)^2-(A''+B''y+C''z)^2]\sqrt{1-y^2-z^2}}$$
$$= \int \frac{ds'ds''}{(GG-G'G's's'-G''G''s''s'')\sqrt{1-s's'-s''s''}}$$
$$\int \frac{dw'dw''}{[(A+A'w'+A''w'')^2-(B+B'w'+B''w'')^2-(C+C'w'+C''w'')^2]\sqrt{1-w'^2-w''^2}}$$
$$= \int \frac{du\,dv}{(GG-G'G'uu-G''G''vv)\sqrt{1-uu-vv}},$$

quae integralia duplicia, adhibitis (61), etiam hunc in modum exhibere licet:

$$\int \frac{dy\,dz}{(l+myy+nzz+2l'yz+2m'z+2n'y)\sqrt{1-yy-zz}},$$
$$\int \frac{dw'dw''}{(p+p'w'w'+p''w''w''+2qw'w''+2q'w''+2q''w')\sqrt{1-w'w'-w''w''}}.$$

Utraque videmus, uti integralia (72), in eiusdem omnino formae integralia transformari, quae non nisi limitibus inter se differre possunt."

Per theorema §. 18 ex hoc theoremate duorum aliorum integralium duplicium transformationem derivare licet, quibus adscribendis supersedemus.

Dedimus antecedentibus solutionem problematis propositi completam; simul demonstravimus, eandem analysin, qua ad solutionem illam usi sumus, problemata maxime diversa amplecti, duorum integralium quadruplicium, sex integralium duplicium, quatuor integralium simplicium transformationem.

His alias paucas annectimus observationes, quae cum maxime ad quaestiones cognatas pertineant, et has nostras quaestiones aliquantulum illustrare credimus.

21.

Quaestiones antecedentes solutionem completam continent problematis, ad quod adeo problema propositum revocatur, integrale

$$\int \frac{d\varphi}{\sqrt{l+m\cos^2\varphi+n\sin^2\varphi+2l'\cos\varphi\sin\varphi+2m'\sin\varphi+2n'\cos\varphi}}$$

per substitutiones

$$\cos\varphi = \frac{\beta-\beta'\cos\eta-\beta''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta}$$
$$\sin\varphi = \frac{\gamma-\gamma'\cos\eta-\gamma''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta}$$

transformare in hoc simplicius

$$\int \frac{d\eta}{\sqrt{L - M\cos^2\eta - N\sin^2\eta}};$$

inveniuntur enim L, M, N ut radices aequationis cubicae (66); quibus inventis e (67), (68) coëfficientes substitutionis adhibitae determinantur.

Observare convenit, per substitutionem eiusdem formae integrale illud etiam in hanc formam transformari posse:

$$\int \frac{d\eta}{\sqrt{L - M\cos\eta}},$$

quod quibusdam casibus non sine usu fit. Transformationem illam, in introductione probavimus, realem in modum succedere, quoties expressio sub radicali

$$l + m\cos^2\varphi + n\sin^2\varphi + 2l'\cos\varphi\sin\varphi + 2m'\sin\varphi + 2n'\cos\varphi$$

aut pro nullo valore reali aut pro quatuor valoribus realibus anguli φ evanescat. Hanc autem transformationem realem in modum succedere, probatur, quoties expressio illa aut pro nullo aut pro duobus tantum valoribus realibus anguli evanescat.

22.

Porro vidimus antecedentibus, transformationem illam convenire cum problemate geometrico de axibus principalibus superficiei secundi ordinis investigandis. Quo utriusque problematis consensu fit quidem, ut utrique idem sit calculi decursus, eadem, levi mutatione facta, expressionum analyticarum, quibus incognitae exhibentur, formatio; quae tamen ea est mutatio, ut nullo modo valores numerici incognitarum alterius problematis ex altero desumi possint, cum adeo, quae in altero reales sunt quantitates, in altero imaginariae existant. Aliud autem exstat problema geometricum, quod analytice tractatum cum illo ita convenit, ut nulla omnino mutatione facta, eadem analysis, eaedem formulae utrumque absolvant, iidem incognitarum valores prodeant. Quod problema, e perspectiva sive proiectione centrali petitum, hoc est:

„datis in eodem plano duabus sectionibus conicis, determinare „situm oculi (centri proiectionis) et tabulae (plani, in quod pro- „iicitur), ut sectiones conicae proiectae fiant concentricae atque „insuper altera circulus."

Simili modo altero problemati de transformando integrali proposito in formam

$$\int \frac{d\eta}{\sqrt{L - M\cos\eta}}$$

respondet problema geometricum hoc:

„datis in eodem plano duabus sectionibus conicis, determinare „situm oculi et tabulae, ut utraque proiecta fiat circulus.“

Quorum problematum solutionem geometricam apud Cl. Poncelet, virum mirifice in quaestionibus geometricis versatum, videre licet in opere celeberrimo „*De proprietatibus figurarum, quae figuris proiectis manent.*“

Problemata autem illa geometrica cum nostris convenire, facile hunc in modum patet.

Sint y, z coordinatae puncti in plano figurae propositae, s', s'' coordinatae puncti proiecti in plano tabulae, facile probatur, inter utrasque coordinatas obtineri relationes sequentis formae:

$$y = \frac{\beta - \beta' s' - \beta'' s''}{\alpha - \alpha' s' - \alpha'' s''}$$

$$z = \frac{\gamma - \gamma' s' - \gamma'' s''}{\alpha - \alpha' s' - \alpha'' s''};$$

quarum coëfficientes a situ oculi et tabulae pendent. Ponamus, in plano ipsarum y, z datum esse circulum, cuius aequatio sit

$$1 - yy - zz = 0,$$

simulque sectionem conicam, cuius aequatio

$$l + myy + nzz + 2l'yz + 2m'z + 2n'y = 0.$$

Quibus in aequationibus substitutis valoribus ipsarum y, z, quos apposuimus, prodeunt aequationes sectionum conicarum, in quas datae proiiciuntur. Sint coëfficientes α, β etc. eaedem, quas in quaestionibus antecedentibus determinavimus, fit:

$$1 - yy - zz = \frac{1 - s's' - s''s''}{(\alpha - \alpha' s' - \alpha'' s'')^2},$$

$$l + myy + nzz + 2l'yz + 2m'z + 2n'y = \frac{GG - G'G's's' - G''G''s''s''}{(\alpha - \alpha' s' - \alpha'' s'')^2},$$

unde figurae proiectae aequationibus definiuntur:

$$1 - s's' - s''s'' = 0, \quad GG - G'G's's' - G''G''s''s'' = 0,$$

quae sunt aequationes circuli et sectionis conicae ei concentricae, ad axes principales sectionis conicae relatae.

Sint rursus coëfficientes substitutionis α, β etc. ita determinatae, ut fiat

$$1 - yy - zz = \frac{1 - s's' - s''s''}{(\alpha - \alpha' s' - \alpha'' s'')^2},$$

ideoque, ut antea, circulus proiectus renascatur circulus; iam vero ponamus, etiam alterius sectionis conicae proiectionem circulum fieri; cuius aequatio, siquidem axis ipsarum s' per utriusque circuli centrum ponitur, forma gaudebit:

$$P - Q(s'+a)^2 - Qs''s'' = 0,$$

unde obtineri debet aequatio:

$$l + myy + nzz + 2l'yz + 2m'z + 2n'y = \frac{P - Q(s'+a)^2 - Qs''s''}{(\alpha - \alpha's' - \alpha''s'')^2}.$$

Iam quia $1 - yy - zz$, $1 - s's' - s''s''$ simul evanescunt, ubi ponitur $y = \cos\varphi$, $z = \sin\varphi$, simul ponere licet, $s' = \cos\eta$, $s'' = \sin\eta$, unde aequatio proposita in hanc abit:

$$l + m\cos^2\varphi + n\sin^2\varphi + 2l'\cos\varphi\sin\varphi + 2m'\sin\varphi + 2n'\cos\varphi = \frac{L - M\cos\eta}{(\alpha - \alpha'\cos\eta - \alpha''\sin\eta)^2},$$

siquidem

$$P - Q(1 + aa) = L, \quad 2Qa = M.$$

Hinc, cum ex aequationibus, in quas substitutiones propositae abeunt,

$$\cos\varphi = \frac{\beta - \beta'\cos\eta - \beta''\sin\eta}{\alpha - \alpha'\cos\eta - \alpha''\sin\eta}$$

$$\sin\varphi = \frac{\gamma - \gamma'\cos\eta - \gamma''\sin\eta}{\alpha - \alpha'\cos\eta - \alpha''\sin\eta},$$

sequatur

$$d\varphi = \frac{d\eta}{\alpha - \alpha'\cos\eta - \alpha''\sin\eta},$$

obtinemus:

$$\int \frac{d\varphi}{\sqrt{l + m\cos^2\varphi + n\sin^2\varphi + 2l'\cos\varphi\sin\varphi + 2m'\sin\varphi + 2n'\cos\varphi}} = \int \frac{d\eta}{\sqrt{L - M\cos\eta}},$$

quae igitur transformatio et ipsa e solutione problematis geometrici statim provenit.

Neque consensus ille quaestionis geometricae et analyticae tam singularis videri debet. Nam cum certis quibusdam configurationibus certae expressiones analyticae respondeant, ubi per proiectionem sive aliud quodlibet instrumentum geometricum configurationem datam ad simpliciorem vel magis regularem revocas, simul expressiones analyticas, quibus configuratio continetur, per substitutiones idoneas, quae instrumenti geometrici locum tenent, in simpliciores transformatas habere debes. E qua observatione haud raro ab elementis geometricis ad graviores quaestiones analyticas transitum petere licet, qualem antecedentibus indigitavimus. Ita universas de proiectione centrali quaestiones, quales Cl. Poncelet in opere laudato instituit, adhibere poteris ad transforma-

tionem functionum duarum variabilium y, z, quae per substitutiones

$$y = \frac{\beta - \beta' s' - \beta'' s''}{\alpha - \alpha' s' - \alpha'' s''}, \quad z = \frac{\gamma - \gamma' s' - \gamma'' s''}{\alpha - \alpha' s' - \alpha'' s''}$$

obtineri possit. Nec non vice versa eiusmodi transformationem, uti vidimus, ad quaestionem geometricam transferre licet.

Quod cum nec usu nec elegantia careat, generaliter coëfficientium substitutionum significationem geometricam, qua in proiectione centrali gaudent, quam breviter licet, exponamus. Unde singulis casibus sine negotio constructiones geometricas, quae calculo respondent, eruis, sicuti in altero problemate geometrico exempli causa monstrabimus, quod via analytica construendi negotium inextricabile videbatur. (Cf. Poncelet *Traité des propriétés projectives etc. pag. 60 notam.*)

Theoria analytica generalis projectionis centralis.

23.

Sint igitur, ut supra, y, z coordinatae puncti in plano figurae propositae, s', s'' coordinatae puncti proiecti in plano tabulae; datis aequationibus, quae inter utriusque puncti coordinatas obtinent:

$$y = \frac{\beta - \beta' s' - \beta'' s''}{\alpha - \alpha' s' - \alpha'' s''}, \quad z = \frac{\gamma - \gamma' s' - \gamma'' s''}{\alpha - \alpha' s' - \alpha'' s''},$$

determinandi sunt per coëfficientes α, β etc. 1) situs tabulae, 2) situs centri proiectionis s. oculi, 3) situs axium coordinatarum in plano tabulae. Situm tabulae determinabimus per intersectionem eius cum plano figurae et angulum inclinationis utriusque plani. Oculum determinabimus per intersectionem plani figurae cum plano tabulae parallelo, quod ex oculo ducitur, per punctum, quo perpendicularis ex oculo in hanc lineam ducta ei obvenit, et per ipsam hanc perpendicularem. Axes coordinatarum in plano tabulae determinabuntur per puncta et angulos, quibus illae intersectioni tabulae et plani figurae occurrunt.

Aequationes inter coordinatas puncti propositi et proiecti cum immutatae maneant, coëfficientibus α, β etc. omnibus in constantem arbitrariam ductis, statuere placet:

$$\alpha(\beta'\gamma'' - \beta''\gamma') + \beta(\gamma'\alpha'' - \gamma''\alpha') + \gamma(\alpha'\beta'' - \alpha''\beta') = 1;$$

sit porro brevitatis causa:

$$\begin{array}{lll} \beta'\gamma'' - \beta''\gamma' = a, & \beta''\gamma - \beta\gamma'' = -a', & \beta\gamma' - \beta'\gamma = -a'', \\ \gamma'\alpha'' - \gamma''\alpha' = -b, & \gamma''\alpha - \gamma\alpha'' = b', & \gamma\alpha' - \gamma'\alpha = b'', \\ \alpha'\beta'' - \alpha''\beta' = -c, & \alpha''\beta - \alpha\beta'' = c', & \alpha\beta' - \alpha'\beta = c'', \end{array}$$

unde vice versa etiam:

$$\begin{array}{lll} b'c''-b''c' = \alpha, & b''c-bc'' = -\alpha', & bc'-b'c = -\alpha'' \\ c'a''-c''a' = -\beta, & c''a-ca'' = \beta', & ca'-c'a = \beta'' \\ a'b''-a''b' = -\gamma, & a''b-ab'' = \gamma', & ab'-a'b = \gamma'' \end{array}$$

$$a(b'c''-b''c')+b(c'a''-c''a')+c(a'b''-a''b') = 1.$$

Quibus statutis, ex aequationibus

$$y = \frac{\beta-\beta's'-\beta''s''}{\alpha-\alpha's'-\alpha''s''}, \quad z = \frac{\gamma-\gamma's'-\gamma''s''}{\alpha-\alpha's'-\alpha''s''}$$

sequitur:

$$a-by-cz = \frac{1}{\alpha-\alpha's'-\alpha''s''}$$

$$a'-b'y-c'z = \frac{s'}{\alpha-\alpha's'-\alpha''s''}$$

$$a''-b''y-c''z = \frac{s''}{\alpha-\alpha's'-\alpha''s''},$$

ideoque vice versa:

$$s' = \frac{a'-b'y-c'z}{a-by-cz}, \quad s'' = \frac{a''-b''y-c''z}{a-by-cz}.$$

Construatur in plano figurae triangulum $AA'A''$, cuius latera $A'A''$, $A''A$, AA' dantur per aequationes:

$$a-by-cz = 0, \quad a'-b'y-c'z = 0, \quad a''-b''y-c''z = 0,$$

unde inveniuntur coordinatae

$$\text{ipsius } A \cdots \frac{\beta}{\alpha}, \quad \frac{\gamma}{\alpha}$$

$$\text{ipsius } A' \cdots \frac{\beta'}{\alpha'}, \quad \frac{\gamma'}{\alpha'}$$

$$\text{ipsius } A'' \cdots \frac{\beta''}{\alpha''}, \quad \frac{\gamma''}{\alpha''}.$$

Facile patet, axes ipsarum s', s'' esse proiectiones linearum AA', AA'', ideoque initium coordinatarum in plano tabulae esse proiectionem puncti A. Porro, lineam $A'A''$ proiectam in infinitum abire, sive designante O centrum proiectionis, planum $OA'A''$ esse tabulae parallelum.

Hinc sequitur, axes coordinatarum s', s'' lineis OA', OA'' parallelas esse, ideoque, ubi illas orthogonales statuimus, angulum $A'OA''$ esse rectum, sive oculum in sphaera positum esse, cuius diameter $A'A''$.

Contemplemur intersectionem communem plani tabulae et figurae propositae. Quae cum sit lineae $A'A''$ parallela, aequatione exhibetur formae

$$a-by-cz=d.$$

Quae aequatio, substitutis ipsarum y, z valoribus, in hanc abit:

$$d(\alpha-\alpha's'-\alpha''s'')=1,$$

quae est aequatio eiusdem lineae, in plano tabulae ad axes coordinatarum s', s'' relatae. Sint B', B'' puncta, quibus haec linea axibus coordinatarum s', s'' occurrit, sit porro P initium coordinatarum s', s'', fit:

$$PB'=\frac{\alpha d-1}{d\alpha'},\quad PB''=\frac{\alpha d-1}{d\alpha''},\quad \frac{PB'}{PB''}=\frac{\alpha''}{\alpha'},$$

unde etiam, cum triangula OAA', PBB' similia sint:

$$\frac{OA'}{OA''}=\frac{\alpha''}{\alpha'}.$$

A puncto O ducatur perpendicularis OA''' in lineam $A'A''$, fit:

$$A'A''':A''A'''=OA'^2:OA''^2=\alpha''\alpha'':\alpha'\alpha',$$

unde cum coordinatae ipsorum A', A'' sint

$$\frac{\beta'}{\alpha'},\quad \frac{\gamma'}{\alpha'};\quad \frac{\beta''}{\alpha''},\quad \frac{\gamma''}{\alpha''},$$

prodeunt puncti A''' coordinatae:

$$\frac{\alpha'\beta'+\alpha''\beta''}{\alpha'\alpha'+\alpha''\alpha''},\quad \frac{\alpha'\gamma'+\alpha''\gamma''}{\alpha'\alpha'+\alpha''\alpha''}.$$

Porro nanciscimur:

$$A'A''=\frac{\sqrt{bb+cc}}{\alpha'\alpha''},\quad OA'''=\frac{\sqrt{bb+cc}}{\alpha'\alpha'+\alpha''\alpha''}.$$

Determinatis puncto A''' et linea OA''', iam videmus, oculum O in peripheria circuli situm esse, cuius centrum A''', radius OA''', planum lineae $A'A''$ perpendiculare.

Puncta B', B'' in plano figurae propositae etiam considerari possunt ut intersectiones lineae $B'B''$ cum lineis AA', AA''; unde inveniuntur in plano figurae propositae coordinatae

$$\text{ipsius } B' \ldots \frac{\beta'-c''d}{\alpha'},\quad \frac{\gamma'+b''d}{\alpha'}$$

$$\text{ipsius } B'' \ldots \frac{\beta''+c'd}{\alpha''},\quad \frac{\gamma''-b'd}{\alpha''},$$

unde, cum sit

$$\alpha'c'+\alpha''c'' = \alpha c, \quad \alpha'b'+\alpha''b'' = \alpha b,$$

fit:

$$B'B'' = \sqrt{bb+cc}\cdot\frac{\alpha d-1}{\alpha'\alpha''}.$$

Alia autem via invenitur:

$$B'B'' = \sqrt{PB'^2+PB''^2} = \frac{\alpha d-1}{d\alpha'\alpha''}\sqrt{\alpha'\alpha'+\alpha''\alpha''};$$

quibus valoribus inter se comparatis, obtinemus:

$$d = \sqrt{\frac{\alpha'\alpha'+\alpha''\alpha''}{bb+cc}}.$$

Inventa d, linea $B'B''$ sive intersectio tabulae et plani figurae propositae omnino determinata est. Unde iam omnia, quae proposita erant, determinata sunt praeter angulum inclinationis tabulae et plani figurae propositae. Observo autem, per coordinatas punctorum A, A', A'', quae sunt quantitates sex, per punctum A''' in linea $A'A''$ positum, cuius determinatio quantitatem septimam requirit, atque per distantiam OA''' oculi a linea $A'A''$, quantitates novem α, β, etc., inter quas iam aequatio, quae arbitraria erat, statuta est:

$$\alpha(\beta'\gamma''-\beta''\gamma')+\beta(\gamma'\alpha''-\gamma''\alpha')+\gamma(\alpha'\beta''-\alpha''\beta') = 1,$$

prorsus determinatas esse. Unde angulus inclinationis tabulae et plani figurae propositae arbitrarius manet, quippe a quo coëfficientes α, β etc. non pendent. Quod etiam facili consideratione geometrica patet. Hinc simul sequitur, ex ipsa natura proiectionis situm oculi absolute determinatum non esse; sed locum eius fore peripheriam circuli, cuius centrum in linea $A'A''$ positum et cuius planum ipsi $A'A''$ perpendiculare, vel etiam superficiem curvam, quae rotatione curvae circa lineam $A'A''$ generatur.

Jam antecedentium applicationem monstremus exemplo sequente.

24.

Problema.

„Datis in eodem plano duabus sectionibus conicis, determinare situm oculi et tabulae, ut utraque proiecta fiat circulus.“

Solutio.

Antequam ipsam problematis propositi solutionem aggrediamur, pauca de chordis idealibus, quas Cl. Poncelet appellavit, antemittamus, necesse est.

Data linea in plano per dua eius puncta, saepius fit, ut puncta imaginaria fiant, linea realis maneat. Quod semper accidit, quoties coordinatae

$$\text{alterius: } p+iq, \quad p'+iq'$$
$$\text{alterius: } p-iq, \quad p'-iq',$$

designante i rursus $\sqrt{-1}$. Quippe ex aequatione lineae per utrumque punctum ductae quantitates imaginariae abeunt, quae per regulas notas invenitur:

$$q'y-qz = pq'-p'q.$$

Nec non utriusque puncti centrum invenitur reale, quippe cuius coordinatae erunt p, p'. Quadratum autem distantiae invenitur aequale quantitati negativae

$$-4(qq+q'q').$$

Proponantur iam in eodem plano duae curvae algebraicae, quae n puncta sive realia sive imaginaria communia habent; e regulis notissimis algebraicis puncta imaginaria semper bina inter se coniuncta erunt, ita ut, quoties alterius coordinatae sunt $p+iq$, $p'+iq'$, alterius sint $p-iq$, $p'-iq'$, ideoque linea utrumque iungens realis sit. Quam lineam realem, omnibus chordae communis proprietatibus gaudentem, neque tamen realiter puncta communia iungentem, Cl. Poncelet chordam idealem cummunem vocavit. Nec non ex iis, quae supra diximus, centrum chordae idealis reale fieri vidimus, quippe cuius coordinatae sunt p, q. Quantitatem autem $\sqrt{qq+q'q'}$ Cl. Poncelet semichordam idealem vocavit, quippe cuius quadratum negative sumtum quadratum semidistantiae binorum punctorum imaginariorum constituit.

His antemissis, ad problema propositum accedamus. Sint aequationes sectionum conicarum propositarum:

$$l+myy+nzz+2l'yz+2m'z+2n'y = 0$$
$$\lambda+\mu yy+\nu zz+2\lambda'yz+2\mu'z+2\nu'y = 0.$$

Quibus in aequationibus substitutis ipsarum y, z valoribus:

$$y = \frac{\beta-\beta's'-\beta''s''}{\alpha-\alpha's'-\alpha''s''}, \quad z = \frac{\gamma-\gamma's'-\gamma''s''}{\alpha-\alpha's'-\alpha''s''},$$

aequationes duorum circulorum prodire debent. Ut altera proiectio circulus evadat, aequationes conditionales obtinemus:

$$l\alpha'\alpha'+m\beta'\beta'+n\gamma'\gamma'+2l'\beta'\gamma'+2m'\gamma'\alpha'+2n'\alpha'\beta'$$
$$= l\alpha''\alpha''+m\beta''\beta''+n\gamma''\gamma''+2l'\beta''\gamma''+2m'\gamma''\alpha''+2n'\alpha''\beta'',$$
$$l\alpha'\alpha''+m\beta'\beta''+n\gamma'\gamma''+l'(\beta'\gamma''+\beta''\gamma')+m'(\gamma'\alpha''+\gamma''\alpha')+n'(\alpha'\beta''+\alpha''\beta') = 0.$$

Quarum in locum sequentes duas substituere licet:

$$0 = l(\alpha'+i\alpha'')^2+m(\beta'+i\beta'')^2+n(\gamma'+i\gamma'')^2$$
$$+2l'(\beta'+i\beta'')(\gamma'+i\gamma'')+2m'(\gamma'+i\gamma'')(\alpha'+i\alpha'')+2n'(\alpha'+i\alpha'')(\beta'+i\beta'')$$
$$0 = l(\alpha'-i\alpha'')^2+m(\beta'-i\beta'')^2+n(\gamma'-i\gamma'')^2$$
$$+2l'(\beta'-i\beta'')(\gamma'-i\gamma'')+2m'(\gamma'-i\gamma'')(\alpha'-i\alpha'')+2n'(\alpha'-i\alpha'')(\beta'-i\beta'').$$

E quibus patet curvae propositae, cuius aequatio:

$$0 = l+myy+nzz+2l'yz+2m'z+2n'y,$$

bina puncta imaginaria esse, quorum coordinatae sunt

$$\text{alterius:}\quad \frac{\beta'+i\beta''}{\alpha'+i\alpha''},\quad \frac{\gamma'+i\gamma''}{\alpha'+i\alpha''},$$
$$\text{alterius:}\quad \frac{\beta'-i\beta''}{\alpha'-i\alpha''},\quad \frac{\gamma'-i\gamma''}{\alpha'-i\alpha''}.$$

Aequatio lineae, quae per illa transit, fit:

$$(\gamma'\alpha''-\gamma''\alpha')y+(\alpha'\beta''-\alpha''\beta')z+\beta'\gamma''-\beta''\gamma' = 0,$$

sive e denominationibus supra adhibitis:

$$a-by-cz = 0,$$

quae erat aequatio lineae $A'A''$, quam igitur videmus necessario chordam idealem curvae propositae fieri. Simul centrum chordae coordinatas habet:

$$\frac{\alpha'\beta'+\alpha''\beta''}{\alpha'\alpha'+\alpha''\alpha''},\quad \frac{\alpha'\gamma'+\alpha''\gamma''}{\alpha'\alpha'+\alpha''\alpha''},$$

quod igitur videmus esse punctum A'''. Semichordam idealem nanciscimur:

$$\frac{\sqrt{(\alpha'\beta''-\alpha''\beta')^2+(\gamma'\alpha''-\gamma''\alpha')^2}}{\alpha'\alpha'+\alpha''\alpha''} = \frac{\sqrt{bb+cc}}{\alpha'\alpha'+\alpha''\alpha''},$$

quae ex antecedentibus est linea OA'''. Unde videmus, ut curva proiecta fiat circulus, oculum in peripheria circuli statui debere, cuius centrum est centrum certae cuiusdam chordae idealis, cuius radius est semichorda idealis, et cuius planum chordae ideali perpendiculare; tabulam autem accipiendam esse parallelam plano per oculum et chordam idealem ducto.

Eadem etiam de altera sectione conica proposita valent, cuius proiectio ut circulus fiat, puncta illa imaginaria in hac quoque sita esse debent, unde linea per illa transiens fit utriusque sectionis conicae chorda communis idealis. Quae est constructio quaesita, a Cl. Poncelet loco citato exhibita.

Jam ad observationes alias transeamus.

25.

Dedi olim in Commentatione de singulari quadam duplicis integralis transformatione (v. Diarium Crellianum, vol. II. p. 234. Cf. h. vol. p. 57),

theorema memorabile, designante ϱ functionem quamlibet integram rationalem secundi ordinis quantitatum $\cos\psi$, $\sin\psi\cos\varphi$, $\sin\psi\sin\varphi$ huiusmodi:

$$\begin{aligned}\varrho = a+a'\cos^2\psi+a''\sin^2\psi\cos^2\varphi+a'''\sin^2\psi\sin^2\varphi \\ +2b'\cos\psi+2b''\sin\psi\cos\varphi+2b'''\sin\psi\sin\varphi \\ +2c'\sin^2\psi\cos\varphi\sin\varphi+2c''\cos\psi\sin\psi\sin\varphi+2c'''\cos\psi\sin\psi\cos\varphi,\end{aligned}$$

integrale duplex indefinitum

$$\int\frac{\sin\psi\, d\psi\, d\varphi}{\varrho}$$

transformari posse in hoc simplicius:

$$\int\frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{G+G'\cos^2\eta+G''\sin^2\eta\cos^2\vartheta+G''\sin^2\eta\sin^2\vartheta},$$

idque per substitutiones formae

$$\cos\eta = \frac{\alpha+\alpha'\cos\psi+\alpha''\sin\psi\cos\varphi+\alpha'''\sin\psi\sin\varphi}{\delta+\delta'\cos\psi+\delta''\sin\psi\cos\varphi+\delta'''\sin\psi\sin\varphi},$$

$$\sin\eta\cos\vartheta = \frac{\beta+\beta'\cos\psi+\beta''\sin\psi\cos\varphi+\beta'''\sin\psi\sin\varphi}{\delta+\delta'\cos\psi+\delta''\sin\psi\cos\varphi+\delta'''\sin\psi\sin\varphi},$$

$$\sin\eta\sin\vartheta = \frac{\gamma+\gamma'\cos\psi+\gamma''\sin\psi\cos\varphi+\gamma'''\sin\psi\sin\varphi}{\delta+\delta'\cos\psi+\delta''\sin\psi\cos\varphi+\delta'''\sin\psi\sin\varphi}.$$

De quo theoremate, observo, prodire theorema §. 20 propositum, ponendo

$$\sin\psi\cos\varphi = y,\quad \sin\psi\sin\varphi = z,\quad \sin\eta\cos\vartheta = s',\quad \sin\eta\sin\vartheta = s'',$$

atque insuper in expressione ipsius ϱ

$$a' = b' = c'' = c''' = 0,$$

quo casu e formulis loco citato traditis fit:

$$G' = 0,\quad \beta' = \gamma' = \delta' = \alpha = \alpha'' = \alpha''' = 0.$$

Pauca hoc loco de substitutionibus illis, de quibus loco citato brevius actum est, addamus. Quemadmodum enim substitutionem

$$\cos\varphi = \frac{\beta-\beta'\cos\eta-\beta''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta},\quad \sin\varphi = \frac{\gamma-\gamma'\cos\eta-\gamma''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta}$$

ad relationem simplicissimam inter tangentes arcuum $\frac{1}{2}(\varphi-\varphi')$, $\frac{1}{2}(\eta-\eta')$ revocavimus, ita illis quoque multo complicatioribus reductionem similem, eadem simplicitate gaudentem, applicari posse videbimus. Porro monstrabimus, quomodo sedecim substitutionis coëfficientes, inter quas decem relationes locum habent, per quantitates sex commode exprimantur. Relationes inter coëfficientes, quibus eum in finem utemur, loco citato demonstratas invenis*).

*) Quantitatem arbitrariam, loco citato per k designatam, hic ponemus $= 1$.

Statuatur

$$MM = \delta\delta - 1 = \delta'\delta' + \delta''\delta'' + \delta'''\delta''' = \alpha\alpha + \beta\beta + \gamma\gamma,$$

atque eligantur sex quantitates novae ε', ε'', ε''', ζ', ζ'', ζ''' tales ut fiat:

$$\left[\frac{\delta'}{M}\cos\psi + \frac{\delta''}{M}\sin\psi\cos\varphi + \frac{\delta'''}{M}\sin\psi\sin\varphi\right]^2$$
$$+ [\varepsilon' \cos\psi + \varepsilon''\sin\psi\cos\varphi + \varepsilon'''\sin\psi\sin\varphi]^2$$
$$+ [\zeta' \cos\psi + \zeta''\sin\psi\cos\varphi + \zeta'''\sin\psi\sin\varphi]^2 = 1;$$

unde cum inter coëfficientes novem relationes sex notissimae locum habere debeant, e quarum numero uni

$$\frac{\delta'\delta'}{MM} + \frac{\delta''\delta''}{MM} + \frac{\delta'''\delta'''}{MM} = 1$$

iam satisfactum est, e quantitatibus sex assumtis ε', ε'' etc. unam pro arbitrio determinare licet, quo facto reliquae etiam determinatae erunt.

Statuatur porro:

$$\varepsilon'\alpha' + \varepsilon''\alpha'' + \varepsilon'''\alpha''' = \alpha_1$$
$$\varepsilon'\beta' + \varepsilon''\beta'' + \varepsilon'''\beta''' = \beta_1$$
$$\varepsilon'\gamma' + \varepsilon''\gamma'' + \varepsilon'''\gamma''' = \gamma_1$$
$$\zeta'\alpha' + \zeta''\alpha'' + \zeta'''\alpha''' = \alpha_2$$
$$\zeta'\beta' + \zeta''\beta'' + \zeta'''\beta''' = \beta_2$$
$$\zeta'\gamma' + \zeta''\gamma'' + \zeta'''\gamma''' = \gamma_2,$$

unde, cum etiam sit

$$\frac{\delta'}{M}\alpha' + \frac{\delta''}{M}\alpha'' + \frac{\delta'''}{M}\alpha''' = \frac{\delta}{M}\alpha$$
$$\frac{\delta'}{M}\beta' + \frac{\delta''}{M}\beta'' + \frac{\delta'''}{M}\beta''' = \frac{\delta}{M}\beta$$
$$\frac{\delta'}{M}\gamma' + \frac{\delta''}{M}\gamma'' + \frac{\delta'''}{M}\gamma''' = \frac{\delta}{M}\gamma,$$

fit, ternorum quadratorum summatione facta:

$$\alpha\alpha + 1 = \alpha'\alpha' + \alpha''\alpha'' + \alpha'''\alpha''' = \frac{\delta\delta}{MM}\alpha\alpha + \alpha_1\alpha_1 + \alpha_2\alpha_2$$
$$\beta\beta + 1 = \beta'\beta' + \beta''\beta'' + \beta'''\beta''' = \frac{\delta\delta}{MM}\beta\beta + \beta_1\beta_1 + \beta_2\beta_2$$
$$\gamma\gamma + 1 = \gamma'\gamma' + \gamma''\gamma'' + \gamma'''\gamma''' = \frac{\delta\delta}{MM}\gamma\gamma + \gamma_1\gamma_1 + \gamma_2\gamma_2,$$

ideoque:

$$1 = \frac{\alpha\alpha}{MM} + \alpha_1\alpha_1 + \alpha_2\alpha_2$$
$$1 = \frac{\beta\beta}{MM} + \beta_1\beta_1 + \beta_2\beta_2$$
$$1 = \frac{\gamma\gamma}{MM} + \gamma_1\gamma_1 + \gamma_2\gamma_2.$$

Porro fit:

$$\frac{\delta\delta}{MM}\beta\gamma+\beta_1\gamma_1+\beta_2\gamma_2=\beta\gamma$$
$$\frac{\delta\delta}{MM}\gamma\alpha+\gamma_1\alpha_1+\gamma_2\alpha_2=\gamma\alpha$$
$$\frac{\delta\delta}{MM}\alpha\beta+\alpha_1\beta_1+\alpha_2\beta_2=\alpha\beta,$$

ideoque:

$$0=\frac{\beta\gamma}{MM}+\beta_1\gamma_1+\beta_2\gamma_2$$
$$0=\frac{\gamma\alpha}{MM}+\gamma_1\alpha_1+\gamma_2\alpha_2$$
$$0=\frac{\alpha\beta}{MM}+\alpha_1\beta_1+\alpha_2\beta_2.$$

De quibus formulis sequitur aequatio identica:

$$\left[\frac{\alpha}{M}\cos\eta+\frac{\beta}{M}\sin\eta\cos\vartheta+\frac{\gamma}{M}\sin\eta\sin\vartheta\right]^2$$
$$+[\alpha_1\cos\eta+\beta_1\sin\eta\cos\vartheta+\gamma_1\sin\eta\sin\vartheta]^2$$
$$+[\alpha_2\cos\eta+\beta_2\sin\eta\cos\vartheta+\gamma_2\sin\eta\sin\vartheta]^2=1.$$

Substitutiones propositae etiam hunc in modum repraesentantur (l. c. p. 240. Cf. h. vol. p. 63):

$$\cos\psi=-\frac{\delta'-\alpha'\cos\eta-\beta'\sin\eta\cos\vartheta-\gamma'\sin\eta\sin\vartheta}{\delta-\alpha\cos\eta-\beta\sin\eta\cos\vartheta-\gamma\sin\eta\sin\vartheta}$$
$$\sin\psi\cos\varphi=-\frac{\delta''-\alpha''\cos\eta-\beta''\sin\eta\cos\vartheta-\gamma''\sin\eta\cos\vartheta}{\delta-\alpha\cos\eta-\beta\sin\eta\cos\vartheta-\gamma\sin\eta\sin\vartheta}$$
$$\sin\psi\sin\varphi=-\frac{\delta'''-\alpha'''\cos\eta-\beta'''\sin\eta\cos\vartheta-\gamma'''\sin\eta\sin\vartheta}{\delta-\alpha\cos\eta-\beta\sin\eta\cos\vartheta-\gamma\sin\eta\sin\vartheta};$$

de quibus per formulas traditas derivantur sequentes:

$$M+\delta'\cos\psi+\delta''\sin\psi\cos\varphi+\delta'''\sin\psi\sin\varphi=(\delta-M)\frac{M+\alpha\cos\eta+\beta\sin\eta\cos\vartheta+\gamma\sin\eta\sin\vartheta}{\delta-\alpha\cos\eta-\beta\sin\eta\cos\vartheta-\gamma\sin\eta\sin\vartheta},$$
$$\varepsilon'\cos\psi+\varepsilon''\sin\psi\cos\varphi+\varepsilon'''\sin\psi\sin\varphi=\frac{\alpha_1\cos\eta+\beta_1\sin\eta\cos\vartheta+\gamma_1\sin\eta\sin\vartheta}{\delta-\alpha\cos\eta-\beta\sin\eta\cos\vartheta-\gamma\sin\eta\sin\vartheta},$$
$$\zeta'\cos\psi+\zeta''\sin\psi\cos\varphi+\zeta'''\sin\psi\sin\varphi=\frac{\alpha_2\cos\eta+\beta_2\sin\eta\cos\vartheta+\gamma_2\sin\eta\sin\vartheta}{\delta-\alpha\cos\eta-\beta\sin\eta\cos\vartheta-\gamma\sin\eta\sin\vartheta}.$$

Iam ponere licet:

$$\frac{\delta'}{M}\cos\psi+\frac{\delta''}{M}\sin\psi\cos\varphi+\frac{\delta'''}{M}\sin\psi\sin\varphi=\frac{1-tt-uu}{1+tt+uu}$$
$$\varepsilon'\cos\psi+\varepsilon''\sin\psi\cos\varphi+\varepsilon'''\sin\psi\sin\varphi=\frac{2t}{1+tt+uu}$$
$$\zeta'\cos\psi+\zeta''\sin\psi\cos\varphi+\zeta'''\sin\psi\sin\varphi=\frac{2u}{1+tt+uu};$$

quippe in utraque aequationum parte summa quadratorum fit $= 1$. Similiter ponere licet:

$$\frac{\alpha}{M}\cos\eta + \frac{\beta}{M}\sin\eta\cos\vartheta + \frac{\gamma}{M}\sin\eta\sin\vartheta = \frac{1 - t't' - u'u'}{1 + t't' + u'u'}$$

$$\alpha_1\ \cos\eta + \beta_1\ \sin\eta\cos\vartheta + \gamma_1\ \sin\eta\sin\vartheta = \frac{2t'}{1 + t't' + u'u'}$$

$$\alpha_2\ \cos\eta + \beta_2\ \sin\eta\cos\vartheta + \gamma_2\ \sin\eta\sin\vartheta = \frac{2u'}{1 + t't' + u'u'};$$

unde iam relationes, quae inter angulos ψ, φ et η, ϑ propositae erant, ad relationes inter quantitates t, u et t', u' revocatae sunt. Obtinemus autem:

$$\frac{t}{M} = \frac{\varepsilon'\cos\psi + \varepsilon''\sin\psi\cos\varphi + \varepsilon'''\sin\psi\sin\varphi}{M + \delta'\cos\psi + \delta''\sin\psi\cos\varphi + \delta'''\sin\psi\sin\varphi}$$

$$\frac{u}{M} = \frac{\zeta'\cos\psi + \zeta''\sin\psi\cos\varphi + \zeta'''\sin\psi\sin\varphi}{M + \delta'\cos\psi + \delta''\sin\psi\cos\varphi + \delta'''\sin\psi\sin\varphi};$$

porro:

$$\frac{t'}{M} = \frac{\alpha_1\cos\eta + \beta_1\sin\eta\cos\vartheta + \gamma_1\sin\eta\sin\vartheta}{M + \alpha\cos\eta + \beta\sin\eta\cos\vartheta + \gamma\sin\eta\sin\vartheta}$$

$$\frac{u'}{M} = \frac{\alpha_2\cos\eta + \beta_2\sin\eta\cos\vartheta + \gamma_2\sin\eta\sin\vartheta}{M + \alpha\cos\eta + \beta\sin\eta\cos\vartheta + \gamma\sin\eta\sin\vartheta}.$$

Quapropter relationes illae inter t, u et t', u' in has simplicissimas redeunt:

$$t = (\delta + M)t', \quad u = (\delta + M)u'.$$

Quae sunt relationes quaesitae simplicissimae, ad quas substitutio proposita revocatur.

26.

Expressiones sedecim coëfficientium per quantitates sex hunc in modum nanciscimur. Ponatur:

$$\frac{\delta'}{M} = \sin D' \qquad \varepsilon' = \cos D'\ \cos E' \qquad \zeta' = \cos D'\ \sin E'$$

$$\frac{\delta''}{M} = \sin D'' \qquad \varepsilon'' = \cos D''\cos E'' \qquad \zeta'' = \cos D''\sin E''$$

$$\frac{\delta'''}{M} = \sin D''' \qquad \varepsilon''' = \cos D'''\cos E''' \qquad \zeta''' = \cos D'''\sin E''',$$

ubi propter relationes, quae inter novem quantitates illas locum habent, fit:

$$\sin D' = -\sqrt{\operatorname{cotg}(E''' - E')\operatorname{cotg}(E' - E'')}$$

$$\sin D'' = -\sqrt{\operatorname{cotg}(E' - E'')\operatorname{cotg}(E'' - E''')}$$

$$\sin D''' = -\sqrt{\operatorname{cotg}(E'' - E''')\operatorname{cotg}(E''' - E')},$$

quas aequationes, posito

$$\cos(E' - E'')\cos(E'' - E''')\cos(E''' - E') = -\triangle\triangle$$

ita repraesentare licet:

$$\operatorname{tang} D' = \frac{-\triangle}{\cos(E''-E''')}, \quad \operatorname{tang} D'' = \frac{-\triangle}{\cos(E'''-E')}, \quad \operatorname{tang} D''' = \frac{-\triangle}{\cos(E'-E'')}.$$

Quas formulas minus usitatas, quarum ope novem eiusmodi quantitates, inter quas relationes sex intercedunt, per angulos tres E', E'', E''' commode exprimuntur, Cl. Euler olim adnotavit (v. Diar. Crell. Vol. II. p. 188).

Simili modo ponatur:

$$\begin{array}{lll} \frac{\alpha}{M} = \sin A & \alpha_1 = \cos A \cos A' & \alpha_2 = \cos A \sin A' \\ \frac{\beta}{M} = \sin B & \beta_1 = \cos B \cos B' & \beta_2 = \cos B \sin B' \\ \frac{\gamma}{M} = \sin C & \gamma_1 = \cos C \cos C' & \gamma_2 = \cos C \sin C', \end{array}$$

ubi rursus

$$\begin{aligned} \sin A &= -\sqrt{\operatorname{cotg}(C'-A')\operatorname{cotg}(A'-B')} \\ \sin B &= -\sqrt{\operatorname{cotg}(A'-B')\operatorname{cotg}(B'-C')} \\ \sin C &= -\sqrt{\operatorname{cotg}(B'-C')\operatorname{cotg}(C'-A')}, \end{aligned}$$

sive etiam, posito

$$\cos(A'-B')\cos(B'-C')\cos(C'-A') = -\triangle'\triangle',$$

fit:

$$\operatorname{tang} A = \frac{-\triangle'}{\cos(B'-C')}, \quad \operatorname{tang} B = \frac{-\triangle'}{\cos(C'-A')}, \quad \operatorname{tang} C = \frac{-\triangle'}{\cos(A'-B')}.$$

Iam e formulis traditis facile sequitur:

$$\begin{aligned} \alpha' &= \frac{\delta\delta'}{MM}\alpha + \varepsilon'\alpha_1 + \zeta'\alpha_2 \\ \alpha'' &= \frac{\delta\delta''}{MM}\alpha + \varepsilon''\alpha_1 + \zeta''\alpha_2 \\ \alpha''' &= \frac{\delta\delta'''}{MM}\alpha + \varepsilon'''\alpha_1 + \zeta'''\alpha_2 \\ \beta' &= \frac{\delta\delta'}{MM}\beta + \varepsilon'\beta_1 + \zeta'\beta_2 \\ \beta'' &= \frac{\delta\delta''}{MM}\beta + \varepsilon''\beta_1 + \zeta''\beta_2 \\ \beta''' &= \frac{\delta\delta'''}{MM}\beta + \varepsilon'''\beta_1 + \zeta'''\beta_2 \\ \gamma' &= \frac{\delta\delta'}{MM}\gamma + \varepsilon'\gamma_1 + \zeta'\gamma_2 \\ \gamma'' &= \frac{\delta\delta''}{MM}\gamma + \varepsilon''\gamma_1 + \zeta''\gamma_2 \\ \gamma''' &= \frac{\delta\delta'''}{MM}\gamma + \varepsilon'''\gamma_1 + \zeta'''\gamma_2. \end{aligned}$$

Unde, posito insuper $M = \operatorname{tang}\mu$, sedecim coëfficientium expressiones obtines sequentes:

$$\alpha = \operatorname{tang}\mu \sin A, \qquad \beta = \operatorname{tang}\mu \sin B, \qquad \gamma = \operatorname{tang}\mu \sin C,$$
$$\delta = \sec\mu; \quad \delta' = \operatorname{tang}\mu \sin D', \quad \delta'' = \operatorname{tang}\mu \sin D'', \quad \delta''' = \operatorname{tang}\mu \sin D'''$$
$$\begin{aligned}
\alpha' &= \sec\mu \sin D' \sin A + \cos D' \cos A \cos(E' - A') \\
\beta' &= \sec\mu \sin D' \sin B + \cos D' \cos B \cos(E' - B') \\
\gamma' &= \sec\mu \sin D' \sin C + \cos D' \cos C \cos(E' - C') \\
\alpha'' &= \sec\mu \sin D'' \sin A + \cos D'' \cos A \cos(E'' - A') \\
\beta'' &= \sec\mu \sin D'' \sin B + \cos D'' \cos B \cos(E'' - B') \\
\gamma'' &= \sec\mu \sin D'' \sin C + \cos D'' \cos C \cos(E'' - C') \\
\alpha''' &= \sec\mu \sin D''' \sin A + \cos D''' \cos A \cos(E''' - A') \\
\beta''' &= \sec\mu \sin D''' \sin B + \cos D''' \cos B \cos(E''' - B') \\
\gamma''' &= \sec\mu \sin D''' \sin C + \cos D''' \cos C \cos(E''' - C').
\end{aligned}$$

Angulos D', D'', D''' per differentias ipsorum E', E'', E''', angulos A, B, C per differentias ipsorum A', B', C' expressimus, unde sedecim coëfficientes substitutionum propositarum per angulum μ et differentias angulorum E', E'', E''', A', B', C', quae sunt quantitates sex, expressas habes; quod erat propositum.

27.

Transformatio integralis duplicis

$$\int \frac{\sin\psi\, d\psi\, d\varphi}{\varrho},$$

quae per dictam substitutionem obtinetur, et ipsa, sicuti transformatio illa integralis simplicis, introductis quantitatibus imaginariis, ad aliud problema algebraicum revocari potest, quo agitur, per substitutiones

$$\begin{aligned}
w &= \delta s + \delta' s' + \delta'' s'' + \delta''' s''' \\
x &= \alpha s + \alpha' s' + \alpha'' s'' + \alpha''' s''' \\
y &= \beta s + \beta' s' + \beta'' s'' + \beta''' s''' \\
z &= \gamma s + \gamma' s' + \gamma'' s'' + \gamma''' s''',
\end{aligned}$$

quae identice efficiant

$$ww + xx + yy + zz = ss + s's' + s''s'' + s'''s''',$$

simul expressionem

$$ass + a's's' + a''s''s'' + a'''s'''s''' + 2b'ss' + 2b''ss'' + 2b'''ss''' + 2c's''s''' + 2c''s'''s' + 2c'''s's''$$

transformare in hanc simpliciorem:

$$Gww + G'xx + G''yy + G'''zz.$$



Statuatur enim

$$0 = ww+xx+yy+zz = ss+s's'+s''s''+s'''s''',$$

unde ponere licet

$$\frac{s'}{s} = i\cos\psi \qquad \frac{s''}{s} = i\sin\psi\cos\varphi \qquad \frac{s'''}{s} = i\sin\psi\sin\varphi$$

$$\frac{x}{w} = i\cos\eta, \qquad \frac{y}{w} = i\sin\eta\,\cos\vartheta, \qquad \frac{z}{w} = i\sin\eta\,\sin\vartheta;$$

porro loco quantitatum:

$$a,\quad a',\quad a'',\quad a''',\quad b',\quad b'',\quad b''',\quad c',\quad c'',\quad c'''$$

ponatur respective:

$$a,\quad -a',\quad -a'',\quad -a''',\quad -ib',\quad -ib'',\quad -ib''',\quad -c',\quad -c'',\quad -c''',$$

et loco quantitatum:

$$\alpha,\ \beta,\ \gamma,\ \delta,\ \alpha',\ \beta',\ \gamma',\ \delta',\ \alpha'',\ \beta'',\ \gamma'',\ \delta'',\ \alpha''',\ \beta''',\ \gamma''',\ \delta'''$$

ponatur respective:

$$i\alpha,\ i\beta,\ i\gamma,\ \delta,\ \alpha',\ \beta',\ \gamma',\ -i\delta',\ \alpha'',\ \beta'',\ \gamma'',\ -i\delta'',\ \alpha''',\ \beta''',\ \gamma''',\ -i\delta'''$$

nec non loco G', G'', G''' ponatur $-G'$, $-G''$, $-G'''$. Quo facto aequatio:

$$ass+a's's'+a''s''s''+a'''s'''s'''+2b'ss'+2b''ss''+2b'''ss'''+2c's''s'''+2c''s'''s'+2c'''s's''$$
$$= Gww+G'xx+G''yy+G'''zz,$$

facta divisione per ww, in hanc abit:

$$\frac{\varrho}{[\delta+\delta'\cos\psi+\delta''\sin\psi\cos\varphi+\delta'''\sin\psi\sin\varphi]^2} = G+G'\cos^2\eta+G''\sin^2\eta\cos^2\vartheta+G'''\sin^2\eta\sin^2\vartheta;$$

nec non substitutiones in supra adhibitas abeunt; de quibus cum facile sequatur:

$$\sin\eta\left(\frac{\partial\eta}{\partial\psi}\frac{\partial\vartheta}{\partial\varphi}-\frac{\partial\eta}{\partial\varphi}\frac{\partial\vartheta}{\partial\psi}\right) = \frac{\sin\psi}{(\delta+\delta'\cos\psi+\delta''\sin\psi\cos\varphi+\delta'''\sin\psi\sin\varphi)^2},$$

obtinetur transformatio proposita:

$$\int\frac{\sin\psi\,d\psi\,d\varphi}{\varrho} = \int\frac{\sin\eta\,d\eta\,d\vartheta}{G+G'\cos^2\eta+G''\sin^2\eta\cos^2\vartheta+G'''\sin^2\eta\sin^2\vartheta}.$$

Adnotabo, problematis algebraici solutionem nuper admodum dedisse Cl. Cauchy in Commentatione, cui inscriptum est: *Sur l'équation à l'aide de laquelle on détermine les inégalités séculaires des mouvements des planètes* (cf. *Exercices de Mathématiques Vol. IV, pag. 140 sqq.*); quo ille loco problema ad transformationem similem functionis homogenae secundi ordinis cuiuslibet numeri variabilium extendit. Nec non transformatio integralis per eandem analysin ad numerum quemlibet variabilium et quemlibet ordinem integrationis extenditur. Generaliter

enim probatur, designante ϱ functionem quamlibet integram rationalem secundi ordinis quantitatum

$$\cos\varphi,\quad \sin\varphi\cos\varphi_1,\quad \sin\varphi\sin\varphi_1\cos\varphi_2,\quad \sin\varphi\sin\varphi_1\sin\varphi_2\cos\varphi_3,\quad \ldots,$$
$$\sin\varphi\sin\varphi_1\ldots\sin\varphi_{n-1}\cos\varphi_n,\quad \sin\varphi\sin\varphi_1\ldots\sin\varphi_{n-1}\sin\varphi_n,$$

integrale $(n+1)$ tuplum:

$$\int\frac{\sin^n\varphi\sin^{n-1}\varphi_1\sin^{n-2}\varphi_2\ldots\sin\varphi_{n-1}d\varphi d\varphi_1\ldots d\varphi_n}{\varrho^{\frac{n+1}{2}}}$$

transformari posse in hoc simplicius:

$$\int\frac{\sin^n\eta\sin^{n-1}\eta_1\sin^{n-2}\eta_2\ldots\sin\eta_{n-1}d\eta d\eta_1\ldots d\eta_n}{\sigma^{\frac{n+1}{2}}},$$

in quo functio σ est summa quadratorum expressionum:

$$\cos\eta,\quad \sin\eta\cos\eta_1,\quad \sin\eta\sin\eta_1\cos\eta_2,\quad \ldots,\quad \sin\eta\sin\eta_1\ldots\sin\eta_{n-1}\cos\eta_n,$$
$$\sin\eta\sin\eta_1\sin\eta_2\ldots\sin\eta_{n-1}\sin\eta_n,$$

singulis in quantitates constantes ductis; expressiones autem eum in finem in locum quantitatum $\cos\varphi$, $\sin\varphi\cos\varphi_1$ etc. substituendae sunt, uti supra, fractiones, quarum et donominator et numerator functiones lineares ipsarum $\cos\eta$, $\sin\eta\cos\eta_1$, etc.

Unde transformatio integralis simplicis, de qua initio locuti sumus, ab Eulero olim in Institutionibus calculi integralis proposita, iam ita amplificata est, ut perinde de integralibus $n$tuplis functionum n variabilium valeat.

28.

Hisce disquisitionibus finem imponamus proponendo theorema novum ac memorabile, quo etiam theoremata §. 20 allegata, aequationis differentialis

$$\frac{d\varphi}{\sqrt{(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)^2+(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)^2-(A+B\cos\varphi+C\sin\varphi)^2}}$$
$$+\frac{d\psi}{\sqrt{(B+B'\cos\psi+B''\sin\psi)^2+(C+C'\cos\psi+C''\sin\psi)^2-(A+A'\cos\psi+A''\sin\psi)^2}}=0$$

integrale esse aequationem:

$$A+B\cos\varphi+C\sin\varphi+(A'+B'\cos\varphi+C'\sin\varphi)\cos\psi+(A''+B''\cos\varphi+C''\sin\varphi)\sin\psi=0,$$

vel casu speciali, ad quem generaliorem illum revocavimus, aequationis differentialis:

$$\frac{d\eta}{\sqrt{G'G'\cos^2\eta+G''G''\sin^2\eta-GG}}+\frac{d\vartheta}{\sqrt{G'G'\cos^2\vartheta+G''G''\sin^2\vartheta-GG}}=0$$

integrale esse aequationem:

$$G - G'\cos\eta\cos\vartheta - G''\sin\eta\sin\vartheta = 0,$$

ad integralia duplicia extenduntur. Quibus theorematibus cum theoria de additione integralium ellipticorum superstructa sit, quod universae theoriae functionum ellipticarum principium est, extensionem illam attentionem geometrarum mereri credimus.

Propositae sint inter angulos φ, ψ et η, ϑ aequationes duae sequentes:

$$\begin{aligned} & a\;\; + b\;\; \cos\varphi + c\;\; \sin\varphi\cos\psi + d\;\; \sin\varphi\sin\psi \\ & + [a' + b' \cos\varphi + c' \sin\varphi\cos\psi + d' \sin\varphi\sin\psi]\cos\eta \\ & + [a'' + b'' \cos\varphi + c'' \sin\varphi\cos\psi + d'' \sin\varphi\sin\psi]\sin\eta\cos\vartheta \\ & + [a''' + b''' \cos\varphi + c''' \sin\varphi\cos\psi + d''' \sin\varphi\sin\psi]\sin\eta\sin\vartheta \\ & = 0, \end{aligned}$$

quam brevitatis causa designamus per

$$F(\varphi, \psi, \eta, \vartheta) = 0,$$

et

$$\begin{aligned} & \alpha\;\; + \beta\;\; \cos\varphi + \gamma\;\; \sin\varphi\cos\psi + \delta\;\; \sin\varphi\sin\psi \\ & + [\alpha' + \beta' \cos\varphi + \gamma' \sin\varphi\cos\psi + \delta' \sin\varphi\sin\psi]\cos\eta \\ & + [\alpha'' + \beta'' \cos\varphi + \gamma'' \sin\varphi\cos\psi + \delta'' \sin\varphi\sin\psi]\sin\eta\cos\vartheta \\ & + [\alpha''' + \beta''' \cos\varphi + \gamma''' \sin\varphi\cos\psi + \delta''' \sin\varphi\sin\psi]\sin\eta\sin\vartheta \\ & = 0, \end{aligned}$$

quam brevitatis causa designamus per

$$\Pi(\varphi, \psi, \eta, \vartheta) = 0.$$

E quibus aequationibus, cognitis φ, ψ, valores ipsarum η, ϑ eruere licet, et integratio secundum φ, ψ instituenda in aliam secundum η, ϑ instituendam transformari potest. Generaliter enim e theoria transformationis integralium duplicium constat, datis inter φ, ψ, η, ϑ aequationibus quibuslibet:

$$F(\varphi, \psi, \eta, \vartheta) = 0, \quad \Pi(\varphi, \psi, \eta, \vartheta) = 0,$$

fore:

$$\int \frac{U d\varphi d\psi}{\frac{\partial F}{\partial \eta}\frac{\partial \Pi}{\partial \vartheta} - \frac{\partial F}{\partial \vartheta}\frac{\partial \Pi}{\partial \eta}} = \int \frac{U d\eta d\vartheta}{\frac{\partial F}{\partial \varphi}\frac{\partial \Pi}{\partial \psi} - \frac{\partial F}{\partial \psi}\cdot\frac{\partial \Pi}{\partial \varphi}}$$

ubi in altero integrali expressio

$$\frac{U}{\frac{\partial F}{\partial \eta}\frac{\partial \Pi}{\partial \vartheta} - \frac{\partial F}{\partial \vartheta}\frac{\partial \Pi}{\partial \eta}}$$

per ipsas φ, ψ; in altero integrali expressio

$$\frac{U}{\frac{\partial F}{\partial \varphi}\frac{\partial \Pi}{\partial \psi}-\frac{\partial F}{\partial \psi}\frac{\partial \Pi}{\partial \varphi}}$$

per ipsas η, ϑ ope aequationum propositarum exprimendae sunt.

Ponatur brevitatis causa

$$\begin{aligned}
a\ +b\ \cos\varphi+c\ \sin\varphi\cos\psi+d\ \sin\varphi\sin\psi &= A\\
a'\ +b'\ \cos\varphi+c'\ \sin\varphi\cos\psi+d'\ \sin\varphi\sin\psi &= A'\\
a''\ +b''\ \cos\varphi+c''\ \sin\varphi\cos\psi+d''\ \sin\varphi\sin\psi &= A''\\
a'''+b'''\cos\varphi+c'''\sin\varphi\cos\psi+d'''\sin\varphi\sin\psi &= A''',
\end{aligned}$$

porro:

$$\begin{aligned}
\alpha\ +\beta\ \cos\varphi+\gamma\ \sin\varphi\cos\psi+\delta\ \sin\varphi\sin\psi &= B\\
\alpha'\ +\beta'\ \cos\varphi+\gamma'\ \sin\varphi\cos\psi+\delta'\ \sin\varphi\sin\psi &= B'\\
\alpha''\ +\beta''\ \cos\varphi+\gamma''\ \sin\varphi\cos\psi+\delta''\ \sin\varphi\sin\psi &= B''\\
\alpha'''+\beta'''\cos\varphi+\gamma'''\sin\varphi\cos\psi+\delta'''\sin\varphi\sin\psi &= B''':
\end{aligned}$$

aequationes propositas ita exhibere licet:

$$\begin{aligned}
F &= A+A'\cos\eta+A''\sin\eta\cos\vartheta+A'''\sin\eta\sin\vartheta = 0\\
\Pi &= B+B'\cos\eta+B''\sin\eta\cos\vartheta+B'''\sin\eta\sin\vartheta = 0.
\end{aligned}$$

Simili modo ponamus

$$\begin{aligned}
a+a'\cos\eta+a''\sin\eta\cos\vartheta+a'''\sin\eta\sin\vartheta &= C\\
b+b'\cos\eta+b''\sin\eta\cos\vartheta+b'''\sin\eta\sin\vartheta &= C'\\
c+c'\cos\eta+c''\sin\eta\cos\vartheta+c'''\sin\eta\sin\vartheta &= C''\\
d+d'\cos\eta+d''\sin\eta\cos\vartheta+d'''\sin\eta\sin\vartheta &= C''',
\end{aligned}$$

porro

$$\begin{aligned}
\alpha+\alpha'\cos\eta+\alpha''\sin\eta\cos\vartheta+\alpha'''\sin\eta\sin\vartheta &= D\\
\beta+\beta'\cos\eta+\beta''\sin\eta\cos\vartheta+\beta'''\sin\eta\sin\vartheta &= D'\\
\gamma+\gamma'\cos\eta+\gamma''\sin\eta\cos\vartheta+\gamma'''\sin\eta\sin\vartheta &= D''\\
\delta+\delta'\cos\eta+\delta''\sin\eta\cos\vartheta+\delta'''\sin\eta\sin\vartheta &= D''':
\end{aligned}$$

aequationes propositas etiam hunc in modum repraesentare licet:

$$\begin{aligned}
F &= C+C'\cos\varphi+C''\sin\varphi\cos\psi+C'''\sin\varphi\sin\psi = 0\\
\Pi &= D+D'\cos\varphi+D''\sin\varphi\cos\psi+D'''\sin\varphi\sin\psi = 0.
\end{aligned}$$

Quibus statutis, investigemus primum valorem ipsius

$$\frac{\partial F}{\partial \eta}\frac{\partial \Pi}{\partial \vartheta}-\frac{\partial F}{\partial \vartheta}\frac{\partial \Pi}{\partial \eta}.$$

Fit

$$\frac{\partial F}{\partial \eta} = -A'\sin\eta + A''\cos\eta\cos\vartheta + A'''\cos\eta\sin\vartheta$$
$$\frac{\partial F}{\partial \vartheta} = \qquad -A''\sin\eta\sin\vartheta + A'''\sin\eta\cos\vartheta$$
$$\frac{\partial \Pi}{\partial \eta} = -B'\sin\eta + B''\cos\eta\cos\vartheta + B'''\cos\eta\sin\vartheta$$
$$\frac{\partial \Pi}{\partial \vartheta} = \qquad -B''\sin\eta\sin\vartheta + B'''\sin\eta\cos\vartheta,$$

unde prodit:

$$\frac{1}{\sin\eta}\left[\frac{\partial F}{\partial \eta}\frac{\partial \Pi}{\partial \vartheta} - \frac{\partial F}{\partial \vartheta}\frac{\partial \Pi}{\partial \eta}\right]$$
$$= (A''B'''-A'''B'')\cos\eta + (A'''B'-A'B''')\sin\eta\cos\vartheta + (A'B''-A''B')\sin\eta\sin\vartheta.$$

Prorsus eodem modo invenitur:

$$\frac{1}{\sin\varphi}\left[\frac{\partial F}{\partial \varphi}\frac{\partial \Pi}{\partial \psi} - \frac{\partial F}{\partial \psi}\frac{\partial \Pi}{\partial \varphi}\right]$$
$$= (C''D'''-C'''D'')\cos\varphi + (C'''D'-C'D''')\sin\varphi\cos\psi + (C'D''-C''D')\sin\varphi\sin\psi.$$

Quas expressiones iam ope aequationum propositarum alteram per φ, ψ, alt per η, ϑ repraesentabimus.

Posito brevitatis causa

$$\cos\eta = x, \quad \sin\eta\cos\vartheta = y, \quad \sin\eta\sin\vartheta = z,$$

datae sunt aequationes:

$$A + A'x + A''y + A'''z = 0$$
$$B + B'x + B''y + B'''z = 0$$
$$1 - xx - yy - zz = 0,$$

unde, posito

$$R = (A''B'''-A'''B'')x + (A'''B'-A'B''')y + (A'B''-A''B')z,$$

per regulas notas resolutionis aequationum linearium sequitur:

$$Rx = A''B'''-A'''B'' + y(AB'''-A'''B) - z(AB''-A''B)$$
$$Ry = A'''B'-A'B''' + z(AB'-A'B) - x(AB'''-A'''B)$$
$$Rz = A'B''-A''B' + x(AB''-A''B) - y(AB'-A'B).$$

De quibus aequationibus deducimus sequentem:

$$[Rx-(A''B'''-A'''B'')]^2 + [Ry-(A'''B'-A'B''')]^2 + [Rz-(A'B''-A''B')]^2$$
$$= [y(AB'''-A'''B) - z(AB''-A''B)]^2$$
$$+ [z(AB'-A'B) - x(AB'''-A'''B)]^2$$
$$+ [x(AB''-A''B) - y(AB'-A'B)]^2.$$

Alteram aequationis partem facile patet, fore:

$$-RR+(A''B'''-A'''B'')^2+(A'''B'-A'B''')^2+(A'B''-A''B')^2;$$

altera identica est cum expressione sequente:

$$[xx+yy+zz][(AB'-A'B)^2+ (AB''-A''B)^2+ (AB'''-A'''B)^2] \\ -[x(AB'-A'B) +y(AB''-A''B) +z(AB'''-A'''B)]^2,$$

quae, cum ex aequationibus propositis sit

$$x(AB'-A'B)+y(AB''-A''B)+z(AB'''-A'''B) = 0, \\ xx+yy+zz = 1,$$

simpliciter in hanc abit:

$$(AB'-A'B)^2+(AB''-A''B)^2+(AB'''-A'''B)^2,$$

unde nanciscimur:

$$RR = (A''B'''-A'''B'')^2+(A'''B'-A'B''')^2+(A'B''-A''B')^2 \\ -(AB' - A'B)^2-(AB'' - A''B)^2-(AB'''-A'''B)^2,$$

quae expressio investiganda erat.

Eandem patet etiam hunc in modum repraesentari posse:

$$RR = [A'A'+A''A''+A'''A'''-AA][B'B'+B''B''+B'''B'''-BB] \\ -[A'B'+A''B''+A'''B'''-AB]^2.$$

Quam formulam, adnotemus, etiam per formulas notas geometriae analyticae obtineri.

Ponamus enim, O esse initium coordinatarum orthogonalium, P, P', P'' tria puncta, quorum coordinatae respective sint x, y, z; A, A', A''; B, B', B'', ita ut distantia ipsius P ab initio O sit $= 1$; notum est, fore R sextuplum pyramidis $OPP'P''$; eandem autem quantitatem per formulas trigonometriae sphaericae habes:

$$R = OP'.OP''\sqrt{1-\cos^2 POP'-\cos^2 POP''-\cos^2 P'OP''+2\cos POP'\cos POP''\cos P'OP''} \\ = OP'.OP''\sqrt{(1-\cos^2 POP')(1-\cos^2 POP'')-(\cos POP'\cos POP''-\cos P'OP'')^2}.$$

Fit autem:

$$OP' = \sqrt{A'A'+A''A''+A'''A'''}, \quad OP'' = \sqrt{B'B'+B''B''+B'''B'''} \\ OP' \cos POP' = A'x+A''y+A'''z = -A \\ OP''\cos POP'' = B'x+B''y+B'''z = -B \\ OP'.OP''\cos P'OP'' = A'B'+A''B''+A'''B''',$$

quibus expressionibus substitutis, prodit:

$$RR = [A'A'+A''A''+A'''A'''-AA][B'B'+B''B''+B'''B'''-BB] \\ -[A'B'+A''B''+A'''B'''-AB]^2,$$

quae est formula supra exhibita.

Prorsus eodem modo, posito

$$(C''D'''-C'''D'')\cos\varphi+(C'''D'-C'D''')\sin\varphi\cos\psi+(C'D''-C''D')\sin\varphi\sin\psi = S,$$

ex aequationibus propositis

$$0 = C+C'\cos\varphi+C''\sin\varphi\cos\psi+C'''\sin\varphi\sin\psi$$
$$0 = D+D'\cos\varphi+D''\sin\varphi\cos\psi+D'''\sin\varphi\sin\psi$$

sequitur:

$$SS = (C''D'''-C'''D'')^2+(C'''D'-C'D''')^2+(C'D''-C''D')^2 \\ -(CD'-C'D)^2-(CD''-C''D)^2-(CD'''-C'''D)^2 \\ = [C'C'+C''C''+C'''C'''-CC][D'D'+D''D''+D'''D'''-DD] \\ -[C'D'+C''D''+C'''D'''-CD]^2.$$

Invenimus autem:

$$\frac{\partial F}{\partial\eta}\frac{\partial\Pi}{\partial\vartheta}-\frac{\partial F}{\partial\vartheta}\frac{\partial\Pi}{\partial\eta} = \sin\eta.R$$
$$\frac{\partial F}{\partial\varphi}\frac{\partial\Pi}{\partial\psi}-\frac{\partial F}{\partial\psi}\frac{\partial\Pi}{\partial\varphi} = \sin\varphi.S;$$

unde ex aequatione

$$\int\frac{Ud\varphi d\psi}{\frac{\partial F}{\partial\eta}\frac{\partial\Pi}{\partial\vartheta}-\frac{\partial F}{\partial\vartheta}\frac{\partial\Pi}{\partial\eta}} = \int\frac{Ud\eta d\vartheta}{\frac{\partial F}{\partial\varphi}\frac{\partial\Pi}{\partial\psi}-\frac{\partial F}{\partial\psi}\frac{\partial\Pi}{\partial\varphi}},$$

posito insuper

$$U = \sin\varphi\sin\eta,$$

deducimus hanc valde memorabilem:

$$\int\frac{\sin\varphi d\varphi d\psi}{R} = \int\frac{\sin\eta d\eta d\vartheta}{S}.$$

Observo casu speciali, quo

$$b = a',\quad c = a'',\quad d = a''',\quad c' = b'',\quad d' = b''',\quad d'' = c''$$
$$\beta = \alpha',\quad \gamma = \alpha'',\quad \delta = \alpha''',\quad \gamma' = \beta'',\quad \delta' = \beta''',\quad \delta'' = \gamma''',$$

functiones R, S easdem omnino functiones fore, alteram ipsarum φ, ψ, alteram ipsarum η, ϑ. Quo igitur casu habemus theorema memorabile, integrale duplex

$$\int\frac{\sin\varphi d\varphi d\psi}{R},$$

substitutis in locum variabilium φ, ψ alias variabiles η, ϑ, quales ex aequationibus $F=0$, $\boldsymbol{\Pi}=0$ prodeunt, formam non mutare; sive quod idem est, aequationes illae $F=0$, $\boldsymbol{\Pi}=0$, certam continent rationem, qua integralis

$$\int\frac{\sin\varphi\,d\varphi\,d\psi}{R}$$

limites mutari possint, ut valor eius immutatus maneat. Cuius rei unicum hactenus in duplicibus integralibus extabat exemplum

$$\int\sin\varphi\,d\varphi\,d\psi,$$

quod superficiem sphaerae exprimit; quippe quod, loco coordinatarum puncti in sphaera positi $\cos\varphi$, $\sin\varphi\cos\psi$, $\sin\varphi\sin\psi$ aliis introductis coordinatis orthogonalibus, formam non mutare scimus.

Addamus valores explicitos ipsarum $\cos\eta$, $\sin\eta\cos\vartheta$, $\sin\eta\sin\vartheta$, quales ex aequationibus propositis fluunt. Quem in finem brevitatis causa ponamus:

$$A''B'''-A'''B''=m',\quad A'''B'-A'B'''=m'',\quad A'B''-A''B'=m'''$$
$$AB'-A'B=n',\quad AB''-A''B=n'',\quad AB'''-A'''B=n''',$$

ubi adnotetur, esse

$$m'n'+m''n''+m'''n'''=0;$$

fit:

$$\cos\eta=\frac{m'R+m''n'''-m'''n''}{m'm'+m''m''+m'''m'''}$$
$$\sin\eta\cos\vartheta=\frac{m''R+m'''n'-m'n'''}{m'm'+m''m''+m'''m'''}$$
$$\sin\eta\sin\vartheta=\frac{m'''R+m'n''-m''n'}{m'm'+m''m''+m'''m'''};$$

ipsa autem R fit:

$$R=\sqrt{m'm'+m''m''+m'''m'''-n'n'-n''n''-n'''n'''}.$$

Per formulas omnino similes ipsae $\cos\varphi$, $\sin\varphi\cos\psi$, $\sin\varphi\sin\psi$ vice versa per $\cos\eta$, $\sin\eta\cos\vartheta$, $\sin\eta\sin\vartheta$ exprimuntur.

E theoremate generali

$$\int\frac{\sin\varphi\,d\varphi\,d\psi}{R}=\int\frac{\sin\eta\,d\eta\,d\vartheta}{S}$$

hoc fluit speciale.

Theorema.

Datis aequationibus

$$a+a'\cos\varphi.\cos\eta+a''\sin\varphi\cos\psi.\sin\eta\cos\vartheta+a'''\sin\varphi\sin\psi.\sin\eta\sin\vartheta=0$$
$$b+b'\cos\varphi.\cos\eta+b''\sin\varphi\cos\psi.\sin\eta\cos\vartheta+b'''\sin\varphi\sin\psi.\sin\eta\sin\vartheta=0,$$

posito brevitatis causa

$$\begin{gathered}(a''b'''-a'''b'')^2\sin^4\varphi\cos^2\psi\sin^2\psi+(a'''b'-a'b''')^2\sin^2\varphi\cos^2\varphi\sin^2\psi\\ +(a'b''-a''b')^2\sin^2\varphi\cos^2\varphi\cos^2\psi-(ab'-a'b)^2\cos^2\varphi-(ab''-a''b)^2\sin^2\varphi\cos^2\psi\\ -(ab'''-a'''b)^2\sin^2\varphi\sin^2\psi=RR\end{gathered}$$

$$\begin{gathered}(a''b'''-a'''b'')^2\sin^4\eta\cos^2\vartheta\sin^2\vartheta+(a'''b'-a'b''')^2\sin^2\eta\cos^2\eta\sin^2\vartheta\\ +(a'b''-a''b')^2\sin^2\eta\cos^2\eta\cos^2\vartheta-(ab'-a'b)^2\cos^2\eta-(ab''-a''b)^2\sin^2\eta\cos^2\vartheta\\ -(ab'''-a'''b)^2\sin^2\eta\sin^2\vartheta=SS,\end{gathered}$$

fit:

$$\int\frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{R}=\int\frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{S}.$$

Scr. 9. Dec. 1831.

DE TRANSFORMATIONE ET DETERMINATIONE INTEGRALIUM DUPLICIUM COMMENTATIO TERTIA.

AUCTORE

Dr. C. G. J. JACOBI,
PROF. MATH. REGIOM.

Crelle Journal für die reine und angewandte Mathematik, Bd. 10. p. 101—128.

DE TRANSFORMATIONE ET DETERMINATIONE INTEGRALIUM DUPLICIUM COMMENTATIO TERTIA*).

De substitutione

$$\cos\eta = \frac{m\cos\varphi}{\sqrt{mm\cos^2\varphi+nn\sin^2\varphi\cos^2\psi+pp\sin^2\varphi\sin^2\psi}},$$

$$\sin\eta\cos\vartheta = \frac{n\sin\varphi\cos\psi}{\sqrt{mm\cos^2\varphi+nn\sin^2\varphi\cos^2\psi+pp\sin^2\varphi\sin^2\psi}},$$

$$\sin\eta\sin\vartheta = \frac{p\sin\varphi\sin\psi}{\sqrt{mm\cos^2\varphi+nn\sin^2\varphi\cos^2\psi+pp\sin^2\varphi\sin^2\psi}}.$$

1.

Expressio generalis elementi superficiei sphaericae.

Ponamus, x, y, z designare coordinatas orthogonales puncti in superficie sphaerae positi, cuius centrum initium coordinatarum et cuius radius $=1$, unde

$$xx+yy+zz = 1.$$

Sit porro dS elementum superficiei sphaericae, notum est, dS per binas e variabilibus x, y, z exprimi hunc in modum:

$$(1)\qquad \begin{cases} dS = \dfrac{dy\,dz}{\sqrt{1-yy-zz}} = \dfrac{dz\,dx}{\sqrt{1-zz-xx}} = \dfrac{dx\,dy}{\sqrt{1-xx-yy}}, \\ \text{sive:} \\ dS = \dfrac{dy\,dz}{x} = \dfrac{dz\,dx}{y} = \dfrac{dx\,dy}{z}. \end{cases}$$

Idem elementum, posito

$$x = \cos\eta,\quad y = \sin\eta\cos\vartheta,\quad z = \sin\eta\sin\vartheta,$$

notum est fieri

$$(2)\qquad dS = \sin\eta\, d\eta\, d\vartheta.$$

*) Commentationes primam et secundam videas p. 57 sqq. et p. 93 sqq. hujus voluminis.



Ut expressionem generalem elementi superficiei sphaericae obtineamus, supponamus, datis variabilium φ, ψ tribus functionibus quibuslibet u, v, w, fieri coordinatas puncti in sphaera positi:

$$x = \frac{u}{\sqrt{uu+vv+ww}}, \quad y = \frac{v}{\sqrt{uu+vv+ww}}, \quad z = \frac{w}{\sqrt{uu+vv+ww}},$$

ac quaeramus, quomodo dS per variabiles φ, ψ exprimatur.

Ac primum observo, e nota theoria transformationis integralium duplicium formulam (1) statim suppeditare:

$$\begin{aligned} x\,dS &= \left[\frac{\partial y}{\partial \varphi}\frac{\partial z}{\partial \psi} - \frac{\partial y}{\partial \psi}\frac{\partial z}{\partial \varphi}\right] d\varphi\, d\psi, \\ y\,dS &= \left[\frac{\partial z}{\partial \varphi}\frac{\partial x}{\partial \psi} - \frac{\partial z}{\partial \psi}\frac{\partial x}{\partial \varphi}\right] d\varphi\, d\psi, \\ z\,dS &= \left[\frac{\partial x}{\partial \varphi}\frac{\partial y}{\partial \psi} - \frac{\partial x}{\partial \psi}\frac{\partial y}{\partial \varphi}\right] d\varphi\, d\psi. \end{aligned}$$

Tribus illis formulis resp. per x, y, z multiplicatis et additis, provenit:

$$(3) \quad dS = \left\{x\left[\frac{\partial y}{\partial \varphi}\frac{\partial z}{\partial \psi} - \frac{\partial y}{\partial \psi}\frac{\partial z}{\partial \varphi}\right] + y\left[\frac{\partial z}{\partial \varphi}\frac{\partial x}{\partial \psi} - \frac{\partial z}{\partial \psi}\frac{\partial x}{\partial \varphi}\right] + z\left[\frac{\partial x}{\partial \varphi}\frac{\partial y}{\partial \psi} - \frac{\partial x}{\partial \psi}\frac{\partial y}{\partial \varphi}\right]\right\} d\varphi\, d\psi.$$

Substituamus in hac formula loco x, y, z fractiones

$$x = \frac{u}{t}, \quad y = \frac{v}{t}, \quad z = \frac{w}{t};$$

expressio ad dextram aequationis ea singulari gaudet proprietate, quod post substitutionem factam differentialia partialia denominatoris t in ea non inveniantur; sive generaliter erit:

$$(4) \quad \left\{\begin{aligned} & x\left[\frac{\partial y}{\partial \varphi}\frac{\partial z}{\partial \psi} - \frac{\partial y}{\partial \psi}\frac{\partial z}{\partial \varphi}\right] + y\left[\frac{\partial z}{\partial \varphi}\frac{\partial x}{\partial \psi} - \frac{\partial z}{\partial \psi}\frac{\partial x}{\partial \varphi}\right] + z\left[\frac{\partial x}{\partial \varphi}\frac{\partial y}{\partial \psi} - \frac{\partial x}{\partial \psi}\frac{\partial y}{\partial \varphi}\right] \\ & = \frac{1}{ttt}\left\{u\left[\frac{\partial v}{\partial \varphi}\frac{\partial w}{\partial \psi} - \frac{\partial v}{\partial \psi}\frac{\partial w}{\partial \varphi}\right] + v\left[\frac{\partial w}{\partial \varphi}\frac{\partial u}{\partial \psi} - \frac{\partial w}{\partial \psi}\frac{\partial u}{\partial \varphi}\right] + w\left[\frac{\partial u}{\partial \varphi}\frac{\partial v}{\partial \psi} - \frac{\partial u}{\partial \psi}\frac{\partial v}{\partial \varphi}\right]\right\}. \end{aligned}\right.$$

Fit enim:

$$\begin{aligned} x\frac{\partial y}{\partial \varphi} - y\frac{\partial x}{\partial \varphi} &= \frac{1}{tt}\left[u\frac{\partial v}{\partial \varphi} - v\frac{\partial u}{\partial \varphi}\right], \\ y\frac{\partial z}{\partial \varphi} - z\frac{\partial y}{\partial \varphi} &= \frac{1}{tt}\left[v\frac{\partial w}{\partial \varphi} - w\frac{\partial v}{\partial \varphi}\right], \\ z\frac{\partial x}{\partial \varphi} - x\frac{\partial z}{\partial \varphi} &= \frac{1}{tt}\left[w\frac{\partial u}{\partial \varphi} - u\frac{\partial w}{\partial \varphi}\right], \end{aligned}$$

evanescentibus terminis in $\frac{\partial t}{\partial \varphi}$ ductis. Quibus aequationibus multiplicatis resp. per

$$\frac{\partial z}{\partial \psi} = \frac{1}{t}\frac{\partial w}{\partial \psi} - \frac{w}{tt}\frac{\partial t}{\partial \psi}, \quad \frac{\partial x}{\partial \psi} = \frac{1}{t}\frac{\partial u}{\partial \psi} - \frac{u}{tt}\frac{\partial t}{\partial \psi}, \quad \frac{\partial y}{\partial \psi} = \frac{1}{t}\frac{\partial v}{\partial \psi} - \frac{v}{tt}\frac{\partial t}{\partial \psi},$$

et additione facta, termini etiam in $\frac{\partial t}{\partial \psi}$ ducti evanescunt, unde formula (4.) provenit.

Collatis (3), (4), ac posito

$$tt = uu + vv + ww,$$

iam videmus, *siquidem statuamus*

$$\cos\eta = \frac{u}{\sqrt{uu+vv+ww}}, \quad \sin\eta\cos\vartheta = \frac{v}{\sqrt{uu+vv+ww}}, \quad \sin\eta\sin\vartheta = \frac{w}{\sqrt{uu+vv+ww}},$$

designantibus u, v, w tres functiones quaslibet variabilium φ, ψ, fieri elementum superficiei sphaericae:

$$(5)\quad \begin{cases} dS = \sin\eta\, d\eta\, d\vartheta \\ = \dfrac{\left\{u\left[\dfrac{\partial v}{\partial \varphi}\dfrac{\partial w}{\partial \psi} - \dfrac{\partial v}{\partial \psi}\dfrac{\partial w}{\partial \varphi}\right] + v\left[\dfrac{\partial w}{\partial \varphi}\dfrac{\partial u}{\partial \psi} - \dfrac{\partial w}{\partial \psi}\dfrac{\partial u}{\partial \varphi}\right] + w\left[\dfrac{\partial u}{\partial \varphi}\dfrac{\partial v}{\partial \psi} - \dfrac{\partial u}{\partial \psi}\dfrac{\partial v}{\partial \varphi}\right]\right\} d\varphi\, d\psi}{[uu+vv+ww]^{\frac{3}{2}}}. \end{cases}$$

Quae est expressio quaesita.

2.

Formulae generalis (5) faciamus applicationem ad casum simplicissimum, quo

$$u = m\cos\varphi, \qquad v = n\sin\varphi\cos\psi, \qquad w = p\sin\varphi\sin\psi,$$

sive

$$(6)\quad \begin{cases} \cos\eta = \dfrac{m\cos\varphi}{\sqrt{mm\cos^2\varphi + nn\sin^2\varphi\cos^2\psi + pp\sin^2\varphi\sin^2\psi}}, \\ \sin\eta\cos\vartheta = \dfrac{n\sin\varphi\cos\psi}{\sqrt{mm\cos^2\varphi + nn\sin^2\varphi\cos^2\psi + pp\sin^2\varphi\sin^2\psi}}, \\ \sin\eta\sin\vartheta = \dfrac{p\sin\varphi\sin\psi}{\sqrt{mm\cos^2\varphi + nn\sin^2\varphi\cos^2\psi + pp\sin^2\varphi\sin^2\psi}}. \end{cases}$$

Quo casu facile patet, formulam (5) in hanc abire:

$$(7)\qquad \sin\eta\, d\eta\, d\vartheta = \frac{mnp\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{[mm\cos^2\varphi + nn\sin^2\varphi\cos^2\psi + pp\sin^2\varphi\sin^2\psi]^{\frac{3}{2}}}.$$

Ad quam etiam pervenitur, adhibendo substitutiones alteram post alteram:

$$\cos\eta = \frac{m}{\sqrt{mm + (nn\cos^2\psi + pp\sin^2\psi)\operatorname{tang}^2\varphi}}, \quad \operatorname{tang}\vartheta = \frac{p\operatorname{tang}\psi}{n},$$

quae cum antecedentibus conveniunt, atque facile suppeditant:

$$(8)\quad \begin{cases} \dfrac{mnp\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{[mm\cos^2\varphi+nn\sin^2\varphi\cos^2\psi+pp\sin^2\varphi\sin^2\psi]^{\frac{3}{2}}} = \dfrac{np\sin\eta\, d\eta\, d\psi}{nn\cos^2\psi+pp\sin^2\psi}, \\ \dfrac{np\sin\eta\, d\eta\, d\psi}{nn\cos^2\psi+pp\sin^2\psi} = \sin\eta\, d\eta\, d\vartheta. \end{cases}$$

Quae iunctae formulam (7) suggerunt.

Exprimamus vicissim $\cos\varphi$, $\sin\varphi\cos\psi$, $\sin\varphi\sin\psi$ per $\cos\eta$, $\sin\eta\cos\vartheta$, $\sin\eta\sin\vartheta$. Sit brevitatis causa

$$R = mm\cos^2\varphi+nn\sin^2\varphi\cos^2\psi+pp\sin^2\varphi\sin^2\psi;$$

e formulis (6)

$$\cos\eta = \frac{m\cos\varphi}{\sqrt{R}},\quad \sin\eta\cos\vartheta = \frac{n\sin\varphi\cos\psi}{\sqrt{R}},\quad \sin\eta\sin\vartheta = \frac{p\sin\varphi\sin\psi}{\sqrt{R}},$$

posito rursus brevitatis causa

$$P = \frac{\cos^2\eta}{mm}+\frac{\sin^2\eta\cos^2\vartheta}{nn}+\frac{\sin^2\eta\sin^2\vartheta}{pp},$$

sequitur:

$$(9)\qquad RP = 1,$$

unde:

$$(10)\quad \cos\varphi = \frac{\cos\eta}{m\sqrt{P}},\quad \sin\varphi\cos\psi = \frac{\sin\eta\cos\vartheta}{n\sqrt{P}},\quad \sin\varphi\sin\psi = \frac{\sin\eta\sin\vartheta}{p\sqrt{P}}.$$

Formulae antecedentes integralibus per substitutionem propositam transformandis commode inserviunt.

3.

Per substitutionem propositam *integrale duplex*

$$\iint\frac{U\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{\sqrt{mm\cos^2\varphi+nn\sin^2\varphi\cos^2\psi+pp\sin^2\varphi\sin^2\psi}},$$

in quo U est functio rationalis par quantitatum $\cos\varphi$, $\sin\varphi\cos\psi$, $\sin\varphi\sin\psi$, *semper transformatur in aliud, in quo elementum forma rationali gaudet.* Facile enim patet, functionem U etiam per $\cos\eta$, $\sin\eta\cos\vartheta$, $\sin\eta\sin\vartheta$ expressam fore rationalem parem; unde integrale, in quod propositum transformatur,

$$\frac{1}{mnp}\iint\frac{U\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{\dfrac{\cos^2\eta}{mm}+\dfrac{\sin^2\eta\cos^2\vartheta}{nn}+\dfrac{\sin^2\eta\sin^2\vartheta}{pp}}$$

dictam formam habet.

Quod attinet ad limites, sequitur e formulis supra exhibitis,

$$\cos\eta = \frac{m}{\sqrt{mm+(nn\cos^2\psi+pp\sin^2\psi)\tang^2\varphi}}, \quad \tang\vartheta = \frac{p\tang\psi}{n},$$

et angulos η, φ, et angulos ϑ, ψ simul crescere inde a 0 usque ad $\frac{\pi}{2}$. Quoties igitur integrale propositum extenditur ad octantem sphaerae, sive a $\varphi = 0$, $\psi = 0$ usque ad $\varphi = \frac{\pi}{2}$, $\psi = \frac{\pi}{2}$, etiam integrale transformatum ad octantem sphaerae extendi debet, sive a $\eta = 0$, $\vartheta = 0$ usque ad $\eta = \frac{\pi}{2}$, $\vartheta = \frac{\pi}{2}$.

Hinc sequitur, *quoties U functio rationalis integra ipsarum* $\cos^2\varphi$, $\sin^2\varphi\cos^2\psi$, $\sin^2\varphi\sin^2\psi$, *integrale duplex*

$$\iint \frac{U\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{[mm\cos^2\varphi+nn\sin^2\varphi\cos^2\psi+pp\sin^2\varphi\sin^2\psi]^{\frac{2n+1}{2}}},$$

extensum a $\varphi = 0$, $\psi = 0$ *usque ad* $\varphi = \frac{\pi}{2}$, $\psi = \frac{\pi}{2}$, *semper aut per integralia elliptica exprimi posse, quae ad speciem primam et secundam pertinent, aut adeo algebraice.* Integrale enim propositum constat e terminis

$$\iint \frac{(\cos\varphi)^{2\alpha}.(\sin\varphi\cos\psi)^{2\beta}.(\sin\varphi\sin\psi)^{2\gamma}.\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{[mm\cos^2\varphi+nn\sin^2\varphi\cos^2\psi+pp\sin^2\varphi\sin^2\psi]^{\frac{2n+1}{2}}},$$

qui per substitutionem nostram in sequentes transformantur:

$$\frac{1}{m^{2\alpha+1}n^{2\beta+1}p^{2\gamma+1}}\iint \frac{(\cos\eta)^{2\alpha}.(\sin\eta\cos\vartheta)^{2\beta}.(\sin\eta\sin\vartheta)^{2\gamma}.\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{\left[\frac{\cos^2\eta}{mm}+\frac{\sin^2\eta\cos^2\vartheta}{nn}+\frac{\sin^2\eta\sin^2\vartheta}{pp}\right]^{\alpha+\beta+\gamma+1-n}}.$$

Quae integralia, inter limites assignatos sumta, quoties $n \geqq \alpha+\beta+\gamma+1$, algebraica fieri, facile patet; eo enim casu functio integranda integra evadit. Quoties vero $\alpha+\beta+\gamma+1 > n$, integratione prima secundum ϑ facta, ad integralia ducimur, quae ad speciem primam et secundam integralium ellipticorum revocari posse, constat.

Ex his etiam facile sequitur, *quoties R praeter quadrata ipsarum* $\cos\varphi'$, $\sin\varphi'\cos\psi'$, $\sin\varphi'\sin\psi'$ *etiam producta binarum contineat, atque U designet functionem earum quamlibet rationalem integram, integrale duplex*

$$\iint \frac{U\sin\varphi'\, d\varphi'\, d\psi'}{R^{\frac{2n+1}{2}}},$$

ad totam sphaeram extensum, sive algebraice sive per integralia elliptica exprimi.

Nam per transformationem coordinatarum integrale transformatur in aliud formae:

$$\iint \frac{U \sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{[mm\cos^2\varphi + nn\sin^2\varphi\cos^2\psi + pp\sin^2\varphi\sin^2\psi]^{\frac{2n+1}{2}}},$$

quod et ipsum ad totam sphaeram extenditur; unde e numeratore U reiici possunt termini omnes, qui non e quadratis ipsarum $\cos\varphi$, $\sin\varphi\cos\psi$, $\sin\varphi\sin\psi$ conflantur, quippe qui, inter limites assignatos integratione facta, terminos evanescentes procreant. Quibus igitur terminis reiectis, integrale formam supra assignatam induit.

4.

Per considerationes antecedentes facile demonstratur theorema a Cl. Cauchy olim propositum (*Sur l'intégration des équations linéaires aux differences partielles et à coefficients constants; Journal de l'école polytechnique, cah. XIX, p. 529*); videlicet, integrale duplex

$$\iint F\left(\frac{a\cos\varphi + b\sin\varphi\cos\psi + c\sin\varphi\sin\psi}{\sqrt{A\cos^2\varphi + B\sin^2\varphi\cos^2\psi + C\sin^2\varphi\sin^2\psi}}\right) \cdot \frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{[A\cos^2\varphi + B\sin^2\varphi\cos^2\psi + C\sin^2\varphi\sin^2\psi]^{\frac{3}{2}}},$$

ad totam sphaeram extensum, fieri

$$\frac{2\pi}{\sqrt{ABC}} \int_0^\pi F\left(\sqrt{\frac{aa}{A} + \frac{bb}{B} + \frac{cc}{C}} \cdot \cos\varphi'\right) \sin\varphi'\, d\varphi';$$

unde, posito

$$\int_{-x}^{+x} F(x)\, dx = x\psi(xx),$$

erit integrale propositum:

$$\frac{2\pi\psi\left(\frac{aa}{A} + \frac{bb}{B} + \frac{cc}{C}\right)}{\sqrt{ABC}}.$$

Quod ut demonstremus, sit

$$A = mm, \qquad B = nn, \qquad C = pp;$$

integrale propositum per substitutionem nostram in hoc transformatur,

$$\frac{1}{mnp} \iint F\left(\frac{a\cos\eta}{m} + \frac{b\sin\eta\cos\vartheta}{n} + \frac{c\sin\eta\sin\vartheta}{p}\right) \sin\eta\, d\eta\, d\vartheta.$$

Quod, uti Ill. Poisson primum observavit, per transformationem coordinatarum facile in hoc abit:

$$\frac{1}{mnp} \iint F\left(\sqrt{\frac{aa}{mm} + \frac{bb}{nn} + \frac{cc}{pp}} \cdot \cos\varphi'\right) \sin\varphi'\, d\varphi'\, d\vartheta',$$

quod integratum inde a $\vartheta' = 0$ usque ad $\vartheta' = 2\pi$ formam induit, qualem Cl. Cauchy proposuit.

Vir egregius ad formulam assignatam pervenit per applicationes satis delicatas theorematis celeberrimi, quod a conditore Fourier nomen traxit. Haec nostra methodus fortasse magis directa videbitur; quae adeo transformationes suppeditat indefinitas.

5.

Ope substitutionis a nobis propositae facile etiam succedit areae ellipsoidae determinatio, quam primus methodis longe aliis dedit ill. Legendre in *applicationibus functionum ellipticarum ad geometriam*, quae in *Exercitiis calculi integralis* sive in *Tractatu de functionibus ellipticis* (vol. I) leguntur. Sit enim

$$mmxx + nnyy + ppzz = 1$$

aequatio ellipsoidae, designantibus $\frac{1}{m}$, $\frac{1}{n}$, $\frac{1}{p}$ semiaxes; ubi ponitur

$$x = \frac{\cos\varphi}{m}, \quad y = \frac{\sin\varphi\cos\psi}{n}, \quad z = \frac{\sin\varphi\sin\psi}{p},$$

quod fieri posse patet et notum est, facile demonstratur, areae elementum fore

$$\frac{1}{mnp}\cdot\sqrt{mm\cos^2\varphi + nn\sin^2\varphi\cos^2\psi + pp\sin^2\varphi\sin^2\psi}\,\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi.$$

Quod ex iis, quae supra diximus, per angulos η, ϑ expressum formam induit rationalem, atque bis integratum sine negotio per integralia elliptica exprimitur. *Sunt autem* $\cos\eta$, $\sin\eta\cos\vartheta$, $\sin\eta\sin\vartheta$, *quarum ope elementum areae ellipsoidae rationaliter exprimitur, ipsi cosinus angulorum, quos linea normalis in puncto superficiei ellipsoidae cum axibus eius format.* Quippe quos cosinus, ex elementis geometricis notum est, fieri:

$$\frac{mmx}{\sqrt{m^4xx + n^4yy + p^4zz}}, \quad \frac{nny}{\sqrt{m^4xx + n^4yy + p^4zz}}, \quad \frac{ppz}{\sqrt{m^4xx + n^4yy + p^4zz}},$$

sive per angulos φ, ψ expressos:

$$\frac{m\cos\varphi}{\sqrt{mm\cos^2\varphi + nn\sin^2\varphi\cos^2\psi + pp\sin^2\varphi\sin^2\psi}} = \cos\eta,$$

$$\frac{n\sin\varphi\cos\psi}{\sqrt{mm\cos^2\varphi + nn\sin^2\varphi\cos^2\psi + pp\sin^2\varphi\sin^2\psi}} = \sin\eta\cos\vartheta,$$

$$\frac{p\sin\varphi\sin\psi}{\sqrt{mm\cos^2\varphi + nn\sin^2\varphi\cos^2\psi + pp\sin^2\varphi\sin^2\psi}} = \sin\eta\sin\vartheta,$$

quod demonstrandum erat.

Antecedentia paucis exemplis illustremus; in quibus, nisi aliud diserte adiicitur, supponimus, integralia ad octantem sphaerae extendi, sive a $\varphi = 0$, $\psi = 0$ ad $\varphi = \frac{\pi}{2}$, $\psi = \frac{\pi}{2}$, ideoque etiam a $\eta = 0$, $\vartheta = 0$ ad $\eta = \frac{\pi}{2}$, $\vartheta = \frac{\pi}{2}$.

6.

Exemplum I.

$$A = \iint \frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{[mm\cos^2\varphi + nn\sin^2\varphi\cos^2\psi + pp\sin^2\varphi\sin^2\psi]^{\frac{3}{2}}}.$$

Adhibita substitutione proposita, e (7) transformatur A in sequentem expressionem simplicissimam:

$$A = \iint \frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{mnp},$$

ideoque integrationibus inter limites assignatos transactis, fit

$$A = \frac{\pi}{2mnp}.$$

Quem valorem Cl. Cauchy l. c. deduxit e formula supra citata (§. 4), functionem praefixo F denotatam ponendo constanti aequalem. Idem iam prius invenit ill. Lagrange (*Mém. de l'Acad. de Berlin a. 1792 p. 261*), massam ellipsoidae quaerens.

7.

Exemplum II.

$$B = \iint \frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{\sqrt{mm\cos^2\varphi + nn\sin^2\varphi\cos^2\psi + pp\sin^2\varphi\sin^2\psi}}.$$

Dedimus §. 2 formulas:

$$\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta = \frac{mnp\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{\sqrt{R^3}}, \quad RP = 1,$$

unde

$$\frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{\sqrt{R}} = \frac{1}{mnp} \frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{P}.$$

Hinc prodit:

$$B = \frac{1}{mnp} \iint \frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{\frac{\cos^2\eta}{mm} + \frac{\sin^2\eta\cos^2\vartheta}{nn} + \frac{\sin^2\eta\sin^2\vartheta}{pp}}.$$

Altera integratione secundum ϑ transacta, statim fit:

$$B = \frac{\pi}{2mnp}\int_0^{\frac{\pi}{2}} \frac{\sin\eta\, d\eta}{\sqrt{\left(\frac{\cos^2\eta}{mm}+\frac{\sin^2\eta}{nn}\right)\left(\frac{\cos^2\eta}{mm}+\frac{\sin^2\eta}{pp}\right)}}.$$

Quod integrale ut in formam usitatam integralium ellipticorum redigatur, distinguamus inter quantitates m, n, p, ac statuamus $m > n > p$. Quod pro arbitrio facere licet. Nam integrale duplex propositum valorem non mutat, quantitates m, n, p, vel quod idem est, quantitates $\cos\varphi$, $\sin\varphi\cos\psi$, $\sin\varphi\sin\psi$ inter se permutando. Quod in valore invento ipsius B facile demonstratur. Posito enim aut $\frac{n}{m}\operatorname{tang}\eta$, aut $\frac{p}{m}\operatorname{tang}\eta$ loco $\operatorname{tang}\eta$, unde limites non mutantur, transformationes easdem obtines, ac si aut n aut p cum m commutentur. Generaliter autem, quoties integrale duplex

$$\iint F(\cos\varphi, \sin\varphi\cos\psi, \sin\varphi\sin\psi)\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi$$

ad octantem sphaerae extenditur, in functione F quantitates illas $\cos\varphi$, $\sin\varphi\cos\psi$, $\sin\varphi\sin\psi$ quolibet modo inter se permutare licet, valore integralis eodem manente.

Ponamus:

$$(11)\qquad \sqrt{\frac{\cos^2\eta}{mm}+\frac{\sin^2\eta}{pp}} = \frac{\cos w}{p},\quad \sqrt{\frac{\cos^2\eta}{mm}+\frac{\sin^2\eta}{nn}} = \frac{\sqrt{1-k^2\sin^2 w}}{n} = \frac{\Delta(w)}{n},$$

quod licet, siquidem constans kk statuitur:

$$(12)\qquad kk = \frac{mm-nn}{mm-pp},\quad \text{unde etiam}\quad k'k' = 1-kk = \frac{nn-pp}{mm-pp}.$$

Habetur simul:

$$(13)\qquad \cos\eta = \frac{m\sin w}{\sqrt{mm-pp}},\quad \sin\eta\, d\eta = \frac{-m\cos w\, dw}{\sqrt{mm-pp}}.$$

Unde

$$(14)\quad \frac{1}{mnp}\cdot\frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{\frac{\cos^2\eta}{mm}+\frac{\sin^2\eta\cos^2\vartheta}{nn}+\frac{\sin^2\eta\sin^2\vartheta}{pp}} = \frac{-np\cos w\, dw\, d\vartheta}{\sqrt{mm-pp}\,[pp\,\Delta^2(w)\cos^2\vartheta+nn\cos^2 w\sin^2\vartheta]}.$$

Quoties $\eta = 0$, fit $\cos w = \frac{p}{m}$, quoties $\eta = \frac{\pi}{2}$, fit $\cos w = 1$, $w = 0$; unde limites respectu anguli w erunt $\arccos\frac{p}{m}$ et 0.

His adnotatis, invenitur

$$B = \frac{\pi}{2\sqrt{mm-pp}}\int_0^w \frac{dw}{\Delta(w)} = \frac{\pi}{2}\int_0^w \frac{dw}{\sqrt{mm\cos^2 w+nn\sin^2 w-pp}},$$

sive e notatione ab ill. Legendre adhibita:

$$B = \frac{\pi F(w,k)}{2\sqrt{mm-pp}},$$

siquidem $\cos w = \frac{p}{m}$, $k = \sqrt{\frac{mm-nn}{mm-pp}}$.

8.

Expressiones ipsius B per integralia simplicia, quas antecedentibus dedimus, quamvis, quod fieri debet, valorem non mutant, ipsis m, n, p inter se permutatis, forma tamen symmetrica respectu harum quantitatum non gaudent. Cuiusmodi formam habet expressio, quam e valore ipsius A supra invento deducere licet per considerationes sequentes.

Ponatur in exemplo I. $mm+x$, $nn+x$, $pp+x$ loco ipsarum mm, nn, pp, unde invenitur:

$$A = \iint \frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{(x+mm\cos^2\varphi+nn\sin^2\varphi\cos^2\psi+pp\sin^2\varphi\sin^2\psi)^{\frac{3}{2}}}.$$

Quod multiplicatum per $\frac{1}{2}dx$, et integratum a $x=0$ usque ad $x=\infty$, suggerit

$$\frac{1}{2}\int_0^\infty A\,dx = \iint \frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{(mm\cos^2\varphi+nn\sin^2\varphi\cos^2\psi+pp\sin^2\varphi\sin^2\psi)^{\frac{1}{2}}} = B.$$

Jam vero, facta mutatione indicata, fit ex exemplo I:

$$A = \frac{\pi}{2}\cdot\frac{1}{\sqrt{(x+mm)(x+nn)(x+pp)}}.$$

Unde habemus:

$$(15)\qquad \begin{cases} B = \iint \dfrac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{\sqrt{mm\cos^2\varphi+nn\sin^2\varphi\cos^2\psi+pp\sin^2\varphi\sin^2\psi}} \\[2ex] \quad = \dfrac{\pi}{4}\displaystyle\int_0^\infty \dfrac{dx}{\sqrt{(x+mm)(x+nn)(x+pp)}}. \end{cases}$$

Hinc simul, ubi in valore ipsius B transformato

$$B = \frac{1}{mnp}\iint \frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{\frac{\cos^2\eta}{mm}+\frac{\sin^2\eta\cos^2\vartheta}{nn}+\frac{\sin^2\eta\sin^2\vartheta}{pp}}$$

ponimus $\frac{1}{m}$, $\frac{1}{n}$, $\frac{1}{p}$ loco m, n, p, atque φ, ψ loco η, ϑ scribimus, prodit:

$$(16)\qquad \iint \frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{mm\cos^2\varphi+nn\sin^2\varphi\cos^2\psi+pp\sin^2\varphi\sin^2\psi} = \frac{\pi}{4}\int_0^\infty \frac{dx}{\sqrt{(1+mmx)(1+nnx)(1+ppx)}},$$

integralibus duplicibus semper a $\varphi = 0$, $\psi = 0$ usque ad $\varphi = \frac{\pi}{2}$, $\psi = \frac{\pi}{2}$ extensis. Utraque satis elegans est formula. Alterum integrale etiam sic exhibere licet:

$$\frac{\pi}{4}\int_0^\infty \frac{dx}{\sqrt{x(x+mm)(x+nn)(x+pp)}}.$$

Ceterum e (15) valorem supra inventum

$$B = \frac{\pi F(w,k)}{2\sqrt{mm-pp}} = \frac{\pi}{2}\int_0^w \frac{dw}{\sqrt{mm\cos^2 w + nn\sin^2 w - pp}}$$

statim deducis, posito

$$\frac{x+pp}{mm-pp} = \operatorname{cotang}^2 w.$$

9.

Exemplum III.

Determinatio areae ellipsoidae.

$$C = \iint \sqrt{mm\cos^2\varphi + nn\sin^2\varphi\cos^2\psi + pp\sin^2\varphi\sin^2\psi}\,.\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi.$$

Ponamus, coordinatas orthogonales x, y, z puncti in superficie positi datas esse per duas variabiles φ, ψ; notum est, generaliter areae superficiei elementum dS per φ, ψ exprimi hunc in modum:

$$dS = \sqrt{\left(\frac{\partial y}{\partial\varphi}\frac{\partial z}{\partial\psi} - \frac{\partial y}{\partial\psi}\frac{\partial z}{\partial\varphi}\right)^2 + \left(\frac{\partial z}{\partial\varphi}\frac{\partial x}{\partial\psi} - \frac{\partial z}{\partial\psi}\frac{\partial x}{\partial\varphi}\right)^2 + \left(\frac{\partial x}{\partial\varphi}\frac{\partial y}{\partial\psi} - \frac{\partial x}{\partial\psi}\frac{\partial y}{\partial\varphi}\right)^2}\cdot d\varphi\, d\psi.$$

Sit

$$x = \frac{\cos\varphi}{m},\quad y = \frac{\sin\varphi\cos\psi}{n},\quad z = \frac{\sin\varphi\sin\psi}{p},$$

unde

$$mmxx + nnyy + ppzz = 1;$$

superficies erit ellipsoida, cuius semiaxes $\frac{1}{m}$, $\frac{1}{n}$, $\frac{1}{p}$; atque elementum areae superficiei fit e formula generali:

$$dS = \sqrt{\frac{\cos^2\varphi}{n^2p^2} + \frac{\sin^2\varphi\cos^2\psi}{p^2m^2} + \frac{\sin^2\varphi\sin^2\psi}{m^2n^2}}\cdot\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi = \frac{\sqrt{R}.\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{mnp}.$$

Quod, ut aream integram ellipsoidae S obtineas, integrari debet a $\varphi = 0$, $\psi = 0$ usque ad $\varphi = \pi$, $\psi = 2\pi$; unde

$$S = \frac{8C}{mnp}.$$

E formulis nostris

$$\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta = mnp\frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{\sqrt{R^3}}, \quad \sqrt{RP} = 1,$$

prodit:

$$dS = \frac{\sqrt{R}.\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{mnp} = \frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{m^2n^2p^2PP};$$

unde e §. 5 videmus, *designantibus* $\cos\eta$, $\sin\eta\cos\vartheta$, $\sin\eta\sin\vartheta$ *cosinus angulorum, quos linea normalis in puncto ellipsoidae cum axibus format, fore elementum areae ellipsoidae:*

$$dS = \frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{m^2n^2p^2\left(\frac{\cos^2\eta}{mm}+\frac{\sin^2\eta\cos^2\vartheta}{nn}+\frac{\sin^2\eta\sin^2\vartheta}{pp}\right)^2} = \frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{m^2n^2p^2PP}.$$

Ipsius C expressionem transformatam eruimus:

$$C = \frac{1}{mnp}\iint\frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{PP}.$$

Ubi loco anguli η angulum w introducimus, fit e §. 7 (11), (13):

$$C = \frac{n^3p^3}{\sqrt{mm-pp}}\iint\frac{\cos w\, dw\, d\vartheta}{[pp\Delta^2 w\cos^2\vartheta+nn\cos^2 w\sin^2\vartheta]^2}.$$

Integratione facta a $\vartheta = 0$ usque ad $\vartheta = \frac{\pi}{2}$, habetur:

$$C = \frac{\pi}{4\sqrt{mm-pp}}\int_0^w\frac{nn\cos^2 w+pp\Delta^2 w}{\cos^2 w\Delta^2 w}\cdot\frac{dw}{\Delta w}$$
$$= \frac{\pi}{4\sqrt{mm-pp}}\left[nn\int_0^w\frac{dw}{\Delta^3 w}+pp\int_0^w\frac{dw}{\cos^2 w\Delta w}\right].$$

Ad reductionem ulteriorem observo, differentiatione facta facile probari formulas:

$$kk\frac{d\left(\frac{\sin w\cos w}{\Delta w}\right)}{dw} = \Delta w-\frac{k'k'}{\Delta^3 w},$$
$$\frac{d\left(\frac{\sin w\Delta w}{\cos w}\right)}{dw} = \frac{k'k'}{\cos^2 w\Delta w}-\frac{k'k'}{\Delta w}+\Delta w,$$
$$\frac{d\left(\frac{\cos w\Delta w}{\sin w}\right)}{dw} = \frac{-1}{\sin^2 w\Delta w}+\frac{1}{\Delta w}-\Delta w.$$

E prima et secunda fit:

$$\int_0^w\frac{dw}{\Delta^3 w} = \frac{E(w)}{k'k'}-\frac{kk}{k'k'}\cdot\frac{\sin w\cos w}{\Delta w},$$
$$\int_0^\infty\frac{dw}{\cos^2 w\Delta w} = F(w)-\frac{E(w)}{k'k'}+\frac{1}{k'k'}\cdot\frac{\sin w\Delta w}{\cos w},$$

ideoque:

$$C = \frac{\pi}{4\sqrt{mm-pp}}\left[\frac{nn-pp}{k'k'}E(w)+pp\,F(w)-\frac{kknn}{k'k'}\cdot\frac{\sin w\cos w}{\Delta w}+\frac{pp}{k'k'}\cdot\frac{\sin w\,\Delta w}{\cos w}\right].$$

In qua formula est e (7)

$$\cos w = \frac{p}{m},\quad \Delta w = \frac{n}{m},\quad kk = \frac{mm-nn}{mm-pp},\quad k'k' = \frac{nn-pp}{mm-pp},$$

unde expressio inventa ipsius C in sequentem contrahitur:

$$C = \frac{\pi m}{4\sin w}[\sin^2 w\,E(w)+\cos^2 w\,F(w)]+\frac{\pi np}{4m}.$$

Hinc area integra ellipsoidae, cuius semiaxes $\frac{1}{m}$, $\frac{1}{n}$, $\frac{1}{p}$, fit:

$$S = 2\pi\left[\frac{\sin^2 w\,E(w)+\cos^2 w\,F(w)}{np\sin w}+\frac{1}{mm}\right].$$

10.

De substitutionibus

$$\begin{aligned}\cos\varphi &= \sin h\,\Delta(h',\lambda'), \\ \sin\varphi\cos\psi &= \cos h\cos h', \\ \sin\varphi\sin\psi &= \sin h'\Delta(h,\lambda),\end{aligned}\qquad\Bigg|\qquad\begin{aligned}\cos\eta &= \sin i\,\Delta(i',k'), \\ \sin\eta\cos\vartheta &= \cos i\cos i', \\ \sin\eta\sin\vartheta &= \sin i'\Delta(i,k).\end{aligned}$$

Determinatio antecedens areae ellipsoidae cum ea convenit, quam olim ill. Legendre per duas methodos diversas invenit, quarum altera per evolutionem in seriem procedit; altera methodus, qua vir illustris usus est, et ipsa transformationi variabilium innititur. Quam eo magis memorabilem esse duco, quod elementum areae, per variabiles novas expressum, in duas partes discerpitur, quae singulae *variabiles separatas habent, ita ut bis integratae, producta binorum integralium simplicium evadant.* Forma autem, qua variabiles separatae inveniuntur, sicuti in aequationibus differentialibus affectatur, ita etiam integralibus multiplicibus lucem maximam affundere videtur. In finem propositum dividit vir ill. aream in elementa infinite parva rectangularia, quae intersectione mutua linearum alterius curvaturae cum lineis alterius formantur. Quae elementa exprimit per duas variabiles tales, ut alterutra constante, variante altera, elementa in eadem linea curvaturae posita obtineantur. Integratione facta pro utraque variabili inter limites constantes, inde area rectanguli eruitur, quatuor lineis curvaturae inclusi. Quae invenitur generaliter per speciem tertiam inte-

gralium ellipticorum exprimi. Calculi momenta praecipua haec sunt. Sit

$$\lambda\lambda = \frac{pp(mm-nn)}{nn(mm-pp)}, \quad \lambda'\lambda' = \frac{mm(nn-pp)}{nn(mm-pp)},$$

atque ponatur:

$$\begin{aligned} mx &= \cos\varphi &&= \sin h\,\Delta(h', \lambda'), \\ ny &= \sin\varphi\cos\psi &&= \cos h\cos h', \\ pz &= \sin\varphi\sin\psi &&= \sin h'\,\Delta(h, \lambda), \end{aligned}$$

designantibus, ut supra, x, y, z coordinatas puncti in superficie ellipsoidae positi, cuius aequatio

$$mmxx + nnyy + ppzz = 1,$$

sive cuius semiaxes $\frac{1}{m}$, $\frac{1}{n}$, $\frac{1}{p}$. Quibus statutis, probatur e theoria nota linearum curvaturae, quoties h' constans, variante h obtineri puncta lineae alterius curvaturae; quoties h constans, variante h' obtineri puncta in linea alterius curvaturae posita.

In substitutione proposita et ipsi $\cos\varphi$, $\sin\varphi\cos\psi$, $\sin\varphi\sin\psi$ exprimuntur per binos factores, qui alter alteram variabilem continent, et idem invenitur accidere de functione R per angulos h, h' expressa. Facta enim substitutione, prodit:

$$\begin{aligned} \sqrt{R} &= \sqrt{mm\cos^2\varphi + nn\sin^2\varphi\cos^2\psi + pp\sin^2\varphi\sin^2\psi} \\ &= \frac{1}{n}\sqrt{mm\sin^2 h + nn\cos^2 h}\cdot\sqrt{pp\sin^2 h' + nn\cos^2 h'}. \end{aligned}$$

Porro obtinetur elementum superficiei sphaericae, per h, h' expressum:

$$\sin\varphi\,d\varphi\,d\psi = \frac{(\lambda\lambda\cos^2 h + \lambda'\lambda'\cos^2 h')\,dh\,dh'}{\Delta(h, \lambda)\Delta(h', \lambda')}.$$

Unde videmus, etiam hoc elementum in duas partes discerpi, quae singulae variabiles separatas habent.

Per aequationes omnino similes iis, quibus $\cos\varphi$, $\sin\varphi\cos\psi$, $\sin\varphi\sin\psi$ ab angulis h, h' pendent, exprimuntur $\cos\eta$, $\sin\eta\cos\vartheta$, $\sin\eta\sin\vartheta$ per angulos novos i, i', siquidem statuitur

$$\operatorname{tang} i = \frac{m}{n}\operatorname{tang} h, \quad \operatorname{tang} i' = \frac{p}{n}\operatorname{tang} h'.$$

Quibus positis, habetur

$$\sqrt{R} = \frac{mnp}{\sqrt{mm\cos^2 i + nn\sin^2 i}\cdot\sqrt{pp\cos^2 i' + nn\sin^2 i'}};$$

$$\frac{n\Delta(h, \lambda)}{\sqrt{mm\sin^2 h + nn\cos^2 h}} = \Delta(i, k), \quad \frac{n\Delta(h', \lambda')}{\sqrt{pp\sin^2 h' + nn\cos^2 h'}} = \Delta(i', k'),$$

unde

$$\cos\eta = \frac{m\cos\varphi}{\sqrt{R}} = \sin i\,\Delta(i', k'),$$

$$\sin\eta\cos\vartheta = \frac{n\sin\varphi\cos\psi}{\sqrt{R}} = \cos i\cos i',$$

$$\sin\eta\sin\vartheta = \frac{p\sin\varphi\sin\psi}{\sqrt{R}} = \sin i'\Delta(i, k),$$

nec non:

$$\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta = \frac{mnp\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{\sqrt{R^3}} = \frac{[kk\cos^2 i + k'k'\cos^2 i']\, di\, di'}{\Delta(i, k)\Delta(i', k')},$$

siquidem moduli k, k' ponuntur, ut supra,

$$k = \sqrt{\frac{mm-nn}{mm-pp}}, \qquad k' = \sqrt{\frac{nn-pp}{mm-pp}}.$$

Posito insuper, ut supra, $\cos w = \frac{p}{m}$, ipsi $\sqrt{R}$ etiam hanc formam creare licet:

$$\sqrt{R} = \frac{n}{\sqrt{1-kk\sin^2 w\sin^2 i}\cdot\sqrt{1+k'k'\operatorname{tang}^2 w\sin^2 i'}}.$$

Unde elementum areae ellipsoidae dS per angulos novos i, i' expressum, hanc formam induit:

$$dS = \frac{\sqrt{R}.\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{mnp} = \frac{n^2}{m^2p^2}\cdot\frac{kk\cos^2 i + k'k'\cos^2 i'}{[1-kk\sin^2 w\sin^2 i]^2[1+k'k'\operatorname{tang}^2 w\sin^2 i']^2}\cdot\frac{di\, di'}{\Delta(i, k)\Delta(i', k')}.$$

Ita videmus, elementum areae ellipsoidae, per angulos i, i' expressum, in duas partes discerpi, in quibus singulis variabiles separatae sunt. Posito igitur

$$\int\frac{kk\cos^2 i\, di}{[1-kk\sin^2 w\sin^2 i]^2\Delta(i, k)} = L, \qquad \int\frac{di'}{[1+k'k'\operatorname{tang}^2 w\sin^2 i']^2\Delta(i', k')} = M',$$

$$\int\frac{di}{[1-kk\sin^2 w\sin^2 i]^2\Delta(i, k)} = M, \qquad \int\frac{k'k'\cos^2 i'\, di'}{[1+k'k'\operatorname{tang}^2 w\sin^2 i']^2\Delta(i', k')} = L',$$

invenitur:

$$S = \frac{n^2}{m^2p^2}[LM' + L'M].$$

Quoties pro utraque variabili inter limites constantes integramus, $i = i_1$, $i = i_2$ et $i' = i'_1$, $i' = i'_2$, erit S area rectanguli in superficie ellipsoidae delineati, quatuor lineis curvaturae inclusi, quarum binae ad eandem curvaturam pertinent. Binae, quae ad alteram curvaturam pertinent, obtinentur, quoties in valoribus coordinatarum x, y, z supra traditis h ut constans consideratur, eique valores $\operatorname{tang} h = \frac{n}{m}\operatorname{tang} i_1$, $\operatorname{tang} h = \frac{n}{m}\operatorname{tang} i_2$ tribuuntur; binae, quae ad alteram perti-

nent, obtinentur, ubi h' ut constans consideratur, eique valores tribuuntur $\operatorname{tang} h' = \frac{n}{p} \operatorname{tang} i'_1$, $\operatorname{tang} h' = \frac{n}{p} \operatorname{tang} i'_2$. Cuiusmodi rectangulum ex expressionibus antecedentibus apparet, generaliter per integralia elliptica exprimi, quae ad speciem tertiam pertinent. Quoties octantem areae integrae quaeris, integralia extendi debent inter limites $h = 0$, $h = \frac{\pi}{2}$; $h' = 0$, $h' = \frac{\pi}{2}$, ideoque etiam inter limites $i = 0$ et $i = \frac{\pi}{2}$, $i' = 0$ et $i' = \frac{\pi}{2}$. Quo casu integralia elliptica in speciem primam et secundam redeunt, unde, variis reductionibus adhibitis, ad expressionem supra inventam delabimur. Quae apud ipsum Legendre videas.

11.

Casu quo integratio ad octantem areae integrae extenditur, reductio expressionis inventae

$$S = \frac{n^2}{m^2 p^2} [LM' + L'M]$$

in formam simplicem, supra aliis methodis erutam, non sine inventis praeclaris transigi potest, quae ill. Legendre de tertia specie integralium ellipticorum condidit. Vice versa, proprietates integralium ellipticorum satis reconditae per transformationem illam integralium duplicium non sine elegantia demonstrari possunt.

Ita e. g. de formula inventa

$$\iint \sin\eta \, d\eta \, d\vartheta = \iint \frac{kk\cos^2 i + k'k'\cos^2 i'}{\Delta(k, i)\Delta(k', i')} \, di \, di'$$
$$= \iint \frac{\Delta^2(k, i) + \Delta^2(k', i') - 1}{\Delta(k, i)\Delta(k', i')} \, di \, di',$$

casu quo pro angulis η, ϑ, i, i' inter limites 0 et $\frac{\pi}{2}$ integratur, statim obtines theorema egregium ab ill. Legendre inventum, quod relationem sistit inter integralia elliptica integra speciei primae et secundae, quae ad modulum k ejusque complementum k' pertinent,

$$F^1(k)E^1(k') + F^1(k')E^1(k) - F^1(k)F^1(k') = \frac{\pi}{2}.$$

Cuius etiam demonstrationem luculentam, e formula generaliori deductam, dedit Cl. Abel (Vol. II. pag. 26).

Vidimus supra, tres quantitates, $\cos\eta$, $\sin\eta\cos\vartheta$, $\sin\eta\sin\vartheta$ ipsos esse cosinus angulorum, quos linea normalis in puncto ellipsoidae ducta, cum axibus format. Unde patet, $\sin\eta \, d\eta \, d\vartheta$ esse elementum *curvaturae integrae* areae, quam

Cl. Gauss in *Disq. gener. de superf. curvis* appellavit. Hinc ope formulae inventae

$$\iint \sin\eta\, d\eta\, d\vartheta = \iint \frac{[\Delta^2(k,i)+\Delta^2(k',i')-1]\,di\,di'}{\Delta(k,i)\Delta(k',i')}$$

facile invenis *curvaturam integram rectanguli in superficie ellipsoidae quatuor lineis curvaturae inclusi*,

$$\begin{aligned}&[F(i_2,k)-F(i_1,k)][E(i'_2,k')-E(i'_1,k')]\\ +&[F(i'_2,k')-F(i'_1,k')][E(i_2,k)-E(i_1,k)]\\ -&[F(i_2,k)-F(i_1,k)][F(i'_2,k')-F(i'_1,k')].\end{aligned}$$

Erit autem curvatura integra rectanguli pars superficiei sphaericae, abscissa duobus conis, quorum aequatio

$$\frac{yy}{\cos^2 i} + \frac{kkzz}{\Delta^2(i,k)} = \frac{xx}{\sin^2 i},$$

posito $i = i_1$ et $i = i_2$, et duobus conis, quorum aequatio

$$\frac{yy}{\cos^2 i'} + \frac{k'k'xx}{\Delta^2(i',k')} = \frac{zz}{\sin^2 i'},$$

posito $i' = i'_1$, $i' = i'_2$, siquidem conorum apices in centro sphaerae statuuntur. Quod e valoribus, quos $\cos\eta$, $\sin\eta\cos\vartheta$, $\sin\eta\sin\vartheta$ pro limitibus induunt, facile demonstratur. Quoties $i_1 = 0$, $i'_1 = 0$, duae e lineis curvaturae fiunt ipsae sectiones principales ellipsoidae; quo casu, siquidem $i_2 = i$, $i'_2 = i'$, fit curvatura integra

$$F(i,k)E(i',k')+F(i',k')E(i,k)-F(i,k)F(i',k').$$

Observo adhuc, elementum lineae curvaturae, designante h' sive i' constantem, esse

$$\begin{aligned}&\frac{1}{mn}\sqrt{\lambda\lambda\cos^2 h+\lambda'\lambda'\cos^2 h'}\cdot\sqrt{mm\sin^2 h+nn\cos^2 h}\cdot\frac{dh}{\Delta(h,\lambda)}\\ =&\frac{n\sqrt{kk\cos^2 i+k'k'\cos^2 i'}}{mm[1-kk\sin^2 w\sin^2 i]^{\frac{3}{2}}[1+k'k'\tang^2 w\sin^2 i']^{\frac{1}{2}}}\cdot\frac{di}{\Delta(i,k)};\end{aligned}$$

designante h sive i constantem,

$$\begin{aligned}&\frac{1}{np}\sqrt{\lambda\lambda\cos^2 h+\lambda'\lambda'\cos^2 h'}\cdot\sqrt{pp\sin^2 h'+nn\cos^2 h'}\cdot\frac{dh'}{\Delta(h',\lambda')}\\ =&\frac{n\sqrt{kk\cos^2 i+k'k'\cos^2 i'}}{pp[1-kk\sin^2 w\sin^2 i]^{\frac{1}{2}}[1+k'k'\tang^2 w\sin^2 i']^{\frac{3}{2}}}\cdot\frac{di'}{\Delta(i',k')}.\end{aligned}$$

Utriusque lineae elementis in se ductis, prodit, quod fieri debet, elementum areae. Rectificationem lineae curvaturae, patet, a transcendentibus Abelianis pendere.

12.

Exemplum IV.

$$D = \iint \frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{[m'm'\cos^2\varphi + n'n'\sin^2\varphi\cos^2\psi + p'p'\sin^2\varphi\sin^2\psi]\sqrt{R}}.$$

Per substitutionem nostram integrale propositum ope ipsorum η, ϑ hunc in modum exprimitur:

$$D = \frac{1}{mnp}\iint \frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{\frac{m'm'}{mm}\cos^2\eta + \frac{n'n'}{nn}\sin^2\eta\cos^2\vartheta + \frac{p'p'}{pp}\sin^2\eta\sin^2\vartheta}.$$

Unde e formulis exemplo secundo propositis, siquidem ibidem ponimus $\frac{m}{m'}$, $\frac{n}{n'}$, $\frac{p}{p'}$ loco m, n, p, obtinemus:

$$D = \frac{\pi}{2}\cdot\frac{F(k, w)}{mn'p'\sin w},$$

modulo k et amplitudine w definitis per aequationes:

$$kk = \frac{p'p'(mmn'n' - m'm'nn)}{n'n'(mmp'p' - m'm'pp)}, \quad \cos w = \frac{pm'}{mp'}, \quad \Delta(w, k) = \frac{nm'}{mn'}.$$

Sive etiam e (16) obtinetur formula:

$$D = \iint \frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{[m'm'\cos^2\varphi + n'n'\sin^2\varphi\cos^2\psi + p'p'\sin^2\varphi\sin^2\psi]\sqrt{mm\cos^2\varphi + nn\sin^2\varphi\cos^2\psi + pp\sin^2\varphi\sin^2\psi}}$$
$$= \frac{\pi}{4}\int_0^\infty \frac{dx}{\sqrt{(mm + m'm'x)(nn + n'n'x)(pp + p'p'x)}}.$$

13.

Exemplum V.

$$E = \frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{U'\sqrt{U}},$$

$$U = a\cos^2\varphi + b\sin^2\varphi\cos^2\psi + c\sin^2\varphi\sin^2\psi$$
$$+ 2d\sin^2\varphi\cos\psi\sin\psi + 2e\cos\varphi\sin\varphi\sin\psi + 2f\cos\varphi\sin\varphi\cos\psi,$$
$$U' = a'\cos^2\varphi + b'\sin^2\varphi\cos^2\psi + c'\sin^2\varphi\sin^2\psi$$
$$+ 2d'\sin^2\varphi\cos\psi\sin\psi + 2e'\cos\varphi\sin\varphi\sin\psi + 2f'\cos\varphi\sin\varphi\cos\psi.$$

Limites $\varphi = 0$, $\varphi = \pi$; $\psi = 0$, $\psi = 2\pi$.

Integrale hoc exemplo propositum multo complicatius est quam id, de quo exemplo antecedente egimus, cum in expressionibus ipsarum U, U' praeter quadrata quantitatum $\cos\varphi$, $\sin\varphi\cos\psi$, $\sin\varphi\sin\psi$ adhuc binae in se ductae inveniantur. Nihilominus valorem ejus eruimus, si substitutioni, qua usi sumus,

transformationem coordinatarum orthogonalium bis adhibitam jungimus. Supponimus autem, functiones U, U' pro valoribus certe realibus angulorum φ, ψ valores semper positivos servare; quoties enim U valores etiam negativos induere potest, integrale propositum imaginarium fit, quoties U' etiam negativos induit valores, integralis valor in infinitum abit.

Ac si consideramus $r\cos\varphi$, $r\sin\varphi\cos\psi$, $r\sin\varphi\sin\psi$ tamquam coordinatas orthogonales puncti, cuius distantia ab initio coordinatarum $= r$, per transformationem primam coordinatarum, facile intelligitur, E hanc formam induere posse:

$$E = \iint \frac{\sin\varphi' d\varphi' d\psi'}{U'\sqrt{GG\cos^2\varphi' + G'G'\sin^2\varphi'\cos^2\psi' + G''G''\sin^2\varphi'\sin^2\psi'}},$$

designantibus $r\cos\varphi'$, $r\sin\varphi'\cos\psi'$, $r\sin\varphi'\sin\psi'$ coordinatas transformatas, relatas ad axes principales ellipsoidae, cuius aequatio

$$r^2 U = 1,$$

et cuius semiaxes principales $\frac{1}{G}, \frac{1}{G'}, \frac{1}{G''}$. Ac rursus erunt limites integralis transformati $\varphi' = 0$ et $\psi' = \pi$, $\psi' = 0$ et $\psi' = 2\pi$. Functio autem U', per φ', ψ' expressa, formam induit:

$$U' = a''\cos^2\varphi' + b''\sin^2\varphi'\cos^2\psi' + c''\sin^2\varphi'\sin^2\psi'$$
$$+ 2d''\sin^2\varphi'\cos\psi'\sin\psi' + 2e''\cos\varphi'\sin\varphi'\sin\psi' + 2f''\cos\varphi'\sin\varphi'\cos\psi'.$$

Integrali ita transformato applicemus substitutionem nostram

$$\cos\eta' = \frac{G\cos\varphi'}{\sqrt{R'}}, \quad \sin\eta'\cos\vartheta' = \frac{G'\sin\varphi'\cos\psi'}{\sqrt{R'}}, \quad \sin\eta'\sin\vartheta' = \frac{G''\sin\varphi'\sin\psi'}{\sqrt{R'}},$$

posito

$$R' = GG\cos^2\varphi' + G'G'\sin^2\varphi'\cos^2\psi' + G''G''\sin^2\varphi'\sin^2\psi',$$

quo facto integrale propositum induit formam sequentem:

$$E = \frac{1}{GG'G''}\iint \frac{\sin\eta' d\eta' d\vartheta'}{U''},$$

siquidem ponitur

$$U'' = \frac{a''\cos^2\eta'}{GG} + \frac{b''\sin^2\eta'\cos^2\vartheta'}{G'G'} + \frac{c''\sin^2\eta'\sin^2\vartheta'}{G''G''}$$
$$+ 2\left[\frac{d''\sin^2\eta'\cos\vartheta'\sin\vartheta'}{G'G''} + \frac{e''\cos\eta'\sin\eta'\sin\vartheta'}{G''G} + \frac{f''\cos\eta'\sin\eta'\cos\vartheta'}{GG'}\right].$$

Ac rursus limites erunt $\eta' = 0$ et $\eta' = \pi$, $\vartheta' = 0$ et $\vartheta' = 2\pi$.

Jam secunda vice consideremus $r\cos\eta'$, $r\sin\eta'\cos\vartheta'$, $r\sin\eta'\sin\vartheta'$ tamquam coordinatas orthogonales puncti, cuius distantia ab initio coordinatarum $= r$; sint $r\cos\eta$, $r\sin\eta\cos\vartheta$, $r\sin\eta\sin\vartheta$ coordinatae transformatae, relatae ad axes

23 *

principales ellipsoidae, cuius aequatio

$$rr\,U'' = 1,$$

et cuius semiaxes principales sint m, n, p. Quibus statutis integrale propositum per η, ϑ expressum hanc formam induere patet simplicissimam:

$$E = \iint \frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{G\,G'G''\left[\frac{\cos^2\eta}{mm} + \frac{\sin^2\eta\cos^2\vartheta}{nn} + \frac{\sin^2\eta\sin^2\vartheta}{pp}\right]},$$

limitibus integralis rursus existentibus $\eta = 0$ et $\eta = \pi$, $\vartheta = 0$ et $\vartheta = 2\pi$. Quod in exemplo II facile ad integrale ellipticum revocatum est.

14.

Reductio integralis propositi antecedentibus indicata requirit binas transformationes coordinatarum orthogonalium, quae singulae a resolutione aequationis cubicae pendent. Nam primum ut radices aequationis cubicae inveniuntur GG, $G'G'$, $G''G''$, a quibus pendent coëfficientes substitutionis primae adhibitae, ideoque etiam quantitates a'', b'', etc. Per quas et ipsas G, G', G'' deinde exhibentur coëfficientes aequationis cubicae secundae, cuius radices sunt $\frac{1}{mm}$, $\frac{1}{nn}$, $\frac{1}{pp}$. At factis calculis observatur, e coëfficientibus illis aequationis cubicae secundae quantitates G, G', G'', omnino abire, unde resolutioni aequationis cubicae primae supersederi potest; ita ut problema, quod a duabus aequationibus cubicis pendere videatur, revera ab unica tantum pendeat. Calculum paucis indicabo, forte et aliis occasionibus utilem.

Sit substitutio prima adhibita:

$$\begin{aligned}
\cos\varphi &= \alpha\cos\varphi' + \alpha'\sin\varphi'\cos\psi' + \alpha''\sin\varphi'\sin\psi',\\
\sin\varphi\cos\psi &= \beta\cos\varphi' + \beta'\sin\varphi'\cos\psi' + \beta''\sin\varphi'\sin\psi',\\
\sin\varphi\sin\psi &= \gamma\cos\varphi' + \gamma'\sin\varphi'\cos\psi' + \gamma''\sin\varphi'\sin\psi',
\end{aligned}$$

unde etiam vice versa:

$$\begin{aligned}
\cos\varphi' &= \alpha\ \cos\varphi + \beta\ \sin\varphi\cos\psi + \gamma\ \sin\varphi\sin\psi,\\
\sin\varphi'\cos\psi' &= \alpha'\ \cos\varphi + \beta'\ \sin\varphi\cos\psi + \gamma'\ \sin\varphi\sin\psi,\\
\sin\varphi'\sin\psi' &= \alpha''\cos\varphi + \beta''\sin\varphi\cos\psi + \gamma''\sin\varphi\sin\psi.
\end{aligned}$$

Quibus aequationibus in functione U' substitutis, obtinemus

$$\begin{aligned}
a'' &= a'\alpha\ \alpha\ + b'\beta\ \beta\ + c'\gamma\ \gamma\ + 2d'\beta\ \gamma\ + 2e'\gamma\ \alpha\ + 2f'\alpha\ \beta,\\
b'' &= a'\alpha'\alpha' + b'\beta'\beta' + c'\gamma'\gamma' + 2d'\beta'\gamma' + 2e'\gamma'\alpha' + 2f'\alpha'\beta',\\
c'' &= a'\alpha''\alpha'' + b'\beta''\beta'' + c'\gamma''\gamma'' + 2d'\beta''\gamma'' + 2e'\gamma''\alpha'' + 2f'\alpha''\beta'',
\end{aligned}$$

$$d'' = a'\alpha'\,\alpha''+b'\beta'\,\beta''+c'\gamma'\,\gamma''+d'(\beta'\,\gamma''+\beta''\gamma')+e'(\gamma'\,\alpha''+\gamma''\alpha')+f'(\alpha'\,\beta''+\alpha''\beta'),$$
$$e'' = a'\alpha''\alpha\,+b'\beta''\beta\,+c'\gamma''\gamma\,+d'(\beta''\gamma\,+\beta\,\gamma'')+e'(\gamma''\alpha\,+\gamma\,\alpha'')+f'(\alpha''\beta\,+\alpha\,\beta''),$$
$$f'' = a'\alpha\,\alpha'\,+b'\beta\,\beta'\,+c'\gamma\,\gamma'\,+d'(\beta\,\gamma'\,+\beta'\,\gamma\,)+e'(\gamma\,\alpha'\,+\gamma'\,\alpha\,)+f'(\alpha\,\beta'\,+\alpha'\,\beta\,).$$

Inter coëfficientes substitutionis propositae habentur relationes notissimae, quae in transformatione systematis coordinatarum orthogonalium in aliud eiusmodi systema valent. Deinde ut systema novum coordinatarum idem sit atque axium principalium ellipsoidae, cuius aequatio $r^2U = 1$, siquidem $\frac{1}{G}$, $\frac{1}{G'}$, $\frac{1}{G''}$ sunt ipsae semiaxes principales, haberi debet aequatio:

$$U = GG\cos^2\varphi'+G'G'\sin^2\varphi'\cos^2\psi'+G''G''\sin^2\varphi'\sin^2\psi',$$

unde prodeunt relationes:

$$GG\alpha\alpha+G'G'\alpha'\alpha'+G''G''\alpha''\alpha'' = a,$$
$$GG\beta\beta+G'G'\beta'\beta'+G''G''\beta''\beta'' = b,$$
$$GG\gamma\gamma+G'G'\gamma'\gamma'+G''G''\gamma''\gamma'' = c,$$
$$GG\beta\gamma+G'G'\beta'\gamma'+G''G''\beta''\gamma'' = d,$$
$$GG\gamma\alpha+G'G'\gamma'\alpha'+G''G''\gamma''\alpha'' = e,$$
$$GG\alpha\beta+G'G'\alpha'\beta'+G''G''\alpha''\beta'' = f,$$

quibus jungamus sequentes, quae ex antecedentibus fluunt:

$$G'^2G''^2\alpha\alpha+G''^2G^2\alpha'\alpha'+G^2G'^2\alpha''\alpha'' = bc-dd,$$
$$G'^2G''^2\beta\beta+G''^2G^2\beta'\beta'+G^2G'^2\beta''\beta'' = ca-ee,$$
$$G'^2G''^2\gamma\gamma+G''^2G^2\gamma'\gamma'+G^2G'^2\gamma''\gamma'' = ab-ff,$$
$$G'^2G''^2\beta\gamma+G''^2G^2\beta'\gamma'+G^2G'^2\beta''\gamma'' = ef-ad,$$
$$G'^2G''^2\gamma\alpha+G''^2G^2\gamma'\alpha'+G^2G'^2\gamma''\alpha'' = fd-be,$$
$$G'^2G''^2\alpha\beta+G''^2G^2\alpha'\beta'+G^2G'^2\alpha''\beta'' = de-cf,$$
$$G^2G'^2G''^2 = abc-add-bee-cff+2def.$$

Aequatio ellipsoidae secundae, cuius axes principales ievestigandae proponuntur, haec erat:

$$\frac{a''}{GG}xx+\frac{b''}{G'G'}yy+\frac{c''}{G''G''}zz+\frac{2d''}{G'G''}yz+\frac{2e''}{G''G}zx+\frac{2f''}{GG'}xy = 1,$$

siquidem

$$r\cos\eta' = x,\quad r\sin\eta'\cos\vartheta' = y,\quad r\sin\eta'\sin\vartheta' = z.$$

Unde, si m, n, p denotant semiaxes principales, e theoria nota axium principalium superficierum secundi ordinis, erunt $\frac{1}{mm}$, $\frac{1}{nn}$, $\frac{1}{pp}$ radices aequationis cubicae

$$x^3-x^2\left(\frac{a''}{GG}+\frac{b''}{G'G'}+\frac{c''}{G''G''}\right)+x\left(\frac{b''c''-d''d''}{G'^2G''^2}+\frac{c''a''-e''e''}{G''^2G^2}+\frac{a''b''-f''f''}{G^2G'^2}\right)$$
$$-\frac{a''b''c''-a''d''d''-b''e''e''-c''f''f''+2d''e''f''}{G^2G'^2G''^2} = 0.$$

Ipsarum autem a'', b'' etc. substitutis valoribus, per relationes supra appositas et eas quae inter ipsas α, β, γ etc. habentur, coëfficientes substitutionis per solas quantitates a, b, c etc. a', b', c' etc. exprimere licet. Quo facto, aequatio cubica multiplicata per $G^2 G'^2 G''^2$ haec evadit:

$$\begin{array}{l} x^3\{abc-add-bee-cff+2def\} \\ -x^2\begin{Bmatrix} a'(bc-dd)+b'(ca-ee)+c'(ab-ff) \\ +2d'(ef-ad)+2e'(fd-be)+2f'(de-cf) \end{Bmatrix} \\ +x\begin{Bmatrix} a(b'c'-d'd')+b(c'a'-e'e')+c(a'b'-f'f') \\ +2d(e'f'-a'd')+2e(f'd'-b'e')+2f(d'e'-c'f') \end{Bmatrix} \\ -a'b'c'+a'd'd'+b'e'e'+c'f'f'-2d'e'f'=0. \end{array}$$

Cuius aequationis radices ubi sunt $\frac{1}{mm}$, $\frac{1}{nn}$, $\frac{1}{pp}$, vidimus §. 13, inveniri:

$$E=\frac{1}{\sqrt{abc-add-bee-cff+2def}}\iint\frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{\frac{\cos^2\eta}{mm}+\frac{\sin^2\eta\cos^2\vartheta}{nn}+\frac{\sin^2\eta\sin^2\vartheta}{pp}},$$

integrationibus factis a $\eta=0$, $\vartheta=0$ usque ad $\eta=\pi$, $\vartheta=2\pi$.

Adnoto, commutatis inter se quantitatibus a, b, c etc. et a', b', c' etc., aequationem cubicam in aliam abire, cuius radices valores reciprocos nanciscuntur.

15.

De substitutione

$$\cos\eta=\frac{g\ \cos\varphi+h\ \sin\varphi\cos\psi+i\ \sin\varphi\sin\psi}{\sqrt{U}},$$
$$\sin\eta\cos\vartheta=\frac{g'\cos\varphi+h'\sin\varphi\cos\psi+i'\sin\varphi\sin\psi}{\sqrt{U}},$$
$$\sin\eta\sin\vartheta=\frac{g''\cos\varphi+h''\sin\varphi\cos\psi+i''\sin\varphi\sin\psi}{\sqrt{U}}.$$

Methodus, qua antecedentibus usi sumus, procedebat per tres transformationes integralis propositi; afferam sequentibus methodum novam et magis directam, qua per substitutionem unicam pervenimus ad formam simplicem, in quam integrale E redegimus. Et dum methodo antecedente ellipsoidae *binae*, quae ad axes orthogonales relatae erant, ad axes principales referri debebant, hac methodo investigandae sunt axes principales *unius ellipsoidae, cuius datur aequatio ad coordinatas obliquas relata.*

Propositum sit problema algebraicum, *per substitutiones lineares*

$$u=g\ x+h\ y+i\ z,$$
$$v=g'x+h'y+i'z,$$
$$w=g''x+h''y+i''z$$

expressiones binas sequentes

$$A = a\,xx + b\,yy + c\,zz + 2d\,yz + 2e\,zx + 2f\,xy,$$
$$A' = a'xx + b'yy + c'zz + 2d'yz + 2e'zx + 2f'xy$$

revocare ad formam simplicem, e qua producta binarum variabilium abierunt,

$$A = uu + vv + ww,$$
$$A' = \frac{uu}{mm} + \frac{vv}{nn} + \frac{ww}{pp}.$$

Investigandae sunt coëfficientes substitutionis adhibitae, et quantitates m, n, p.

Problema antecedens nullis difficultatibus obnoxium est, et facile revocatur ad problema notum geometricum. Ponamus enim

$$\sqrt{a}.x = x', \qquad \sqrt{b}.y = y', \qquad \sqrt{c}.z = z',$$
$$\frac{d}{\sqrt{bc}} = \cos\lambda, \quad \frac{e}{\sqrt{ca}} = \cos\mu, \quad \frac{f}{\sqrt{ab}} = \cos\nu,$$

unde fit

$$A = x'x' + y'y' + z'z' + 2\cos\lambda y'z' + 2\cos\mu z'x' + 2\cos\nu x'y',$$
$$A' = \frac{a'}{a}x'x' + \frac{b'}{b}y'y' + \frac{c'}{c}z'z' + \frac{2d'}{\sqrt{bc}}\,y'z' + \frac{2e'}{\sqrt{ca}}\,z'x' + \frac{2f'}{\sqrt{ab}}\,x'y'.$$

Porro substitutiones adhibendae erunt:

$$u = \frac{g}{\sqrt{a}}x' + \frac{h}{\sqrt{b}}y' + \frac{i}{\sqrt{c}}z',$$
$$v = \frac{g'}{\sqrt{a}}x' + \frac{h'}{\sqrt{b}}y' + \frac{i'}{\sqrt{c}}z',$$
$$w = \frac{g''}{\sqrt{a}}x' + \frac{h''}{\sqrt{b}}y' + \frac{i''}{\sqrt{c}}z'.$$

Sint x', y', z' coordinatae obliquae puncti, quae angulos inter se efficiunt λ, μ, ν; ubi u, v, w sunt coordinatae puncti orthogonales, eodem initio gaudentes, quadratum distantiae puncti ab initio communi coordinatarum exprimi potest sive per formulam A, sive per $uu+vv+ww$, unde locum habere debet aequatio prima:

$$A = uu + vv + ww.$$

Sint porro u, v, w relatae ad axes principales ellipsoidae, cuius aequatio, ad coordinatas obliquas x', y', z' relata, est

$$A' = 1;$$

haberi debet aequatio altera

$$A' = \frac{uu}{mm} + \frac{vv}{nn} + \frac{ww}{pp},$$

siquidem m, n, p sunt semiaxes ellipsoidae principales. Unde *problema propositum convenit cum problemate geometrico investigandi axes principales ellipsoidae, cuius aequatio $A' = 1$, designantibus x', y', z' coordinatas obliquas, quae angulos inter se efficiunt λ, μ, ν.* Cuius problematis analysis et alibi invenitur, et a me exhibita est in Diario Crellii Vol. II. pag. 227. (Conf. h. vol. p. 47.)

Loco citato*) demonstravi, siquidem aequatio ellipsoidae sit

$$Ax'x'+By'y'+Cz'z'+2ay'z'+2bz'x'+2cx'y' = 1,$$

esse $\frac{1}{mm}$, $\frac{1}{nn}$, $\frac{1}{pp}$ radices aequationis cubicae:

$$(x-A)(x-B)(x-C)-(x-A)(x\cos\lambda-a)^2-(x-B)(x\cos\mu-b)^2$$
$$-(x-C)(x\cos\nu-c)^2+2(x\cos\lambda-a)(x\cos\mu-b)(x\cos\nu-c) = 0.$$

Hoc loco igitur in locum ipsarum

$$A,\quad B,\quad C,\quad a,\quad b,\quad c$$

scribendum erit

$$\frac{a'}{a},\quad \frac{b'}{b},\quad \frac{c'}{c},\quad \frac{d'}{\sqrt{bc}},\quad \frac{e'}{\sqrt{ca}},\quad \frac{f'}{\sqrt{ab}}.$$

Unde si insuper restituimus valores:

$$\cos\lambda = \frac{d}{\sqrt{bc}},\quad \cos\mu = \frac{e}{\sqrt{ca}},\quad \cos\nu = \frac{f}{\sqrt{ab}},$$

aequatio cubica, multiplicata per abc, fit:

$$(ax-a')(bx-b')(cx-c')-(ax-a')(dx-d')^2-(bx-b')(ex-e')^2$$
$$-(cx-c')(fx-f')^2+2(dx-d')(ex-e')(fx-f') = 0.$$

Quae prorsus convenit cum ea, ad quam §. antecedente devenimus. Iisdem mutationibus factis, e formulis loco citato traditis valores coëfficientium $\frac{g}{\sqrt{a}}$, $\frac{h}{\sqrt{b}}$, $\frac{i}{\sqrt{c}}$ etc., ideoque etiam ipsarum g, h, i etc. nancisceris.

16.

Observo generaliter, propositis aequationibus linearibus

$$u = g\ x+h\ y+i\ z,$$
$$v = g'\ x+h'\ y+i'\ z,$$
$$w = g''x+h''y+i''z,$$

siquidem considerentur x, y, z ideoque etiam u, v, w tamquam functiones

---

*) L. c. loco x', y', z' positum est x, y, z; porro L, M, N loco $\frac{1}{mm}$, $\frac{1}{nn}$, $\frac{1}{pp}$.

duarum variabilium φ, ψ, posito brevitatis causa

$$L = \frac{\partial y}{\partial \varphi}\frac{\partial z}{\partial \psi} - \frac{\partial y}{\partial \psi}\frac{\partial z}{\partial \varphi},$$
$$M = \frac{\partial z}{\partial \varphi}\frac{\partial x}{\partial \psi} - \frac{\partial z}{\partial \psi}\frac{\partial x}{\partial \varphi},$$
$$N = \frac{\partial x}{\partial \varphi}\frac{\partial y}{\partial \psi} - \frac{\partial x}{\partial \psi}\frac{\partial y}{\partial \varphi},$$

fieri:

$$\frac{\partial v}{\partial \varphi}\frac{\partial w}{\partial \psi} - \frac{\partial v}{\partial \psi}\frac{\partial w}{\partial \varphi} = (h'i''-h''i')L+(i'g''-i''g')M+(g'h''-g''h')N,$$
$$\frac{\partial w}{\partial \varphi}\frac{\partial u}{\partial \psi} - \frac{\partial w}{\partial \psi}\frac{\partial u}{\partial \varphi} = (h''i-hi'')L+(i''g-ig'')M+(g''h-gh'')N,$$
$$\frac{\partial u}{\partial \varphi}\frac{\partial v}{\partial \psi} - \frac{\partial u}{\partial \psi}\frac{\partial v}{\partial \varphi} = (hi'-h'i)L+(ig'-i'g)M+(gh'-g'h)N.$$

Quibus aequationibus multiplicatis respective per u, v, w, et summatione facta, reiectis, qui destruuntur, terminis, prodit:

$$(17)\quad \begin{cases} u\left[\frac{\partial v}{\partial \varphi}\frac{\partial w}{\partial \psi} - \frac{\partial v}{\partial \psi}\frac{\partial w}{\partial \varphi}\right] + v\left[\frac{\partial w}{\partial \varphi}\frac{\partial u}{\partial \psi} - \frac{\partial w}{\partial \psi}\frac{\partial u}{\partial \varphi}\right] + w\left[\frac{\partial u}{\partial \varphi}\frac{\partial v}{\partial \psi} - \frac{\partial u}{\partial \psi}\frac{\partial v}{\partial \varphi}\right] \\ = P\left\{x\left[\frac{\partial y}{\partial \varphi}\frac{\partial z}{\partial \psi} - \frac{\partial y}{\partial \psi}\frac{\partial z}{\partial \varphi}\right] + y\left[\frac{\partial z}{\partial \varphi}\frac{\partial x}{\partial \psi} - \frac{\partial z}{\partial \psi}\frac{\partial x}{\partial \varphi}\right] + z\left[\frac{\partial x}{\partial \varphi}\frac{\partial y}{\partial \psi} - \frac{\partial x}{\partial \psi}\frac{\partial y}{\partial \varphi}\right]\right\}, \end{cases}$$

posito brevitatis causa:

$$P = g(h'i''-h''i')+g'(h''i-hi'')+g''(hi'-h'i).$$

His praemissis, sit iam

$$x = \cos\varphi, \quad y = \sin\varphi\cos\psi, \quad z = \sin\varphi\sin\psi,$$

sit porro

$$\cos\eta = \frac{u}{\sqrt{uu+vv+ww}}, \quad \sin\eta\cos\vartheta = \frac{v}{\sqrt{uu+vv+ww}}, \quad \sin\eta\sin\vartheta = \frac{w}{\sqrt{uu+vv+ww}}.$$

Ubi coëfficientibus g, h, i etc. valores eosdem atque §. antecedente tribuimus, erit:

$$A = U = uu+vv+ww,$$
$$A' = U' = \frac{uu}{mm}+\frac{vv}{nn}+\frac{ww}{pp},$$

ideoque:

$$\frac{U'}{U} = \frac{\cos^2\eta}{mm}+\frac{\sin^2\eta\cos^2\vartheta}{nn}+\frac{\sin^2\eta\sin^2\vartheta}{pp}.$$

Aequationes autem lineares inter u, v, w et x, y, z propositae fiunt:

$$\cos\eta = \frac{g\cos\varphi+h\sin\varphi\cos\psi+i\sin\varphi\sin\psi}{\sqrt{U}},$$
$$\sin\eta\cos\vartheta = \frac{g'\cos\varphi+h'\sin\varphi\cos\psi+i'\sin\varphi\sin\psi}{\sqrt{U}},$$
$$\sin\eta\sin\vartheta = \frac{g''\cos\varphi+h''\sin\varphi\cos\psi+i''\sin\varphi\sin\psi}{\sqrt{U}}.$$

Habetur porro e §. 1:

$$x\left[\frac{\partial y}{\partial\varphi}\frac{\partial z}{\partial\psi}-\frac{\partial y}{\partial\psi}\frac{\partial z}{\partial\varphi}\right]+y\left[\frac{\partial z}{\partial\varphi}\frac{\partial x}{\partial\psi}-\frac{\partial z}{\partial\psi}\frac{\partial x}{\partial\varphi}\right]+z\left[\frac{\partial x}{\partial\varphi}\frac{\partial y}{\partial\psi}-\frac{\partial x}{\partial\psi}\frac{\partial y}{\partial\varphi}\right]=\sin\varphi,$$

$$\frac{u\left[\frac{\partial v}{\partial\varphi}\frac{\partial w}{\partial\psi}-\frac{\partial v}{\partial\psi}\frac{\partial w}{\partial\varphi}\right]+v\left[\frac{\partial w}{\partial\varphi}\frac{\partial u}{\partial\psi}-\frac{\partial w}{\partial\psi}\frac{\partial u}{\partial\varphi}\right]+w\left[\frac{\partial u}{\partial\varphi}\frac{\partial v}{\partial\psi}-\frac{\partial u}{\partial\psi}\frac{\partial v}{\partial\varphi}\right]}{[uu+vv+ww]^{\frac{3}{2}}}d\varphi d\psi=\sin\eta d\eta d\vartheta,$$

ideoque e formula (17):

$$\frac{\sin\varphi d\varphi d\psi}{U^{\frac{3}{2}}}=\frac{1}{P}\cdot\sin\eta d\eta d\vartheta,$$

unde etiam:

$$\frac{\sin\varphi d\varphi d\psi}{U'\sqrt{U}}=\frac{1}{P}\cdot\frac{\sin\eta d\eta d\vartheta}{\frac{\cos^2\eta}{mm}+\frac{\sin^2\eta\cos^2\vartheta}{nn}+\frac{\sin^2\eta\sin^2\vartheta}{pp}}.$$

Singulis valoribus realibus ipsarum $\cos\varphi$, $\sin\varphi\cos\psi$, $\sin\varphi\sin\psi$ conveniunt valores reales iique unici quantitatum $\cos\eta$, $\sin\eta\cos\vartheta$, $\sin\eta\sin\vartheta$; ac facile patet, singulis valoribus realibus ipsarum $\cos\eta$, $\sin\eta\cos\vartheta$, $\sin\eta\sin\vartheta$ respondere vice versa valores reales eosque unicos quantitatum $\cos\varphi$, $\sin\varphi\cos\psi$, $\sin\varphi\sin\psi$. Unde hisce tributis valoribus omnibus realibus, etiam illis valores omnes reales conveniunt, neque iidem plus semel; sive integrationibus factis a $\varphi=0$, $\psi=0$ usque ad $\varphi=\pi$, $\psi=2\pi$, etiam a $\eta=0$, $\vartheta=0$ usque ad $\eta=\pi$, $\vartheta=2\pi$ integrari debet, vel quod idem est, integrali proposito ad totam sphaeram extenso etiam integrale transformatum ad totam sphaeram extendi debet.

Restat, ut constantem P per quantitates datas exhibeamus; quod facile fit considerationibus geometricis sequentibus. Designantibus enim, ut supra x', y', z' coordinatas obliquas, u, v, w coordinatas orthogonales, ubi fit:

$$u=\frac{g}{\sqrt{a}}x'+\frac{h}{\sqrt{b}}y'+\frac{i}{\sqrt{c}}z',$$

$$v=\frac{g'}{\sqrt{a}}x'+\frac{h'}{\sqrt{b}}y'+\frac{i'}{\sqrt{c}}z',$$

$$w=\frac{g''}{\sqrt{a}}x'+\frac{h''}{\sqrt{b}}y'+\frac{i''}{\sqrt{c}}z',$$

erunt

$\frac{g}{\sqrt{a}}$, $\frac{g'}{\sqrt{a}}$, $\frac{g''}{\sqrt{a}}$ cosinus angulorum inter x' et axes orthogonales,

$\frac{h}{\sqrt{b}}$, $\frac{h'}{\sqrt{b}}$, $\frac{h''}{\sqrt{b}}$ - - - y' - - - ,

$\frac{i}{\sqrt{c}}$, $\frac{i'}{\sqrt{c}}$, $\frac{i''}{\sqrt{c}}$ - - - z' - - - ,

unde ex elementis geometriae analyticae constat, esse $\frac{P}{\sqrt{abc}}$ solidum parallelepipedum, contentum inter axes ipsarum x', y', z', cuius latera $= 1$. Idem probatur esse

$$\sqrt{1-\cos^2\lambda-\cos^2\mu-\cos^2\nu+2\cos\lambda\cos\mu\cos\nu}.$$

Utraque expressione aequali posita, et substitutis valoribus

$$\cos\lambda = \frac{d}{\sqrt{bc}},\quad \cos\mu = \frac{e}{\sqrt{ca}},\quad \cos\nu = \frac{f}{\sqrt{ab}},$$

prodit:

$$P = \sqrt{abc-add-bee-cff+2def}.$$

Hinc tandem provenit, substituto valore ipsius P et integratione duplici facta,

$$E = \iint \frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{U'\sqrt{U}}$$

$$= \frac{1}{\sqrt{abc-add-bee-cff+2def}} \iint \frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{\frac{\cos^2\eta}{mm}+\frac{\sin^2\eta\cos^2\vartheta}{nn}+\frac{\sin^2\eta\sin^2\vartheta}{pp}},$$

integralibus ad totam sphaeram extensis, ac designantibus $\frac{1}{mm}$, $\frac{1}{nn}$, $\frac{1}{pp}$ radices aequationis

$$(ax-a')(bx-b')(cx-c')-(ax-a')(dx-d')^2-(bx-b')(ex-e')^2$$
$$-(cx-c')(fx-f')^2+2(dx-d')(ex-e')(fx-f') = 0.$$

Quae cum supra inventis prorsus conveniunt. Quam transformationem erui videmus per substitutionem unicam:

$$\cos\eta = \frac{g\ \cos\varphi+h\ \sin\varphi\cos\psi+i\ \sin\varphi\sin\psi}{\sqrt{U}},$$

$$\sin\eta\cos\vartheta = \frac{g'\ \cos\varphi+h'\ \sin\varphi\cos\psi+i'\ \sin\varphi\sin\psi}{\sqrt{U}},$$

$$\sin\eta\sin\vartheta = \frac{g''\cos\varphi+h''\sin\varphi\cos\psi+i''\sin\varphi\sin\psi}{\sqrt{U}},$$

coëfficientibus g, h, i etc. rite determinatis.

17.

Dedimus in exemplo II §. 8, 15 formulam

$$B = \frac{1}{mnp}\iint \frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{\frac{\cos^2\eta}{mm}+\frac{\sin^2\eta\cos^2\vartheta}{nn}+\frac{\sin^2\eta\sin^2\vartheta}{pp}} = \frac{\pi}{4}\int_0^\infty \frac{dx}{\sqrt{(x+mm)(x+nn)(x+pp)}},$$

integrali duplici extenso a $\eta = 0$, $\vartheta = 0$ usque ad $\eta = \frac{\pi}{2}$, $\vartheta = \frac{\pi}{2}$. Unde, integrali duplici ad totam sphaeram extenso, fit

$$\iint \frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{\frac{\cos^2\eta}{mm}+\frac{\sin^2\eta\cos^2\vartheta}{nn}+\frac{\sin^2\eta\sin^2\vartheta}{pp}} = 2\pi\int_0^\infty \frac{dx}{\sqrt{\left(1+\frac{x}{mm}\right)\left(1+\frac{x}{nn}\right)\left(1+\frac{x}{pp}\right)}}.$$

Hinc patet, *quantitatem, quae in integrali simplici sub radicali invenitur, rationaliter exhiberi posse, etiamsi* $\frac{1}{mm}$, $\frac{1}{nn}$, $\frac{1}{pp}$ *tantum ut radices aequationis cubicae datae sint.* Quod si ad casum antecedentibus propositum applicatur, dantur $\frac{1}{mm}$, $\frac{1}{nn}$, $\frac{1}{pp}$ ut radices aequationis

$$(ax-a')(bx-b')(cx-c')-(ax-a')(dx-d')^2-(bx-b')(ex-e')^2$$
$$-(cx-c')(fx-f')^2+2(dx-d')(ex-e')(fx-f') = 0.$$

Unde expressio ad laevum identica erit cum hac

$$PP\left(x-\frac{1}{mm}\right)\left(x-\frac{1}{nn}\right)\left(x-\frac{1}{pp}\right).$$

Posito $-\frac{1}{x}$ loco x et multiplicatione facta per $-x^3$, inde aequationem identicam nanciscimur sequentem:

$$PP\left(1+\frac{x}{mm}\right)\left(1+\frac{x}{nn}\right)\left(1+\frac{x}{pp}\right)$$
$$= (a+a'x)(b+b'x)(c+c'x)-(a+a'x)(d+d'x)^2-(b+b'x)(e+e'x)^2$$
$$-(c+c'x)(f+f'x)^2+2(d+d'x)(e+e'x)(f+f'x).$$

Unde habetur iam theorema satis memorabile, quo integrale duplex propositum E *absque ulla aequationis algebraicae resolutione* per integrale simplex exprimitur.

Theorema.

Ponatur

$$U = a\cos^2\varphi+b\sin^2\varphi\cos^2\psi+c\sin^2\varphi\sin^2\psi$$
$$+2d\sin^2\varphi\cos\psi\sin\psi+2e\cos\varphi\sin\varphi\sin\psi+2f\cos\varphi\sin\varphi\cos\psi,$$
$$U' = a'\cos^2\varphi+b'\sin^2\varphi\cos^2\psi+c'\sin^2\varphi\sin^2\psi$$
$$+2d'\sin^2\varphi\cos\psi\sin\psi+2e'\cos\varphi\sin\varphi\sin\psi+2f'\cos\varphi\sin\varphi\cos\psi,$$
$$X = (a+a'x)(b+b'x)(c+c'x)-(a+a'x)(d+d'x)^2-(b+b'x)(e+e'x)^2$$
$$-(c+c'x)(f+f'x)^2+2(d+d'x)(e+e'x)(f+f'x),$$

erit

$$\iint \frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{U'\sqrt{U}} = 2\pi\int_0^\infty \frac{dx}{\sqrt{X}},$$

integrali duplici a $\varphi = 0$, $\psi = 0$ extenso usque ad $\varphi = \pi$, $\psi = 2\pi$.

De theoremate antecedente valde generali casibus specialibus haec fluunt:

$$(1.)\quad \begin{cases} \iint \frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{\sqrt{U}} \\ = 2\pi\int_0^\infty \frac{dx}{\sqrt{(a+x)(b+x)(c+x)-dd(a+x)-ee(b+x)-ff(c+x)+2def}}, \end{cases}$$

$$(2.)\quad \begin{cases} \iint \frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{U} \\ = 2\pi\int_0^\infty \frac{dx}{\sqrt{x[(a+x)(b+x)(c+x)-dd(a+x)-ee(b+x)-ff(c+x)+2def]}}, \end{cases}$$

$$(3.)\quad \iint \frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{\sqrt{U^3}} = \frac{4\pi}{\sqrt{abc-add-bee-cff+2def}}.$$

Quod ad (2.) attinet, observo generaliter, commutatis inter se a, b, c etc. et a', b', c' etc., simulque $\frac{1}{x}$ loco x posito, binas formulas

$$\iint \frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{U'\sqrt{U}} = 2\pi\int_0^\infty \frac{dx}{\sqrt{X}},$$

$$\iint \frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{U\sqrt{U'}} = 2\pi\int_0^\infty \frac{dx}{\sqrt{xX}}$$

alteram ex altera sequi.

Regiom. 1. Nov. 1832.

DE
BINIS QUIBUSLIBET

FUNCTIONIBUS HOMOGENEIS SECUNDI ORDINIS

PER

SUBSTITUTIONES LINEARES IN ALIAS BINAS TRANSFORMANDIS,

QUAE

SOLIS QUADRATIS VARIABILIUM CONSTANT;

UNA CUM VARIIS THEOREMATIS DE TRANSFORMATIONE ET DETERMINATIONE INTEGRALIUM MULTIPLICIUM.

AUCTORE

DR. C. G. J. JACOBI,
PROF. MATH. REGIOM.

Crelle Journal für die reine und angewandte Mathematik, Bd. 12. p. 1—69.



DE BINIS QUIBUSLIBET FUNCTIONIBUS HOMOGENEIS SECUNDI ORDINIS PER SUBSTITUTIONES LINEARES IN ALIAS BINAS TRANSFORMANDIS, QUAE SOLIS QUADRATIS VARIABILIUM CONSTANT; UNA CUM VARIIS THEOREMATIS DE TRANSFORMATIONE ET DETERMINATIONE INTEGRALIUM MULTIPLICIUM.

Introductio.

1.

Propositis inter variabiles

$$x_1, \quad x_2, \quad \ldots, \quad x_n \quad \text{et} \quad y_1, \quad y_2, \quad \ldots, \quad y_n$$

n aequationibus linearibus huiusmodi

$$y_m = \alpha_1^{(m)} x_1 + \alpha_2^{(m)} x_1 + \cdots + \alpha_n^{(m)} x_n,$$

facile patet, coëfficientes $\alpha_x^{(m)}$, quorum est numerus nn, ita determinari posse, ut data functio quaelibet homogenea secundi ordinis variabilium $x_1, x_2, \ldots, x_n$ transformetur in aliam variabilium $y_1, y_2, \ldots, y_n$, quae solis earum quadratis constet, simulque summa quadratorum variabilium non mutet valorem, sive fiat

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \cdots + x_n x_n = y_1 y_1 + y_2 y_2 + \cdots + y_n y_n.$$

Nam haec altera conditio sibi poscit aequationes conditionales numero $\frac{n(n+1)}{2}$, porro cum de functione transformata supponatur abiisse producta e binis variabilibus conflata, accedunt aequationes $\frac{n(n-1)}{2}$; ita ut habeas aequationes conditionales numero nn, qui est numerus coëfficientium substitutionis adhibitae. Unde problema determinatum est.

Pro tribus variabilibus est problema tritum illud de superficie secundi ordinis revocanda ad axes superficiei principales. Problematis generalis solutionem nuper dedit Cl. Cauchy (Exerc. de Mathém. t. IV. pag. 161. sqq.). Quaestiones de eadem re, a praestantissimo Sturm illustri Academiae Parisiensi commissas, nondum lucem vidisse dolemus.

Sit functio, in quam proposita transformatur,

$$G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 + \cdots + G_n y_n y_n;$$

inveniuntur quantitates $G_1, G_2, \ldots, G_n$ ut radices diversae aequationis algebraicae n^{ti} gradus, quas Cl. Cauchy demonstravit omnes fore reales. Quibus determinatis, coëfficientium, quarum ope y_m per variabiles $x_1, x_2, \ldots, x_n$ exhibetur,

$$\alpha_1^{(m)}, \quad \alpha_2^{(m)}, \quad \ldots, \quad \alpha_n^{(m)}$$

quadrata et binorum producta per unicam G_m rationaliter exprimuntur; atque invenitur, coëfficientes ipsius $x_\varkappa$ in valoribus ipsarum $y_1, y_2, \ldots, y_n$,

$$\alpha_\varkappa', \quad \alpha_\varkappa'', \quad \ldots, \quad \alpha_\varkappa^{(m)},$$

quantitatum $G_1, G_2, \ldots, G_n$ respective easdem functiones esse.

Coëfficientium quadrata et producta illa modo singulari sequentibus exhibebo; quo saepius calculis complicatis concinnitas conciliatur. Considero enim quantitates $G_1, G_2, \ldots, G_n$, quae per aequationem illam n^{ti} gradus a constantibus functionis propositae pendent, tamquam functiones harum constantium, atque demonstro, quadrata et producta illa aequalia fore ipsis earum differentialibus partialibus, secundum constantes illas sumtis. Sit enim functionis propositae terminus quilibet in $x_\varkappa x_\lambda$ ductus $p x_\varkappa x_\lambda$, invenio

$$\alpha_\varkappa^{(m)} \alpha_\lambda^{(m)} = \frac{\partial G_m}{\partial p}.$$

Unde vides, unica formata aequatione n^{ti} gradus, problema confici. Quippe cuius radices dant expressionem transformatam; earumque differentialia partialia sumta secundum constantes functionis transformandae, quae aequationem illam afficiunt, dant coëfficientes substitutionis adhibendae.

Formulae concinniores evadunt pro formis specialibus, quas functio transformanda induit; quarum unam et alteram accuratius examino. Ubi etiam pro tribus variabilibus aequationem cubicam ita exhibitam invenis, ut ipso conspectu pateat, radices eius omnes esse reales.

2.

Demonstravi olim in commentatione „*de transformatione integralis duplicis indefiniti etc.*“ (Diar. Crell. vol. VIII. p. 253 sqq. — Conf. h. vol. p. 93 sqq.), ad investigationem axium principalium superficiei secundi ordinis — qui est casus problematis antecedentis pro tribus variabilibus — usu idoneo quantitatum imaginariarum facto, revocari posse transformationem quandam integralis sim-

plicis, cuius in analysi frequens usus est,

$$\int\frac{d\varphi}{[l+m\cos^2\varphi+n\sin^2\varphi+2l'\cos\varphi\sin\varphi+2m'\sin\varphi+2n'\cos\varphi]^{\frac{1}{2}}}=\int\frac{d\eta}{\sqrt{G-G_1\cos^2\eta-G_2\sin^2\eta}}.$$

Quae peragitur transformatio ope substitutionis huiusmodi

$$\cos\varphi=\frac{\beta-\beta'\cos\eta-\beta''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta},$$
$$\sin\varphi=\frac{\gamma-\gamma'\cos\eta-\gamma''\sin\eta}{\alpha-\alpha'\cos\eta-\alpha''\sin\eta}.$$

Propter quem utriusque problematis consensum fit, ut etiam hic locum habeat determinatio coëfficientium substitutionis adhibitae per differentialia partialia ipsarum G, G_1, G_2 sumta secundam constantes l, m etc. Quae quantitates in hoc problemate inveniuntur ut radices aequationis cubicae

$$(x-l)(x+m)(x+n)-l'l'(x-l)+m'm'(x+m)+n'n'(x+n)-2l'm'n'=0.$$

Ita e. gr. dedi l. c. §. 19 formulas*)

$$\alpha\alpha=\frac{(G+m)(G+n)-l'l'}{(G-G_1)(G-G_2)},$$
$$-\alpha\beta=\frac{n'(G+n)-l'm'}{(G-G_1)(G-G_2)},$$

quas expressiones, si aequationem cubicam allegatam in auxilium vocas, vel ipso intuitu patet, fore

$$\alpha\alpha=\frac{\partial G}{\partial l},\quad \alpha\beta=\tfrac{1}{2}\frac{\partial G}{\partial n'}.$$

Eodemque modo pro reliquis obtines:

$$\alpha\alpha=\frac{\partial G}{\partial l},\quad \alpha'\alpha'=-\frac{\partial G_1}{\partial l},\quad \alpha''\alpha''=-\frac{\partial G_2}{\partial l},$$
$$\beta\beta=\frac{\partial G}{\partial m},\quad \beta'\beta'=-\frac{\partial G_1}{\partial m},\quad \beta''\beta''=-\frac{\partial G_2}{\partial m},$$
$$\gamma\gamma=\frac{\partial G}{\partial n},\quad \gamma'\gamma'=-\frac{\partial G_1}{\partial n},\quad \gamma''\gamma''=-\frac{\partial G_2}{\partial n},$$

porro:

$$\beta\gamma=\tfrac{1}{2}\frac{\partial G}{\partial l'},\quad \beta'\gamma'=-\tfrac{1}{2}\frac{\partial G_1}{\partial l'},\quad \beta''\gamma''=-\tfrac{1}{2}\frac{\partial G_2}{\partial l'},$$
$$\gamma\alpha=\tfrac{1}{2}\frac{\partial G}{\partial m'},\quad \gamma'\alpha'=-\tfrac{1}{2}\frac{\partial G_1}{\partial m'},\quad \gamma''\alpha''=-\tfrac{1}{2}\frac{\partial G_2}{\partial m'},$$
$$\alpha\beta=\tfrac{1}{2}\frac{\partial G}{\partial n'},\quad \alpha'\beta'=-\tfrac{1}{2}\frac{\partial G_1}{\partial n'},\quad \alpha''\beta''=-\tfrac{1}{2}\frac{\partial G_2}{\partial n'}.$$

*) Loco citato pro G, G_1, G_2 scriptum invenis GG, $G'G'$, $G''G''$.

Transformationem plane similem, docui in alia commentatione anteriore (Diar. Crell. vol. II, p. 234. — Conf. h. vol. p. 57), adhiberi posse ad duplicis integralis transformationem. Sit enim

$$xx+yy+zz = uu+vv+ww = 1,$$

unde x, y, z nec non u, v, w considerari possunt ut coordinatae puncti sphaerae, cuius radius $= 1$: demonstravi, coëfficientes sedecim α, β, γ etc. ita determinari posse, ut locum habeat substitutio

$$u = \frac{\alpha+\alpha'x+\alpha''y+\alpha'''z}{\delta+\delta'x+\delta''y+\delta'''z},$$
$$v = \frac{\beta+\beta'x+\beta''y+\beta'''z}{\delta+\delta'x+\delta''y+\delta'''z},$$
$$w = \frac{\gamma+\gamma'x+\gamma''y+\gamma'''z}{\delta+\delta'x+\delta''y+\delta'''z},$$

simulque functio data

$$a+a'xx+a''yy+a'''zz+2b'x+2b''y+2b'''z+2c'yz+2c''zx+2c'''xy$$

abeat in hanc expressionem

$$[G-G_1uu-G_2vv-G_3ww][\delta+\delta'x+\delta''y+\delta'''z]^2,$$

ipsis G, G_1, G_2, G_3 rite determinatis. Sint dS, dS' elementa sphaericae superficiei, quae coordinatis x, y, z et u, v, w respondent, probavi, e substitutione adhibita sequi

$$dS' = \frac{dS}{(\delta+\delta'x+\delta''y+\delta'''z)^2}.$$

Unde habetur

$$\iint \frac{dS}{a+a'xx+a''yy+a'''zz+2b'x+2b''y+2b'''z+2c'yz+2c''zx+2c'''xy}$$
$$= \iint \frac{dS'}{G-G_1uu-G_2vv-G_3ww}.$$

Quae est transformatio integralis duplicis, de qua diximus.

Et hoc problema, adnotavi in commentatione supra citata, ope quantitatum imaginariarum idonee adhibitarum convenire cum problemate algebraico initio proposito, casu *quatuor* variabilium. Unde et hic locum habet determinatio coëfficientium substitutionis adhibitae per differentialia partialia ipsarum G, G_1, G_2, G_3, sumta secundum quantitates a, a', a'' etc., quippe a quibus constantibus illas pendere, l. c. demonstravi, ut radices aequationis biquadraticae:

$$\begin{aligned} 0 = &(a-x)(a'+x)(a''+x)(a'''+x) \\ &-c'c'(a-x)(a'+x)-c''c''(a-x)(a''+x)-c'''c'''(a-x)(a'''+x) \\ &-b'b'(a''+x)(a'''+x)-b''b''(a'''+x)(a'+x)-b'''b'''(a'+x)(a''+x) \\ &+2c'c''c'''(a-x)+2c'b''b'''(a'+x)+2c''b'''b'(a''+x)+2c'''b'b''(a'''+x) \\ &+b'b'c'c'+b''b''c''c''+b'''b'''c'''c'''-2b'b''c'c''-2b''b'''c''c'''-2b'''b'c'''c'. \end{aligned}$$

Ac reapse, hac aequatione in auxilium vocata, e formulis a nobis traditis (l. c. §. 9) ipso intuitu deducis sequentes:

$$\begin{array}{llll}
\delta\delta = \frac{\partial G}{\partial a}, & \alpha\alpha = -\frac{\partial G_1}{\partial a}, & \beta\beta = -\frac{\partial G_2}{\partial a}, & \gamma\gamma = -\frac{\partial G_3}{\partial a}, \\
\delta'\delta' = \frac{\partial G}{\partial a'}, & \alpha'\alpha' = -\frac{\partial G_1}{\partial a'}, & \beta'\beta' = -\frac{\partial G_2}{\partial a'}, & \gamma'\gamma' = -\frac{\partial G_3}{\partial a'}, \\
\delta''\delta'' = \frac{\partial G}{\partial a''}, & \alpha''\alpha'' = -\frac{\partial G_1}{\partial a''}, & \beta''\beta'' = -\frac{\partial G_2}{\partial a''}, & \gamma''\gamma'' = -\frac{\partial G_3}{\partial a''}, \\
\delta'''\delta''' = \frac{\partial G}{\partial a'''}, & \alpha'''\alpha''' = -\frac{\partial G_1}{\partial a'''}, & \beta'''\beta''' = -\frac{\partial G_2}{\partial a'''}, & \gamma'''\gamma''' = -\frac{\partial G_3}{\partial a'''};
\end{array}$$

porro

$$\begin{array}{llll}
\delta\delta' = -\frac{1}{2}\frac{\partial G}{\partial b'}, & \alpha\alpha' = \frac{1}{2}\frac{\partial G_1}{\partial b'}, & \beta\beta' = \frac{1}{2}\frac{\partial G_2}{\partial b'}, & \gamma\gamma' = \frac{1}{2}\frac{\partial G_3}{\partial b'}, \\
\delta\delta'' = -\frac{1}{2}\frac{\partial G}{\partial b''}, & \alpha\alpha'' = \frac{1}{2}\frac{\partial G_1}{\partial b''}, & \beta\beta'' = \frac{1}{2}\frac{\partial G_2}{\partial b''}, & \gamma\gamma'' = \frac{1}{2}\frac{\partial G_3}{\partial b''}, \\
\delta\delta''' = -\frac{1}{2}\frac{\partial G}{\partial b'''}, & \alpha\alpha''' = \frac{1}{2}\frac{\partial G_1}{\partial b'''}, & \beta\beta''' = \frac{1}{2}\frac{\partial G_2}{\partial b'''}, & \gamma\gamma''' = \frac{1}{2}\frac{\partial G_3}{\partial b'''}, \\
\delta''\delta''' = \frac{1}{2}\frac{\partial G}{\partial c'}, & \alpha''\alpha''' = -\frac{1}{2}\frac{\partial G_1}{\partial c'}, & \beta''\beta''' = -\frac{1}{2}\frac{\partial G_2}{\partial c'}, & \gamma''\gamma''' = -\frac{1}{2}\frac{\partial G_3}{\partial c'}, \\
\delta'''\delta' = \frac{1}{2}\frac{\partial G}{\partial c''}, & \alpha'''\alpha' = -\frac{1}{2}\frac{\partial G_1}{\partial c''}, & \beta'''\beta' = -\frac{1}{2}\frac{\partial G_2}{\partial c''}, & \gamma'''\gamma' = -\frac{1}{2}\frac{\partial G_3}{\partial c''}, \\
\delta'\delta'' = \frac{1}{2}\frac{\partial G}{\partial c'''}, & \alpha'\alpha'' = -\frac{1}{2}\frac{\partial G_1}{\partial c'''}, & \beta'\beta'' = -\frac{1}{2}\frac{\partial G_2}{\partial c'''}, & \gamma'\gamma'' = -\frac{1}{2}\frac{\partial G_3}{\partial c'''} \text{*)}.
\end{array}$$

Quas formulas, sicuti antecedentes, propter usum earum frequentiorem hic in conspectum exposui. Transformationem similem adhiberi posse integralibus multiplicibus cuiuslibet ordinis, adnotavi (§. 27 commentationis in initio hujus §. citatae). In qua generaliter constantes, quae integrale n-tuplum transformatum afficiunt, inveniuntur ut radices aequationis algebraicae $(n+2)^{\text{ti}}$ ordinis; quarum differentialia partialia sumta secundum constantes, quae integrale propositum afficiunt, suppeditant substitutionis adhibendae coëfficientes. Quae transformatio generalis de problemate algebraico generali eadem ratione derivatur, quam l. c. pro casibus $n = 3$, $n = 4$ indicavi.

3.

Problema, de quo dictum est, algebraicum ita generalius concipi potest, ut in locum summae quadratorum variabilium proponatur altera quaelibet functio

---

*) Ut formulae l. c. traditae cum his conveniant, scribendum est $-G_1, -G_2, -G_3$ loco G', G'', G'''; quantitas arbitraria k poni debet $= 1$; porro

$$x = \cos\psi, \quad y = \sin\psi\cos\varphi, \quad z = \sin\psi\sin\varphi,$$
$$u = \cos P, \quad v = \sin P\cos\vartheta, \quad w = \sin P\sin\vartheta.$$

homogenea secundi ordinis transformanda; sive proponatur, binas simul functiones homogeneas secundi ordinis cuiuslibet numeri variabilium per substitutiones lineares transformare in alias, quae variabilium solis quadratis constant.

Sint functiones transformatae:

$$G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 + \cdots + G_n y_n y_n,$$
$$H_1 y_1 y_1 + H_2 y_2 y_2 + \cdots + H_n y_n y_n;$$

exprimantur porro variabiles propositae $x_1, x_2, \ldots, x_n$ per variabiles $y_1, y_2, \ldots, y_n$ ope aequationum huiusmodi:

$$x_m = \beta'_m y_1 + \beta''_m y_2 + \cdots + \beta_m^{(n)} y_n.$$

Facile patet, problemate proposito tantum determinari rationes, in quibus sunt quantitates $G_\varkappa$, $H_\varkappa$ et coefficientium $\beta_1^{(\varkappa)}, \beta_2^{(\varkappa)}, \ldots, \beta_n^{(\varkappa)}$ quadrata vel binorum producta. Nam si loco $y_\varkappa$, quod licet, scribis $p_\varkappa y_\varkappa$, designante $p_\varkappa$ factorem constantem arbitrarium, quantitates illae simul per eundem factorem $p_\varkappa p_\varkappa$ dividi debent. Quotientes

$$\frac{G_1}{H_1}, \quad \frac{G_2}{H_2}, \quad \ldots, \quad \frac{G_n}{H_n}$$

et hic invenis ut radices diversas aequationis algebraicae n^{ti} gradus. Deinde coëfficientium $\beta_1^{(\varkappa)}, \beta_2^{(\varkappa)}, \ldots, \beta_n^{(\varkappa)}$ quadrata et binorum producta, divisa per $G_\varkappa$ aut $H_\varkappa$, per unicam $\frac{G_\varkappa}{H_\varkappa}$ rationaliter exprimuntur; porro quantitates

$$\frac{\beta'_m}{\sqrt{G_1}}, \quad \frac{\beta''_m}{\sqrt{G_2}}, \quad \ldots, \quad \frac{\beta_m^{(n)}}{\sqrt{G_n}}$$

inveniuntur respective ut eaedem functiones quantitatum

$$\frac{G_1}{H_1}, \quad \frac{G_2}{H_2}, \quad \ldots, \quad \frac{G_n}{H_n}.$$

Quantitates $\frac{G_\varkappa}{H_\varkappa}$ si rursus spectas ut functiones constantium, quibus datae functiones transformandae affectae sunt, et hic elegantissime per differentialia earum partialia, secundum constantes illas sumta, exprimi possunt coëfficientium quadrata illa et producta, divisa per quantitates $G_\varkappa$ aut $H_\varkappa$; eaque singula binis modis, sive constantem, secundum quam differentiatur, ex altera functione proposita, sive ex altera sumas. Sint enim termini earum in $x_\varkappa x_{\varkappa'}$ ducti $p x_\varkappa x_{\varkappa'}$, $q x_\varkappa x_{\varkappa'}$, invenio:

$$\beta_\varkappa^{(\lambda)} \beta_{\varkappa'}^{(\lambda)} = \frac{H_\lambda \partial G_\lambda - G_\lambda \partial H_\lambda}{H_\lambda \partial p} = \frac{G_\lambda \partial H_\lambda - H_\lambda \partial G_\lambda}{G_\lambda \partial q},$$

sive:

$$\frac{\beta_x^{(\lambda)}\beta_{x'}^{(\lambda)}}{H_\lambda} = \frac{\partial\left(\frac{G_\lambda}{H_\lambda}\right)}{\partial p}, \quad \frac{\beta_x^{(\lambda)}\beta_{x'}^{(\lambda)}}{G_\lambda} = \frac{\partial\left(\frac{H_\lambda}{G_\lambda}\right)}{\partial q}.$$

Unde etiam hic, unica aequatione algebraica n^{ti} gradus formata, totum problema conficitur.

In commentatione III. de Integralibus Duplicibus (Diar. Crell. vol. X, p. 101. — Conf. h. vol. p. 261) demontravi, quaestiones algebraicas, quae casui $n = 3$ respondent, ad transformationem et determinationem integralium duplicium commode applicari. Qua de re placuit, sub finem harum quaestionum generalium theoremata in commentatione citata de integralibus duplicibus inventa ad integralia multiplicia cuiuslibet ordinis extendere, quod per easdem methodos successit.

Jam singula accuratius persequamur. Quae alia varia theoremata algebraica et analytica adstruendi occasionem suppeditabunt.

Problema I.

„Investigare substitutiones lineares huiusmodi

$$\begin{aligned} y_1 &= \alpha_1' \, x_1 + \alpha_2' \, x_2 + \cdots + \alpha_n' \, x_n, \\ y_2 &= \alpha_1'' \, x_1 + \alpha_2'' \, x_2 + \cdots + \alpha_n'' \, x_n, \\ &\cdots\cdots\cdots\cdots \\ y_n &= \alpha_1^{(n)} x_1 + \alpha_2^{(n)} x_2 + \cdots + \alpha_n^{(n)} x_n, \end{aligned}$$

quibus efficiatur

$$y_1 y_1 + y_2 y_2 + \cdots + y_n y_n = x_1 x_1 + x_2 x_2 + \cdots + x_n x_n,$$

simulque data functio homogenea secundi ordinis variabilium $x_1, x_2, \ldots, x_n$ *transformetur in aliam variabilium* $y_1, y_2, \ldots, y_n$, *de qua binarum producta evanuerunt.“*

4.

Investigemus primum varias relationes, quae inter coëfficientes propositos locum habere debent, ut conditioni primae satisfiat,

$$(1) \qquad x_1 x_1 + x_2 x_2 + \cdots + x_n x_n = y_1 y_1 + y_2 y_2 + \cdots + y_n y_n.$$

Ac primum, ut substitutis ipsarum $y_1, y_2, \ldots, y_n$ valoribus aequatio illa identica evadat, fieri debet:

$$(2) \qquad \begin{cases} \alpha_x' \alpha_\lambda' + \alpha_x'' \alpha_\lambda'' + \cdots + \alpha_x^{(n)} \alpha_\lambda^{(n)} = 0, \\ \alpha_x' \alpha_x' + \alpha_x'' \alpha_x'' + \cdots + \alpha_x^{(n)} \alpha_x^{(n)} = 1. \end{cases}$$

Propter has aequationes, substitutis rursus ipsarum $y_1, y_2, \ldots, y_n$ valoribus, identica fit etiam haec aequatio:

$$(3) \qquad x_\varkappa = \alpha'_\varkappa y_1 + \alpha''_\varkappa y_2 + \cdots + \alpha^{(n)}_\varkappa y_n;$$

cuius ope variabiles propositae $x_1, x_2, \ldots, x_n$ exprimuntur per $y_1, y_2, \ldots, y_n$. Quos valores ipsarum $x_1, x_2, \ldots, x_n$ si rursus substituimus in aequatione (1), nanciscimur, ut identica evadat, formulas sequentes:

$$(4) \qquad \begin{cases} \alpha_1^{(\varkappa)}\alpha_1^{(\lambda)} + \alpha_2^{(\varkappa)}\alpha_2^{(\lambda)} + \cdots + \alpha_n^{(\varkappa)}\alpha_n^{(\lambda)} = 0, \\ \alpha_1^{(\varkappa)}\alpha_1^{(\varkappa)} + \alpha_2^{(\varkappa)}\alpha_2^{(\varkappa)} + \cdots + \alpha_n^{(\varkappa)}\alpha_n^{(\varkappa)} = 1. \end{cases}$$

Videmus ex antecedentibus, quod maxime tenendum est, tales existere inter coëfficientes propositos $\alpha_\varkappa^{(m)}$ relationes, ut, propositis n aequationibus linearibus huiusmodi

$$y_\varkappa = \alpha_1^{(\varkappa)} x_1 + \alpha_2^{(\varkappa)} x_2 + \cdots + \alpha_n^{(\varkappa)} x_n,$$

earum resolutio suppeditet n aequationes sequentis formae

$$x_\varkappa = \alpha'_\varkappa y_1 + \alpha''_\varkappa y_2 + \cdots + \alpha^{(n)}_\varkappa y_n;$$

unde etiam vice versa harum resolutio illas suppeditat. Porro animadverto, e quaque relationum illarum seu quae ex iis sequuntur, statim nos eruere alteram, coëfficientium indices inferiores cum superioribus permutando. Qua permutatione simul variabiles $x_1, x_2, \ldots, x_n$ et $y_1, y_2, \ldots, y_n$ respective in se invicem abeunt.

5.

Aliae relationes inter coëfficientes propositos, quae e (1) sequuntur, derivari possunt de relationibus algebraicis generalibus, quae locum habent inter coëfficientes aequationum linearium propositarum aliarumque, quae ex earum inversione seu resolutione obtinentur. In quaestione nostra aequationes propositae et inversae eosdem coëfficientes habent, nisi quod illarum series horizontales coëfficientium harum verticales fiunt et vice versa. Hinc ex unaquaque eiusmodi relatione generali casu nostro relatio inter ipsos coëfficientes propositos nascitur.

Supponamus, designantibus $\alpha_\varkappa^{(m)}$ datas quantitates quaslibet, ex n aequationibus linearibus propositis huiusmodi

$$y_m = \alpha_1^{(m)} x_1 + \alpha_2^{(m)} x_2 + \cdots + \alpha_n^{(m)} x_n,$$

per notas regulas resolutionis algebraicae haberi aequationes formae:

$$A x_\varkappa = \beta'_\varkappa y_1 + \beta''_\varkappa y_2 + \cdots + \beta^{(n)}_\varkappa y_n.$$

Ipsum A supponimus denominatorem communem valorum incognitarum, qui per algorithmos notos formatur; sive fit

$$A = \Sigma \pm \alpha'_1 \alpha''_2 \ldots \alpha^{(n)}_n,$$

signo summatorio amplectente terminos omnes, qui indicibus aut inferioribus aut superioribus omnimodis permutatis proveniunt; signis eorum alternantibus secundum notam regulam, quam ita enunciare licet, ut termino cuilibet per certam permutationum *indicum* orto idem signum tribuatur, quo afficitur productum sequens conflatum e differentiis numerorum 1, 2, ..., n

$$(2-1)(3-1)\ldots(n-1).(3-2)(4-2)\ldots(n-2).(4-3) \text{ etc.},$$

eadem *numerorum* permutatione facta.

Eadem notatione adhibita, sit

$$B = \Sigma \pm \beta'_1 \beta''_2 \ldots \beta^{(n)}_n,$$

ubi ipsam B e quantitatibus $\beta^{(m)}_\varkappa$ eodem modo compositam accipimus, quo A ex ipsis $\alpha^{(m)}_\varkappa$ componitur. Quibus statutis, observo fieri:

(5) $$B = A^{n-1},$$

ac generalius:

(6) $$\Sigma \pm \beta'_1 \beta''_2 \ldots \beta^{(m)}_m = A^{m-1} \Sigma \pm \alpha^{(m+1)}_{m+1} \alpha^{(m+2)}_{m+2} \ldots \alpha^{(n)}_n.$$

De qua formula generali (6) cum pro variis valoribus ipsius m, tum indicibus et superioribus et inferioribus omnimodis permutatis, permultae aliae similes formulae profluunt.

Casu nostro fit

$$\beta^{(m)}_\varkappa = A \alpha^{(m)}_\varkappa,$$

ideoque

$$B = \Sigma \pm \beta'_1 \beta''_2 \ldots \beta^{(n)}_n = A^n \Sigma \pm \alpha'_1 \alpha''_2 \ldots \alpha^{(n)}_n = A^{n+1},$$

unde (5) suppeditat formulam in quaestione nostra prae ceteris memorabilem:

(7) $$AA = (\Sigma \pm \alpha'_1 \alpha''_2 \ldots \alpha^{(n)}_n)^2 = 1,$$

sive:

$$A = \Sigma \pm \alpha'_1 \alpha''_2 \ldots \alpha^{(n)}_n = \pm 1.$$

Porro fit e (6) casu nostro:

(8) $$A \Sigma \pm \alpha'_1 \alpha''_2 \ldots \alpha^{(m)}_m = \Sigma \pm \alpha^{(m+1)}_{m+1} \alpha^{(m+2)}_{m+2} \ldots \alpha^{(n)}_n.$$

Quae relationes (7), (8) iis, quae §. antecedente traditae sunt, adiunctae rela-



tiones praecipuas constituunt, quae inter coëfficientes propositos locum habent, quoties datur conditio

$$x_1x_1+x_2x_2+\cdots+x_nx_n = y_1y_1+y_2y_2+\cdots+y_ny_n.$$

6.

Ad demonstranda theoremata algebraica generalia (5), (6) methodum singularem in auxilium vocabo, qua saepius non ineleganter uti licet. Quamquam res etiam per methodos notas liquet.

Sit

$$\alpha_1^{(m)}x_1+\alpha_2^{(m)}x_2+\cdots+\alpha_n^{(m)}x_n = X_m,$$
$$\beta'_m\, y_1+\beta''_m\, y_2+\cdots+\beta_m^{(n)}\, y_n = Y_m,$$

ac supponamus, dignitates negativas expressionum $X_1, X_2, \ldots, X_n$ evolvi respective secundum dignitates descendentes ipsarum $x_1, x_2, \ldots, x_n$; porro dignitates negativas ipsarum $Y_1, Y_2, \ldots, Y_n$ evolvi respective secundum dignitates descendentes ipsarum $y_1, y_2, \ldots, y_n$. Designemus porro per

$$[U]_{\frac{1}{x_1x_2\ldots x_n}}$$

coëfficientem termini $\frac{1}{x_1x_2\ldots x_n}$ in ipsa U, secundum potestates variabilium $x_1, x_2, \ldots, x_n$ certa ratione evoluta.

Quibus statutis, demonstravi in commentatione anteriore:

„*Exercitatio algebraica circa discerptionem singularem fractionum, quae plures variabiles involvunt*"

(Diar. Crell. vol. V, pag. 344 sqq. — Conf. h. vol. pag. 69 sqq.), fore:

$$(9)\qquad \left[\frac{1}{X_1X_2\ldots X_n}\right]_{\frac{1}{x_1x_2\ldots x_n}} = \frac{1}{A},$$

sive etiam, quod idem est:

$$(10)\qquad \left[\frac{1}{Y_1Y_2\ldots Y_n}\right]_{\frac{1}{y_1y_2\ldots y_n}} = \frac{1}{B};$$

ac generalius:

$$(11)\qquad \left[\frac{x_1^{s_1}x_2^{s_2}\ldots x_n^{s_n}}{X_1^{r_1+1}X_2^{r_2+1}\ldots X_n^{r_n+1}}\right]_{\frac{1}{x_1x_2\ldots x_n}} = \frac{1}{A^{r_1+r_2+\cdots+r_n+1}}\left[\frac{Y_1^{r_1}Y_2^{r_2}\ldots Y_n^{r_n}}{y_1^{s_1+1}y_2^{s_2+1}\ldots y_n^{s_n+1}}\right]_{\frac{1}{y_1y_2\ldots y_n}},$$

designantibus $r_1, r_2, \ldots, r_n$ ac $s_1, s_2, \ldots, s_n$ numeros quoslibet integros sive positivos sive negativos.

Sit ex. gr.

$$r_1 = r_2 = \cdots = r_n = -1,$$
$$s_1 = s_2 = \cdots = s_n = -1,$$

formula (11) e (10) in hanc abit:

$$1 = A^{n-1}\left[\frac{1}{Y_1 Y_2 \dots Y_n}\right]_{\frac{1}{y_1 y_2 \cdots y_n}} = \frac{A^{n-1}}{B},$$

quae est formula (5).

Sit porro

$$r_1 = r_2 = \cdots = r_m = -1, \qquad r_{m+1} = r_{m+2} = \cdots = r_n = 0,$$
$$s_1 = s_2 = \cdots = s_m = -1, \qquad s_{m+1} = s_{m+2} = \cdots = s_n = 0,$$

formula (11) in hanc abit:

$$\left[\frac{1}{X_{m+1} X_{m+2} \dots X_n}\right]_{\frac{1}{x_{m+1} x_{m+2} \cdots x_n}} = A^{m-1}\left[\frac{1}{Y_1 Y_2 \dots Y_m}\right]_{\frac{1}{y_1 y_2 \cdots y_m}}$$

Expressiones uncis inclusae variabilium $x_1, x_2, \dots, x_m$ et $y_{m+1}, y_{m+2}, \dots, y_n$ tantum positivas dignitates continent, uti per assignatum evolutionis modum liquet. Hinc cum eos tantum consideremus terminos, qui a variabilibus illis non pendent, in expressionibus $X_{m+1}, X_{m+2}, \dots, X_n$ ponere licet

$$x_1 = x_2 = \cdots = x_m = 0,$$

in expressionibus $Y_1, Y_2, \dots, Y_m$ ponere licet

$$y_{m+1} = y_{m+2} = \cdots = y_n = 0.$$

Quo facto patet e (9), (10), fore:

$$\left[\frac{1}{X_{m+1} X_{m+2} \dots X_n}\right]_{\frac{1}{x_{m+1} x_{m+2} \cdots x_n}} = \frac{1}{\Sigma \pm \alpha_{m+1}^{(m+1)} \alpha_{m+2}^{(m+2)} \dots \alpha_n^{(n)}},$$

$$\left[\frac{1}{Y_1 Y_2 \dots Y_m}\right]_{\frac{1}{y_1 y_2 \cdots y_m}} = \frac{1}{\Sigma \pm \beta_1' \beta_2'' \dots \beta_m^{(m)}}.$$

Unde habemus:

$$\frac{1}{\Sigma \pm \alpha_{m+1}^{(m+1)} \alpha_{m+2}^{(m+2)} \dots \alpha_n^{(n)}} = \frac{A^{m-1}}{\Sigma \pm \beta_1' \beta_2'' \dots \beta_m^{(m)}},$$

quae est formula (6).

Formula (9) aut (10) prae ceteris attentione digna videtur; aliam eius infra videbimus applicationem.

7.

Conditioni primae, ut fiat

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \cdots + x_n x_n = y_1 y_1 + y_2 y_2 + \cdots + y_n y_n,$$

si adiungimus alteram, ut data functio homogenea secundi ordinis in aliam abeat, quae solis quadratis variabilium constat, problema determinatum esse vidimus. Iam varias examinemus relationes, quae ex hac nova conditione ortum ducunt.

Sit V data functio transformanda; sint termini eius in $x_\varkappa x_\lambda$, $x_\varkappa x_\varkappa$ ducti

$$2a_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda, \qquad a_{\varkappa,\varkappa} x_\varkappa x_\varkappa,$$

ubi supponimus

$$a_{\varkappa,\lambda} = a_{\lambda,\varkappa}.$$

Hinc functionem V ita repraesentare licet:

$$V = \sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda,$$

quo notationis modo intelligimus, sub signo summatorio numeris $\varkappa$, λ tribui valores 1, 2, ..., n.

Sit functio transformata,

$$V = \sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda = G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 + \cdots + G_n y_n y_n;$$

substitutis formulis

$$y_m = \alpha_1^{(m)} x_1 + \alpha_2^{(m)} x_2 + \cdots + \alpha_n^{(m)} x_n,$$

si singulos terminos inter se comparamus, nanciscimur:

$$(12) \qquad a_{\varkappa,\lambda} = G_1 \alpha'_\varkappa \alpha'_\lambda + G_2 \alpha''_\varkappa \alpha''_\lambda + \cdots + G_n \alpha_\varkappa^{(n)} \alpha_\lambda^{(n)},$$

quae valet formula, sive $\varkappa$, λ diversi, sive aequales sint.

Vidimus supra §. 4, eas existere inter coëfficientes propositos relationes, ut, datis n aequationibus linearibus

$$x_\varkappa = \alpha'_\varkappa y_1 + \alpha''_\varkappa y_2 + \cdots + \alpha_\varkappa^{(n)} y_n,$$

inde aliae n sequantur hae

$$y_m = \alpha_1^{(m)} x_1 + \alpha_2^{(m)} x_2 + \cdots + \alpha_n^{(m)} x_n,$$

simulque fieri

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \cdots + x_n x_n = y_1 y_1 + y_2 y_2 + \cdots + y_n y_n.$$

Hinc, posito

$$x_\varkappa = a_{\varkappa,\lambda}, \quad y_m = G_m \alpha_\lambda^{(m)},$$

sequitur e (12):

$$(13) \qquad G_m \alpha_\lambda^{(m)} = \alpha_1^{(m)} a_{1,\lambda} + \alpha_2^{(m)} a_{2,\lambda} + \cdots + \alpha_n^{(m)} a_{n,\lambda},$$



porro:

$$(14)\qquad a_{1,\lambda}^2+a_{2,\lambda}^2+\cdots+a_{n,\lambda}^2 = G_1^2\alpha'_\lambda\alpha'_\lambda+G_2^2\alpha''_\lambda\alpha''_\lambda+\cdots+G_n^2\alpha_\lambda^{(n)}\alpha_\lambda^{(n)}.$$

De aequatione (13) facile etiam hanc deducis generaliorem:

$$(15)\qquad a_{1,\varkappa}a_{1,\lambda}+a_{2,\varkappa}a_{2,\lambda}+\cdots+a_{n,\varkappa}a_{n,\lambda} = G_1^2\alpha'_\varkappa\alpha'_\lambda+G_2^2\alpha''_\varkappa\alpha''_\lambda+\cdots+G_n^2\alpha_\varkappa^{(n)}\alpha_\lambda^{(n)},$$

quae et ipsa valet, sive $\varkappa$, λ diversi, sive aequales sint.

Ex eadem formula (13) sequitur adhuc, advocatis formulis §. 4 propositis:

$$(16)\qquad G_1\alpha'_\lambda.y_1+G_2\alpha''_\lambda.y_2+\cdots+G_n\alpha_\lambda^{(n)}.y_n = a_{1,\lambda}x_1+a_{2,\lambda}x_2+\cdots+a_{n,\lambda}x_n.$$

Positis in hac formula loco λ valoribus $1, 2, \ldots, n$ et quadratis, quae inde prodeunt, aequationibus, obtines summando:

$$(17)\qquad \sum_\lambda[a_{1,\lambda}x_1+a_{2,\lambda}x_2+\cdots+a_{n,\lambda}x_n]^2 = G_1G_1y_1y_1+G_2G_2y_2y_2+\cdots+G_nG_ny_ny_n.$$

Sequitur generalius de formula (16), *in omnibus relationibus, quae inter variabiles* $x_1, x_2, \ldots, x_n$ *et variabiles* $y_1, y_2, \ldots, y_n$ *locum habent, loco* y_m, x_λ *simul statui posse* G_my_m *atque* $a_{1,\lambda}x_1+a_{2,\lambda}x_2+\cdots+a_{n,\lambda}x_n$. Quo facto ex. gr. (17) e (1) prodit. Quod si iteratis vicibus adhibetur theorema, expressionem

$$G_1^py_1y_1+G_2^py_2y_2+\cdots+G_n^py_ny_n$$

per ipsas $x_1, x_2, \ldots, x_n$ exhibere licet, designante p numerum positivum. Adhibita enim substitutione indicata, de expressione illa provenit

$$G_1^{p+2}y_1y_1+G_2^{p+2}y_2y_2+\cdots+G_n^{p+2}y_ny_n.$$

Dati autem sunt expressionis illius valores per $x_1, x_2, \ldots, x_n$ exhibiti pro $p=0$, $p=1$.

Supponamus porro, e n aequationibus huiusmodi

$$w_\lambda = a_{1,\lambda}x_1+a_{2,\lambda}x_2+\cdots+a_{n,\lambda}x_n$$

sequi per resolutionem:

$$x_\varkappa.\Sigma\pm a_{1,1}a_{2,2}\ldots a_{n,n} = b_{\varkappa,1}w_1+b_{\varkappa,2}w_2+\cdots+b_{\varkappa,n}w_n,$$

ubi per theorema notum fit rursus

$$b_{\varkappa,\lambda} = b_{\lambda,\varkappa}\ *).$$

---

*) Facile enim probatur generalius, quoties ex n aequationibus

$$(1)\qquad w_\lambda = a_{1,\lambda}x_1+a_{2,\lambda}x_2+\cdots+a_{n,\lambda}x_n$$

sequantur n aequationes

$$(2)\qquad x_\varkappa\Sigma\pm a_{1,1}a_{2,2}\ldots a_{n,n} = b_{\varkappa,1}w_1+b_{\varkappa,2}w_2+\cdots+b_{\varkappa,n}w_n;$$

etiam e n aequationibus sequentibus

$$(3)\qquad u_\lambda = a_{\lambda,1}v_1+a_{\lambda,2}v_2+\cdots+a_{\lambda,n}v_n$$



Hinc posito e (16):

$$w_\lambda = \alpha'_\lambda . G_1 y_1 + \alpha''_\lambda . G_2 y_2 + \cdots + \alpha^{(n)}_\lambda . G_n y_n,$$

simulque loco $x_\varkappa$ valore eius

$$x_\varkappa = \alpha'_\varkappa y_1 + \alpha''_\varkappa y_2 + \cdots + \alpha^{(n)}_\varkappa y_n,$$

comparando terminos in y_m ductos in utraque aequationis parte, nanciscimur:

$$\alpha^{(m)}_\varkappa \Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n} = G_m [b_{\varkappa,1} \alpha^{(m)}_1 + b_{\varkappa,2} \alpha^{(m)}_2 + \cdots + b_{\varkappa,n} \alpha^{(m)}_n].$$

Facile autem patet, quod infra probabimus §. 8, esse

(18) $$\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n} = G_1 G_2 \ldots G_n,$$

unde habetur:

(19) $$G_1 G_2 \ldots G_n \cdot \frac{\alpha^{(m)}_\varkappa}{G_m} = b_{\varkappa,1} \alpha^{(m)}_1 + b_{\varkappa,2} \alpha^{(m)}_2 + \cdots + b_{\varkappa,n} \alpha^{(m)}_n.$$

Ex hac formula memorabili comparata cum (13) videmus, *in omnibus formulis assignatis, coëfficientibus $\alpha^{(m)}_\varkappa$ iisdem manentibus, loco $a_{\varkappa,\lambda}$ poni posse:*

$$\frac{b_{\varkappa,\lambda}}{\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n}} = \frac{b_{\varkappa,\lambda}}{G_1 G_2 \ldots G_n},$$

dummodo simul loco G_m scribatur $\frac{1}{G_m}$. Quo facto igitur de valore expressionis

$$G_1^p y_1 y_1 + G_2^p y_2 y_2 + \cdots + G_n^p y_n y_n$$

per $x_1, x_2, \ldots, x_n$ exhibito deducis valorem ipsius

$$\frac{y_1 y_1}{G_1^p} + \frac{y_2 y_2}{G_2^p} + \cdots + \frac{y_n y_n}{G_n^p}.$$

---

sequi has:

(4) $$v_\lambda \Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n} = b_{1,\lambda} u_1 + b_{2,\lambda} u_2 + \cdots + b_{n,\lambda} u_n.$$

Nam ex aequationibus (1), (3) sequitur

(5) $$v_1 w_1 + v_2 w_2 + \cdots + v_n w_n = u_1 x_1 + u_2 x_2 + \cdots + u_n x_n.$$

Qua in formula substitutis aequationibus (2), si comparamus in utraque aequationis parte terminos in $w_\varkappa$ ductos, habes aequationem (4), quae probanda erat. Quoties $a_{\varkappa,\lambda} = a_{\lambda,\varkappa}$, quod in quaestione nostra locum habet, aequationes (1), (3) eaedem fiunt; unde etiam earum inversae (2), (4) eaedem fieri debent, sive

$$b_{\varkappa,\lambda} = b_{\lambda,\varkappa}.$$

Ceterum vix monitu eget, expressionem

$$\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n}$$

per eundem algorithmum formatam accipi, quo expressio A §. 6, nisi quod loco $\alpha^{(\varkappa)}_\lambda$ hic inveniatur $a_{\varkappa,\lambda}$.

Deducuntur ex. gr. e (19) formulae sequentes, quae formulis (12), (16) respondent:

$$(20)\qquad \frac{b_{x,\lambda}}{G_1 G_2 \dots G_n} = \frac{\alpha'_x \alpha'_\lambda}{G_1} + \frac{\alpha''_x \alpha''_\lambda}{G_2} + \dots + \frac{\alpha^{(n)}_x \alpha^{(n)}_\lambda}{G_n},$$

$$(21)\qquad \frac{b_{1,\lambda} x_1 + b_{2,\lambda} x_2 + \dots + b_{n,\lambda} x_n}{G_1 G_2 \dots G_n} = \frac{\alpha'_\lambda y_1}{G_1} + \frac{\alpha''_\lambda y_2}{G_2} + \dots + \frac{\alpha^{(n)}_\lambda y_n}{G_n}.$$

De quibus facile etiam haec sequitur:

$$(22)\qquad \sum_{x,\lambda} b_{x,\lambda} x_x x_\lambda = G_1 G_2 \dots G_n \left[\frac{y_1 y_1}{G_1} + \frac{y_2 y_2}{G_2} + \dots + \frac{y_n y_n}{G_n} \right],$$

quae formulae propositae respondet:

$$\sum_{x,\lambda} a_{x,\lambda} x_x x_\lambda = G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 + \dots + G_n y_n y_n.$$

Porro de theoremate antecedente sive de (21) sequitur, *in relationibus omnibus, quae inter variabiles $x_1, x_2, \dots, x_n$ et variabiles $y_1, y_2, \dots, y_n$ locum habent, simul loco y_m poni posse $\frac{y_m}{G_m}$, atque loco x_λ*

$$\frac{b_{1,\lambda} x_1 + b_{2,\lambda} x_2 + \dots + b_{n,\lambda} x_n}{G_1 G_2 \dots G_n} = \frac{b_{1,\lambda} x_1 + b_{2,\lambda} x_2 + \dots + b_{n,\lambda} x_n}{\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n}}.$$

Iam ipsam coëfficientium propositorum et quantitatum G_m afferamus determinationem.

8.

In aequatione (13) si loco λ ponis valores $1, 2, \dots, n$, habes n aequationes lineares sequentes inter n quantitates $\alpha^{(m)}_1, \alpha^{(m)}_2, \dots, \alpha^{(m)}_n$:

$$(23)\qquad \begin{cases} 0 = (a_{1,1} - G_m)\alpha^{(m)}_1 + a_{2,1}\alpha^{(m)}_2 + \dots + a_{n,1}\alpha^{(m)}_n, \\ 0 = a_{1,2}\alpha^{(m)}_1 + (a_{2,2} - G_m)\alpha^{(m)}_2 + \dots + a_{n,2}\alpha^{(m)}_n, \\ \dots\dots\dots\dots\dots\dots\dots\dots \\ 0 = a_{1,n}\alpha^{(m)}_1 + a_{2,n}\alpha^{(m)}_2 + \dots + (a_{n,n} - G_m)\alpha^{(m)}_n. \end{cases}$$

Quae aequationes cum terminis constantibus careant, ipsas $\alpha^{(m)}_1, \alpha^{(m)}_2, \dots, \alpha^{(m)}_n$ ex iis eliminare licet. Quo facto inter coëfficientes aequationum linearium (23) invenitur aequatio conditionalis, cui valor ipsius G_m satisfaciat necesse est. Quae per notas eliminationis regulas invenitur

$$\Gamma = 0,$$

supponendo, expressionem Γ provenire de expressione

$$\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n},$$

terminis $a_{1,1}$, $a_{2,2}$, ..., $a_{n,n}$ mutatis in

$$a_{1,1}-x, \quad a_{2,2}-x, \quad \ldots, \quad a_{n,n}-x,$$

ac statuto $x = G_m$.

Si loco indicis m eius ponimus valores 1, 2, ..., n, proveniunt e (23) eiusmodi n systemata aequationum linearium; e quibus singulis nanciscimur, eliminatione incognitarum facta, aequationem conditionalem:

$$\Gamma = 0,$$

cui pro singulis valoribus ipsius m satisfieri debet, ponendo ipsius x valores G_1, G_2, ..., G_n. Unde quantitates illae G_1, G_2, ..., G_n ut radices aequationis $\Gamma = 0$ determinantur.

Patet e compositione assignata ipsius Γ, eius terminum ductum in summam ipsius x potestatem provenire ex unico termino

$$(a_{1,1}-x)(a_{2,2}-x)\ldots(a_{n,n}-x),$$

ideoque esse $(-1)^n x^n$. Unde habetur aequatio, respectu ipsius x identica:

$$\Gamma = (G_1-x)(G_2-x)\ldots(G_n-x).$$

De qua, posito $x = 0$, prodit:

$$G_1 G_2 \ldots G_n = \Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n},$$

quae est formula (18) supra apposita.

Quod attinet ipsam ipsius Γ formationem, observo, si signo summatorio S amplectamur expressiones *inter se diversas*, quae permutatis indicibus 1, 2, 3, ..., n proveniunt, fieri:

$$\begin{aligned} \Gamma = \quad & \Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n} \\ & -x\, S\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n-1,n-1} \\ & +x^2 S\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n-2,n-2} \\ & \ldots\ldots\ldots\ldots \\ & \pm x^{n-2} S\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \\ & \mp x^{n-1} S a_{1,1} \pm x^n. \end{aligned}$$

Qua in formula expressio

$$S\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{m,m}$$

designat summam $\dfrac{n(n-1)\ldots(n+1-m)}{1.2\ldots m}$ expressionum, quae e

$$\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{m,m}$$

proveniunt, si in

$$a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{m,m}$$

loco indicum priorum simul ac posteriorum 1, 2, ..., m scribimus omnibus modis, quibus fieri potest, m alios e numeris 1, 2, 3, ..., n.

9.

Postquam quantitates $G_1, G_2, \ldots, G_n$ ut radices aequationis algebraicae n^{ti} ordinis inventae sunt, earum ope coëfficientes propositi determinantur. Nam una qualibet ex aequationibus (23) ablegata, e reliquis $n-1$ aequationibus rationes, in quibus sunt quantitates $\alpha_1^{(m)}, \alpha_2^{(m)}, \ldots, \alpha_n^{(m)}$, per unicam G_m rationaliter exprimuntur. Quibus inventis, e (4) quantitates ipsas obtines.

Eum in finem in expressionibus $b_{\varkappa,\lambda}$ §. 7 loco $a_{1,1}, a_{2,2}, \ldots, a_{n,n}$ pono rursus

$$a_{1,1}-G_m, \quad a_{2,2}-G_m, \quad \ldots, \quad a_{n,n}-G_m,$$

quo mutetur $b_{\varkappa,\lambda}$ in $B_{\varkappa,\lambda}^{(m)}$. Unde facile constat, cum sit $b_{\varkappa,\lambda}=b_{\lambda,\varkappa}$, etiam fore

$$(24) \qquad B_{\varkappa,\lambda}^{(m)} = B_{\lambda,\varkappa}^{(m)}.$$

Quibus statutis, de aequationibus (23) ablegata λ^{ta} aequatione, e reliquis $n-1$ aequationibus per regulas notas algebraicas eruis:

$$(25) \qquad \alpha_1^{(m)} : \alpha_2^{(m)} : \cdots : \alpha_n^{(m)} = B_{1,\lambda}^{(m)} : B_{2,\lambda}^{(m)} : \cdots : B_{n,\lambda}^{(m)}.$$

Unde cum sit

$$\alpha_1^{(m)}\alpha_1^{(m)}+\alpha_2^{(m)}\alpha_2^{(m)}+\cdots+\alpha_n^{(m)}\alpha_n^{(m)}=1,$$

habes:

$$(26) \qquad \alpha_\varkappa^{(m)} = \frac{B_{\varkappa,\lambda}^{(m)}}{\sqrt{B_{1,\lambda}^{(m)}B_{1,\lambda}^{(m)}+B_{2,\lambda}^{(m)}B_{2,\lambda}^{(m)}+\cdots+B_{n,\lambda}^{(m)}B_{n,\lambda}^{(m)}}}.$$

Ita ponens loco m, $\varkappa$ valores 1, 2, ..., n, coëfficientes omnes propositos per ipsas $G_1, G_2, \ldots, G_n$ determinatos habes; et quidem $\alpha_1^{(m)}, \alpha_2^{(m)}, \ldots, \alpha_n^{(m)}$ per unicam G_m, quarum adeo rationes per quantitatem illam rationaliter exhibentur.

De formula §. 4 tradita

$$\alpha_1^{(m)}\alpha_1^{(m')}+\alpha_2^{(m)}\alpha_2^{(m')}+\cdots+\alpha_n^{(m)}\alpha_n^{(m')}=0$$

sequitur per (26):

$$(27) \qquad B_{1,\lambda}^{(m)}B_{1,\lambda}^{(m')}+B_{2,\lambda}^{(m)}B_{2,\lambda}^{(m')}+\cdots+B_{n,\lambda}^{(m)}B_{n,\lambda}^{(m')}=0.$$

De qua aequatione, observavit Cl. Cauchy, sequi, aequationis algebraicae propositae radices $G_1, G_2, \ldots, G_n$ omnes esse reales. Sit enim, si fieri potest, $G_m, G_{m'}$ par coniugatum radicum imaginariarum, formae

$$G_m = L+M\sqrt{-1}, \qquad G_{m'} = L-M\sqrt{-1};$$

cum $B^{(m)}_{\varkappa,\lambda}$, $B^{(m')}_{\varkappa,\lambda}$ sint respective functiones eaedem quantitatum G_m, $G_{m'}$, etiam $B^{(m)}_{\varkappa,\lambda}$, $B^{(m')}_{\varkappa,\lambda}$ erunt par coniugatum quantitatum imaginariarum, sive forma gaudebunt:

$$B^{(m)}_{\varkappa,\lambda} = l+m\sqrt{-1}, \qquad B^{(m')}_{\varkappa,\lambda} = l-m\sqrt{-1}.$$

Unde cum productum e binis conflatum $B^{(m)}_{\varkappa,\lambda}B^{(m')}_{\varkappa,\lambda}$ semper positivum sit, aequatio (27) locum habere non potest. Qua de causa radices aequationis propositae imaginariae esse nequeunt.

Eadem de causa patet, quod supra tacite supposuimus, pro ipsis $G_1, G_2, \ldots, G_n$ sumendas esse aequationis propositae radices *diversas*. Nam si ex. gr. pro G_m, $G_{m'}$ eandem radicem sumpsisses, foret

$$B^{(m)}_{\varkappa,\lambda} = B^{(m')}_{\varkappa,\lambda},$$

neque summa (27) ut summa quadratorum evanescere posset.

Coëfficientes propositos aliter adhuc determinare licet atque fit per formulas (26). Nam cum rationes, in quibus sunt quantitates $\alpha^{(m)}_1, \alpha^{(m)}_2, \ldots, \alpha^{(m)}_n$ non mutentur, singulis multiplicatis per eandem quantitatem $\alpha^{(m)}_\lambda$, formulam (25) etiam hunc in modum repraesentare licet:

$$\alpha^{(m)}_1\alpha^{(m)}_\lambda : \alpha^{(m)}_2\alpha^{(m)}_\lambda : \cdots : \alpha^{(m)}_n\alpha^{(m)}_\lambda = B^{(m)}_{1,\lambda} : B^{(m)}_{2,\lambda} : \cdots : B^{(m)}_{n,\lambda}.$$

Unde poni potest:

$$P^{(m)}_\lambda . \alpha^{(m)}_\varkappa \alpha^{(m)}_\lambda = B^{(m)}_{\varkappa,\lambda}$$

De qua, permutatis $\varkappa$, λ, etiam haec provenit:

$$P^{(m)}_\varkappa . \alpha^{(m)}_\varkappa \alpha^{(m)}_\lambda = B^{(m)}_{\lambda,\varkappa}.$$

Unde cum sit

$$B^{(m)}_{\varkappa,\lambda} = B^{(m)}_{\lambda,\varkappa},$$

sequitur:

$$P^{(m)}_\varkappa = P^{(m)}_\lambda;$$

quam igitur quantitatem videmus pro indicibus omnibus inferioribus eundem valorem servare. Hinc loco $P^{(m)}_\lambda$ simpliciter scribemus $P^{(m)}$; quo facto habetur:

(28) $$P^{(m)}\alpha^{(m)}_\varkappa \alpha^{(m)}_\lambda = B^{(m)}_{\varkappa,\lambda}.$$

Ipsam quantitatem $P^{(m)}$ determinare licet per aequationem

$$\alpha^{(m)}_1\alpha^{(m)}_1 + \alpha^{(m)}_2\alpha^{(m)}_2 + \cdots + \alpha^{(m)}_n\alpha^{(m)}_n = 1,$$

de qua, substitutis aequationibus (28), deducitur

(29) $$P^{(m)} = B^{(m)}_{1,1} + B^{(m)}_{2,2} + \cdots + B^{(m)}_{n,n};$$

unde fit e (28):

$$\alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} = \frac{B_{\varkappa,\lambda}^{(m)}}{B_{1,1}^{(m)}+B_{2,2}^{(m)}+\cdots+B_{n,n}^{(m)}}, \tag{30}$$

quae formula perinde valet, sive $\varkappa$, λ diversi, sive iidem sint numeri. De hac formula ipsum $\alpha_\varkappa^{(m)}$ habes, posito $\lambda = \varkappa$ et radice extracta, cuius signum arbitrarium est; deinde de valore ipsius $\alpha_\varkappa^{(m)}$ e (30) reliquos coëfficientes $\alpha_1^{(m)}$, $\alpha_2^{(m)}$ etc. deducis, ponendo $\lambda = 1$, 2 etc.

Adnotemus adhuc formulas, quae e (30) fluunt, sequentes:

$$B_{\varkappa,\lambda}^{(m)}B_{\varkappa',\lambda'}^{(m)} = B_{\varkappa,\lambda'}^{(m)}B_{\varkappa',\lambda}^{(m)}, \tag{31}$$

unde, quoties $\lambda = \varkappa$, $\lambda' = \varkappa'$,

$$B_{\varkappa,\varkappa}^{(m)}B_{\varkappa',\varkappa'}^{(m)} = B_{\varkappa,\varkappa'}^{(m)}B_{\varkappa,\varkappa'}^{(m)}. \tag{32}$$

Alia adhuc ratione formulas (28) sive (30) non ineleganter deducis de formula supra tradita (20):

$$b_{\varkappa,\lambda} = G_1 G_2 \dots G_n\left[\frac{\alpha_\varkappa'\alpha_\lambda'}{G_1}+\frac{\alpha_\varkappa''\alpha_\lambda''}{G_2}+\cdots+\frac{\alpha_\varkappa^{(n)}\alpha_\lambda^{(n)}}{G_n}\right].$$

Quod fit per considerationem sequentem.

Supponamus enim, in functione data V augeri constantes

$$a_{1,1}, \quad a_{2,2}, \quad \dots, \quad a_{n,n}$$

omnes eadem quantitate ξ, unde ipsa V augebitur expressione

$$\xi[x_1x_1+x_2x_2+\cdots+x_nx_n];$$

ideoque expressio transformata

$$V = G_1y_1y_1+G_2y_2y_2+\cdots+G_ny_ny_n$$

augebitur quantitate

$$\xi[y_1y_1+y_2y_2+\cdots+y_ny_n] = \xi[x_1x_1+x_2x_2+\cdots+x_nx_n].$$

Videmus igitur, *constantibus* $a_{1,1}$, $a_{2,2}$, $\dots$, $a_{n,n}$ *auctis omnibus eadem quantitate* ξ, *etiam quantitates* G_1, G_2, $\dots$, G_n *omnes eadem quantitate* ξ *augeri, coëfficientibus* $\alpha_\varkappa^{(m)}$ *iisdem manentibus.*

Sit iam $\xi = -G_m$, sive mutentur quantitates $a_{1,1}$, $a_{2,2}$, $\dots$, $a_{n,n}$ in $a_{1,1}-G_m$, $a_{2,2}-G_m$, $\dots$, $a_{n,n}-G_m$, simulque quantitates G_1, G_2, $\dots$, G_n in G_1-G_m, G_2-G_m, $\dots$, G_n-G_m. Quo facto in altera parte aequationis allegatae abit $b_{\varkappa,\lambda}$ in $B_{\varkappa,\lambda}^{(m)}$, in altera evanescunt termini omnes, nisi terminus

$$G_1 G_2 \dots G_n \cdot \frac{\alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)}}{G_m},$$

qui in sequentem abit:

(33) $$(G_1-G_m)(G_2-G_m)\dots(G_n-G_m)\alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} = B_{\varkappa,\lambda}^{(m)},$$

ubi in producto

$$(G_1-G_m)(G_2-G_m)\dots(G_n-G_m)$$

factorem evanescentem G_m-G_m omittis; quod in eiusmodi productis in sequentibus quoque tacite supponemus.

Aequationem (18) etiam de (12) deducere licet, quippe quae suggerit identice:

$$\Sigma \pm a_{1,1}a_{2,2}\dots a_{n,n} = G_1G_2\dots G_n(\Sigma \pm \alpha_1'\alpha_2''\dots\alpha_n^{(n)})^2,$$

de qua formula e (7) ipsa (18) sequitur. Demonstrata (18), per considerationes antecedentes ex ea statim aequationem generaliorem deducis:

$$\Gamma = (G_1-x)(G_2-x)\dots(G_n-x).$$

Unde habetur demonstratio maxime directa, pro $G_1, G_2, \dots, G_n$ statuendas esse aequationis $\Gamma = 0$ radices *diversas*.

Comparata (33) cum (28), (30), prodit:

(34) $$P^{(m)} = (G_1-G_m)(G_2-G_m)\dots(G_n-G_m) = B_{1,1}^{(m)}+B_{2,2}^{(m)}+\dots+B_{n,n}^{(m)}.$$

Notum est, haberi

$$(G_1-G_m)(G_2-G_m)\dots(G_n-G_m) = -\Gamma_m',$$

siquidem statuitur

$$\Gamma_m' = \frac{d\Gamma}{dx},$$

post differentiationem posito $x = G_m$. Hinc habetur etiam e (34):

(35) $$-\Gamma_m' = B_{1,1}^{(m)}+B_{2,2}^{(m)}+\dots+B_{n,n}^{(m)}.$$

Porro e (30) sive (33) habes:

(36) $$\alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)} = -\frac{B_{\varkappa,\lambda}^{(m)}}{\Gamma_m'}.$$

10.

Alio modo valde singulari exhibeamus iam expressiones $\alpha_\varkappa^{(m)}\alpha_\lambda^{(m)}$, videlicet per differentialia partialia ipsius G_m, sumpta secundum constantes $a_{\varkappa,\lambda}$, quae datam functionem V afficiunt.

Revocemus aequationem, cui satisfieri debet:

$$V = \sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}x_\varkappa x_\lambda = G_1y_1y_1+G_2y_2y_2+\dots+G_ny_ny_n;$$

in qua, si substituimus valores ipsarum $x_\varkappa$,

$$x_\varkappa = \alpha'_\varkappa y_1 + \alpha''_\varkappa y_2 + \cdots + \alpha^{(n)}_\varkappa y_n,$$

singulos comparando terminos nanciscimur:

(37) $$\sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}\, \alpha^{(m)}_\varkappa \alpha^{(m')}_\lambda = 0,$$

(38) $$\sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}\, \alpha^{(m)}_\varkappa \alpha^{(m)}_\lambda = G_m.$$

Iam aequationem (38) differentiemus.

Eum in finem observo, esse

$$\sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}\, d(\alpha^{(m)}_\varkappa \alpha^{(m)}_\lambda) = 2\sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}\, \alpha^{(m)}_\varkappa d\alpha^{(m)}_\lambda = 2\sum_\lambda \left[d\alpha^{(m)}_\lambda . \sum_\varkappa a_{\varkappa,\lambda}\, \alpha^{(m)}_\varkappa\right],$$

ideoque e (13):

$$\sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}\, d(\alpha^{(m)}_\varkappa \alpha^{(m)}_\lambda) = 2G_m \sum_\lambda \alpha^{(m)}_\lambda d\alpha^{(m)}_\lambda;$$

unde e (4)

(39) $$\sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}\, d(\alpha^{(m)}_\varkappa \alpha^{(m)}_\lambda) = 0.$$

Itaque in differentiatione expressionis

$$\sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}\, \alpha^{(m)}_\varkappa \alpha^{(m)}_\lambda$$

variationi coëfficientium $\alpha^{(m)}_\varkappa$ supersederi potest, ut quae evanescit. Hinc differentiata (38) secundum $a_{\varkappa,\lambda}$, habes, quoties $\varkappa$ et λ diversi sunt,

(40) $$2\alpha^{(m)}_\varkappa \alpha^{(m)}_\lambda = \frac{\partial G_m}{\partial a_{\varkappa,\lambda}},$$

quoties $\varkappa = \lambda$,

(41) $$\alpha^{(m)}_\varkappa \alpha^{(m)}_\varkappa = \frac{\partial G_m}{\partial a_{\varkappa,\varkappa}}.$$

Quae sunt formulae perelegantes.

Valorem ipsius $\frac{\partial G_m}{\partial a_{\varkappa,\lambda}}$ invenis ex aequatione $\Gamma = 0$

(42) $$\frac{\partial G_m}{\partial a_{\varkappa,\lambda}} = -\frac{\frac{\partial \Gamma_m}{\partial a_{\varkappa,\lambda}}}{\Gamma'_m},$$

designante $\frac{\partial \Gamma_m}{\partial a_{\varkappa,\lambda}}$ valorem ipsius $\frac{\partial \Gamma}{\partial a_{\varkappa,\lambda}}$, post differentiationem posito $x = G_m$. Hinc fit

(43) $$2\alpha^{(m)}_\varkappa \alpha^{(m)}_\lambda = -\frac{\frac{\partial \Gamma_m}{\partial a_{\varkappa,\lambda}}}{\Gamma'_m},$$

(44) $$\alpha^{(m)}_\varkappa \alpha^{(m)}_\varkappa = -\frac{\frac{\partial \Gamma_m}{\partial a_{\varkappa,\varkappa}}}{\Gamma'_m}.$$

Quibus formulis comparatis cum (36), habetur:

$$(45)\qquad \begin{cases} 2B^{(m)}_{\varkappa,\lambda} = \dfrac{\partial \Gamma_m}{\partial a_{\varkappa,\lambda}}, \\ \;\; B^{(m)}_{\varkappa,\varkappa} = \dfrac{\partial \Gamma_m}{\partial a_{\varkappa,\varkappa}}. \end{cases}$$

Data occasione observo generaliter, *si* $a_{\varkappa,\lambda}$ *et* $a_{\lambda,\varkappa}$ *inter se diversi sunt, propositis n aequationibus linearibus huiusmodi:*

$$\begin{gathered} a_{1,1}u_1 + a_{1,2}u_2 + \cdots + a_{1,n}u_n = v_1, \\ a_{2,1}u_1 + a_{2,2}u_2 + \cdots + a_{2,n}u_n = v_2, \\ \dots\dots\dots\dots \\ a_{n,1}u_1 + a_{n,2}u_2 + \cdots + a_{n,n}u_n = v_n, \end{gathered}$$

statuto

$$\Gamma = \Sigma \pm a_{1,1}a_{2,2}\dots a_{n,n},$$

sequi vice versa:

$$\begin{gathered} \Gamma u_1 = \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{1,1}}v_1 + \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{2,1}}v_2 + \cdots + \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{n,1}}v_n, \\ \Gamma u_2 = \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{1,2}}v_1 + \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{2,2}}v_2 + \cdots + \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{n,2}}v_n, \\ \dots\dots\dots\dots \\ \Gamma u_n = \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{1,n}}v_1 + \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{2,n}}v_2 + \cdots + \frac{\partial \Gamma}{\partial a_{n,n}}v_n. \end{gathered}$$

Quoties $a_{\varkappa,\lambda} = a_{\lambda,\varkappa}$, differentialis $\dfrac{\partial \Gamma}{\partial a_{\varkappa,\lambda}}$ semisse tantum sumi debet, si $\varkappa$ et λ diversi sunt. Quo casu, posito insuper $a_{1,1} - G_m$, $a_{2,2} - G_m$, $\dots$, $a_{n,n} - G_m$ loco $a_{1,1}$, $a_{2,2}$, $\dots$, $a_{n,n}$, e theoremate illo fluunt formulae (45).

Statuamus

$$G_1^p y_1 y_1 + G_2^p y_2 y_2 + \cdots + G_n^p y_n y_n = \sum_{\varkappa,\lambda} p_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda,$$

ubi

$$G_1^p \alpha'_\varkappa \alpha'_\lambda + G_2^p \alpha''_\varkappa \alpha''_\lambda + \cdots + G_n^p \alpha^{(n)}_\varkappa \alpha^{(n)}_\lambda = p_{\varkappa,\lambda}.$$

Quoties p est numerus integer, sive positivus, sive negativus, quantitates $p_{\varkappa,\lambda}$ semper rationaliter per ipsas $a_{\varkappa,\lambda}$ exprimere licet. Posito enim

$$P = \frac{G_1^{p+1} + G_2^{p+1} + \cdots + G_n^{p+1}}{p+1},$$

quantitatem P e regulis notis combinatoriis per coëfficientes aequationis nostrae $\Gamma = 0$ rationaliter determinare licet. Qua inventa, habes e (40), (41):

$$p_{\varkappa,\lambda} = \frac{\partial P}{2\partial a_{\varkappa,\lambda}},$$

$$p_{\varkappa,\varkappa} = \frac{\partial P}{\partial a_{\varkappa,\varkappa}}.$$

Si $p = -1$, statui debet

$$P = \log(G_1 G_2 \dots G_n) = \log \Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n}.$$

Qui casus formulam (22) suggerit.

11.

Cl. Cauchy loco citato in commentatione inscripta „*sur l'équation, à l'aide de laquelle on détermine les inégalités séculaires etc.*" problema, de quo hactenus egimus, tamquam problema *maximi minimive* consideravit; quo quaeruntur valores variabilium $x_1, x_2, \dots, x_n$, pro quibus sit

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \dots + x_n x_n = 1,$$

simulque data functio V maximum minimumve valorem induat. Cuius problematis solutio e solutione nostra hunc in modum fluit.

Nam e conditione inter variabiles stabilita

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \dots + x_n x_n = y_1 y_1 + y_2 y_2 + \dots + y_n y_n = 1$$

sequitur

$$V = G_m + (G_1 - G_m) y_1 y_1 + (G_2 - G_m) y_2 y_2 + \dots + (G_n - G_m) y_n y_n.$$

Unde, si G_m est maxima quantitatum $G_1, G_2, \dots, G_n$, erit G_m maximus valor ipsius V; quoties G_m est minima quantitatum $G_1, G_2, \dots, G_n$, erit G_m minimus valor ipsius V. Quem induit V valorem, variabilibus y_1, y_2 etc. praeter y_m evanescentibus omnibus, unde fieri debet $y_m = 1$. Hinc autem prodeunt valores

$$x_1 = \alpha_1^{(m)}, \quad x_2 = \alpha_2^{(m)}, \quad \dots, \quad x_n = \alpha_n^{(m)}.$$

Unde videmus, investigationem valorum variabilium $x_1, x_2, \dots, x_n$, qui ipsam V maximam minimamve reddant, eandem esse atque coëfficientium $\alpha_1^{(m)}, \alpha_2^{(m)}, \dots, \alpha_n^{(m)}$; atque investigationem valoris maximi aut minimi ipsius V eandem atque quantitatum G_m.

Per regulas notas in theoria maximi et minimi, in auxilium vocato multiplicatore μ, determinantur valores quaesiti ipsarum $x_\varkappa$ per aequationes

$$\frac{\partial V}{\partial x_1} = \mu x_1, \quad \frac{\partial V}{\partial x_2} = \mu x_2, \quad \dots, \quad \frac{\partial V}{\partial x_n} = \mu x_n.$$

Fit autem

$$\frac{\partial V}{\partial x_\lambda} = 2[a_{\lambda,1} x_1 + a_{\lambda,2} x_2 + \dots + a_{\lambda,n} x_n].$$

Unde habetur aequatio

$$\frac{\mu}{2}\cdot x_\lambda = a_{\lambda,1}x_1 + a_{\lambda,2}x_2 + \cdots + a_{\lambda,n}x_n.$$

Quae eadem est atque (13), si insuper ponitur $\frac{\mu}{2} = G_m$. Ad quas igitur aequationes, quibus solutio problematis continetur, hic sine ullo calculo pervenitur.

12.

Sub finem formas quasdam speciales datae functionis transformandae V consideremus, pro quibus aequationi algebraicae, a cuius resolutione problema pendet, nec non valoribus coëfficientium substitutionis adhibendae maior concinnitas conciliatur.

Supponamus primum, datam functionem V compositam esse ex ipsis variabilium quadratis atque insuper e quadrato functionis linearis variabilium cuiuslibet; sive sit

$$V = A_1 x_1 x_1 + A_2 x_2 x_2 + \cdots + A_n x_n x_n + [a_1 x_1 + a_2 x_2 + \cdots + a_n x_n]^2.$$

Hoc casu fit

$$a_{\varkappa,\varkappa} = A_\varkappa + a_\varkappa a_\varkappa; \qquad a_{\varkappa,\lambda} = a_\varkappa a_\lambda;$$

unde aequatio §. 7 proposita:

$$w_\varkappa = a_{\varkappa,1}x_1 + a_{\varkappa,2}x_2 + \cdots + a_{\varkappa,n}x_n$$

in sequentem abit:

$$w_\varkappa = a_\varkappa u + A_\varkappa x_\varkappa,$$

siquidem statuitur:

$$u = a_1 x_1 + a_2 x_2 + \cdots + a_n x_n.$$

Hinc habetur

$$x_\varkappa = \frac{w_\varkappa - a_\varkappa u}{A_\varkappa},$$

quo valore ipsarum $x_\varkappa$ in aequatione antecedente substituto, prodit

$$u = \frac{a_1 w_1}{A_1} + \frac{a_2 w_2}{A_2} + \cdots + \frac{a_n w_n}{A_n} - \left[\frac{a_1 a_1}{A_1} + \frac{a_2 a_2}{A_2} + \cdots + \frac{a_n a_n}{A_n}\right] u,$$

sive

$$Pu = \frac{a_1 w_1}{A_1} + \frac{a_2 w_2}{A_2} + \cdots + \frac{a_n w_n}{A_n},$$

siquidem statuitur:

$$P = 1 + \frac{a_1 a_1}{A_1} + \frac{a_2 a_2}{A_2} + \cdots + \frac{a_n a_n}{A_n}.$$

Hinc ipsam $x_\varkappa$ per $w_1, w_2, \ldots, w_n$ expressam habes per aequationem:

$$x_\varkappa = \frac{w_\varkappa}{A_\varkappa} - \frac{a_\varkappa}{PA_\varkappa}\left[\frac{a_1 w_1}{A_1} + \frac{a_2 w_2}{A_2} + \cdots + \frac{a_n w_n}{A_n}\right],$$

unde, multiplicatione facta per $A_1 A_2 \dots A_n P$, fit

$$A_1 A_2 \dots A_n . P . x_\varkappa = \frac{A_1 A_2 \dots A_n}{A_\varkappa}\left[P w_\varkappa - a_\varkappa\left(\frac{a_1 w_1}{A_1} + \frac{a_2 w_2}{A_2} + \dots + \frac{a_n w_n}{A_n}\right)\right].$$

Hac aequatione comparata cum sequente, §. 7 proposita,

$$x_\varkappa . \Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n} = b_{\varkappa,1} w_1 + b_{\varkappa,2} w_2 + \dots + b_{\varkappa,n} w_n,$$

facile probatur, haberi:

$$\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n} = A_1 A_2 \dots A_n . P,$$

unde etiam:

$$b_{\varkappa,\lambda} = -A_1 A_2 \dots A_n . \frac{a_\varkappa a_\lambda}{A_\varkappa A_\lambda},$$

$$b_{\varkappa,\varkappa} = \frac{A_1 A_2 \dots A_n}{A_\varkappa}\left[P - \frac{a_\varkappa a_\varkappa}{A_\varkappa}\right].$$

Quamvis enim utramque aequationem comparando, tantum aequalitatem habes fractionum:

$$\frac{b_{\varkappa,\lambda}}{\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n}} = \frac{-\dfrac{A_1 A_2 \dots A_n a_\varkappa a_\lambda}{A_\varkappa A_\lambda}}{A_1 A_2 \dots A_n . P},$$

$$\frac{b_{\varkappa,\varkappa}}{\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n}} = \frac{\dfrac{A_1 A_2 \dots A_n}{A_\varkappa}\left(P - \dfrac{a_\varkappa a_\varkappa}{A_\varkappa}\right)}{A_1 A_2 \dots A_n . P},$$

tamen, cum in singulis fractionibus numerator et denominator sint functiones integrae, quae factorem communem non habent, separatim aequales ponere licet numeratores et denominatores. Nam eo casu et numeratores et denominatores tantum factore numerico inter se differre possunt, quem factorem vel ex unius termini comparatione cognoscas. Ita habes in expressione $\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n}$ unicum terminum $a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n}$, de quo, posito $a_{\varkappa,\varkappa} = a_\varkappa a_\varkappa + A_\varkappa$, productum $A_1 A_2 \dots A_n$ provenit; qui cum etiam sit terminus expressionis $A_1 A_2 \dots A_n . P$, ex unius huius termini aequalitate cognoscis, nec factore numerico expressiones illas differre; ideoque, sicuti proposuimus, numeratores illos et denominatores exacte aequales esse. Demonstrationes similes in sequentibus brevitatis causa supprimo.

Demonstravimus §. 8, expressionem

$$\Gamma = (G_1 - x)(G_2 - x) \dots (G_n - x)$$

prodire ex expressione $\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n}$, mutato $a_{\varkappa,\varkappa}$ in $a_{\varkappa,\varkappa} - x$; quod casu nostro idem est ac si mutamus $A_\varkappa$ in $A_\varkappa - x$. Hinc cum substituto valore ipsius P habeatur:

$$\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n} = A_1 A_2 \dots A_n\left[1 + \frac{a_1 a_1}{A_1} + \frac{a_2 a_2}{A_2} + \dots + \frac{a_n a_n}{A_n}\right],$$

obtinemus:

$$\begin{aligned}\Gamma &= (G_1-x)(G_2-x)\dots(G_n-x)\\ &= (A_1-x)(A_2-x)\dots(A_n-x)\left[1+\frac{a_1a_1}{A_1-x}+\frac{a_2a_2}{A_2-x}+\dots+\frac{a_na_n}{A_n-x}\right].\end{aligned}$$

Unde eo casu, quem consideramus, aequatio n^{ti} gradus, cuius radices sunt $G_1, G_2, \dots, G_n$, induit formam elegantem:

$$0 = 1+\frac{a_1a_1}{A_1-x}+\frac{a_2a_2}{A_2-x}+\dots+\frac{a_na_n}{A_n-x}.$$

Statuimus porro §. 9, mutato $a_{\varkappa,\varkappa}$ in $a_{\varkappa,\varkappa}-G_m$, abire $b_{\varkappa,\lambda}$ in $B^{(m)}_{\varkappa,\lambda}$; quod casu nostro idem est ac si mutetur $A_\varkappa$ in $A_\varkappa-G_m$; quo facto expressio P evanescit. Hinc, sive $\varkappa$, λ iidem sive diversi sint, e valoribus inventis ipsarum $b_{\varkappa,\lambda}$ habemus:

$$B^{(m)}_{\varkappa,\lambda} = -a_\varkappa a_\lambda\cdot\frac{(A_1-G_m)(A_2-G_m)\dots(A_n-G_m)}{(A_\varkappa-G_m)(A_\lambda-G_m)}.$$

Unde, inventis valoribus ipsarum $G_1, G_2, \dots, G_n$, dantur per (33) §. 9 coëfficientes propositi ope formulae generalis valde concinnae:

$$\alpha^{(m)}_\varkappa\alpha^{(m)}_\lambda = -\frac{a_\varkappa a_\lambda}{(A_\varkappa-G_m)(A_\lambda-G_m)}\cdot\frac{(A_1-G_m)(A_2-G_m)\dots(A_n-G_m)}{(G_1-G_m)(G_2-G_m)\dots(G_n-G_m)},$$

quae et ipsa valet formula, sive $\varkappa$, λ diversi sint, sive aequales.

Si valores expressionum $\alpha^{(m)}_\varkappa\alpha^{(m)}_\lambda$ per unicam G_m exhiberi placet, observo, differentiata aequatione

$$\frac{(G_1-x)(G_2-x)\dots(G_n-x)}{(A_1-x)(A_2-x)\dots(A_n-x)} = 1+\frac{a_1a_1}{A_1-x}+\frac{a_2a_2}{A_2-x}+\dots+\frac{a_na_n}{A_n-x},$$

ac posito post differentiationem $x = G_m$, haberi:

$$-\frac{(G_1-G_m)(G_2-G_m)\dots(G_n-G_m)}{(A_1-G_m)(A_2-G_m)\dots(A_n-G_m)} = \left(\frac{a_1}{A_1-G_m}\right)^2+\left(\frac{a_2}{A_2-G_m}\right)^2+\dots+\left(\frac{a_n}{A_n-G_m}\right)^2.$$

Unde fit:

$$\alpha^{(m)}_\varkappa\alpha^{(m)}_\lambda = \frac{a_\varkappa a_\lambda}{(A_\varkappa-G_m)(A_\lambda-G_m)}\cdot\frac{1}{\dfrac{a_1a_1}{(A_1-G_m)^2}+\dfrac{a_2a_2}{(A_2-G_m)^2}+\dots+\dfrac{a_na_n}{(A_n-G_m)^2}}.$$

Posito $\lambda = \varkappa$, ex hac formula fluit:

$$\begin{aligned}\alpha^{(m)}_\varkappa &= \frac{a_\varkappa}{A_\varkappa-G_m}\cdot\sqrt{-\frac{(A_1-G_m)(A_2-G_m)\dots(A_n-G_m)}{(G_1-G_m)(G_2-G_m)\dots(G_n-G_m)}}\\ &= \frac{a_\varkappa}{A_\varkappa-G_m}\cdot\frac{1}{\sqrt{\dfrac{a_1a_1}{(A_1-G_m)^2}+\dfrac{a_2a_2}{(A_2-G_m)^2}+\dots+\dfrac{a_na_n}{(A_n-G_m)^2}}}.\end{aligned}$$

Unde *substitutio, qua adhibita obtinetur:*

$$A_1x_1x_1+A_2x_2x_2+\cdots+A_nx_nx_n+(a_1x_1+a_2x_2+\cdots+a_nx_n)^2 = G_1y_1y_1+G_2y_2y_2+\cdots+G_ny_ny_n,$$

designantibus $G_1, G_2, \ldots, G_n$ *radices aequationis:*

$$0 = 1+\frac{a_1a_1}{A_1-x}+\frac{a_2a_2}{A_2-x}+\cdots+\frac{a_na_n}{A_n-x},$$

fit:

$$\sqrt{\frac{a_1a_1}{(A_1-G_m)^2}+\frac{a_2a_2}{(A_2-G_m)^2}+\cdots+\frac{a_na_n}{(A_n-G_m)^2}}\cdot y_m$$
$$= \frac{a_1x_1}{A_1-G_m}+\frac{a_2x_2}{A_2-G_m}+\cdots+\frac{a_nx_n}{A_n-G_m}.$$

13.

Forma aequationis n^{ti} gradus:

$$0 = 1+\frac{a_1a_1}{A_1-x}+\frac{a_2a_2}{A_2-x}+\cdots+\frac{a_na_n}{A_n-x},$$

a cuius resolutione problema pendet, eo commodo gaudet, ut ipso intuitu pateat, radices eius omnes esse reales, adeoque earum limites assignari possint.

Statuamus, esse

$$A_1 > A_2 > \cdots > A_{n-1} > A_n,$$

ita ut

$$A_1-A_2,\quad A_2-A_3,\quad \ldots,\quad A_{n-1}-A_n$$

sint quantitates positivae. Quo statuto, videmus, decrescente x a $A_\varkappa$ usque ad $A_{\varkappa+1}$, simul expressionem

$$1+\frac{a_1a_1}{A_1-x}+\frac{a_2a_2}{A_2-x}+\cdots+\frac{a_na_n}{A_n-x}$$

decrescere a $+\infty$ usque ad $-\infty$; unde inter $A_\varkappa$ et $A_{\varkappa+1}$ una certe radix aequationis propositae iacet. Porro decrescente x a $+\infty$ usque ad A_1, decrescit expressio proposita a $+1$ usque ad $-\infty$, unde etiam inter $+\infty$ et A_1 radix aequationis posita est. Hinc omnes aequationis propositae radices et reales sunt, et singulae positae sunt in singulis intervallis seriei

$$+\infty,\quad A_1,\quad A_2,\quad \ldots,\quad A_n.$$

E limitibus assignatis facile etiam patet, quot aequationis propositae radices positivae, quot negativae sint. Statuamus eum in finem, e quantitatibus $A_1, A_2, \ldots, A_n$ esse m positivas, $n-m$ negativas, ita ut e quantitatibus A_m, A_{m+1} se proxime insequentibus altera positiva, altera negativa sit. Quo statuto,

facile probatur, prout expressio

$$1+\frac{a_1 a_1}{A_1}+\frac{a_2 a_2}{A_2}+\cdots+\frac{a_n a_n}{A_n}$$

aut positiva aut negativa sit, radicem inter A_m et A_{m+1} positam aut negativam aut positivam esse; ideoque e radicibus aequationis propositae aut esse m positivas, $n-m$ negativas, aut $m+1$ positivas, $n-m-1$ negativas.

Quoties e quantitatibus $A_1, A_2, \ldots, A_n$ plures inter se aequales existunt, patet, aequationem propositam ad minorem gradum ascendere quam n^{tum}, videlicet ad $(n-\varkappa+1)^{\text{tum}}$, si $\varkappa$ est numerus quantitatum illarum inter se aequalium. Quod etiam ex ipso problemate proposito hunc in modum patet.

Sit enim $A_1 = A_2 = \cdots = A_\varkappa$: licet infinitis modis quantitates $x_1, x_2, \ldots, x_\varkappa$ lineariter exprimere per alias $y_1, y_2, \ldots, y_{\varkappa-1}, \xi_\varkappa$, ita ut sit:

$$x_1 x_1+x_2 x_2+\cdots+x_\varkappa x_\varkappa = y_1 y_1+y_2 y_2+\cdots+y_{\varkappa-1} y_{\varkappa-1}+\xi_\varkappa \xi_\varkappa$$

simulque:

$$a_1 x_1+a_2 x_2+\cdots+a_\varkappa x_\varkappa = \sqrt{a_1 a_1+a_2 a_2+\cdots+a_\varkappa a_\varkappa}\,.\,\xi_\varkappa.$$

Hinc data functio V induit formam sequentem:

$$\begin{aligned} V = {} & A_\varkappa(y_1 y_1+y_2 y_2+\cdots+y_{\varkappa-1} y_{\varkappa-1}+\xi_\varkappa \xi_\varkappa)+A_{\varkappa+1} x_{\varkappa+1} x_{\varkappa+1}+\cdots+A_n x_n x_n \\ & +\left[\sqrt{a_1 a_1+a_2 a_2+\cdots+a_\varkappa a_\varkappa}\,.\,\xi_\varkappa+a_{\varkappa+1} x_{\varkappa+1}+\cdots+a_n x_n\right]^2. \end{aligned}$$

Unde si per transformationem secundam applicatam ad variabiles $\xi_\varkappa, x_{\varkappa+1}, \ldots, x_n$, efficimus:

$$\xi_\varkappa \xi_\varkappa+x_{\varkappa+1} x_{\varkappa+1}+\cdots+x_n x_n = y_\varkappa y_\varkappa+y_{\varkappa+1} y_{\varkappa+1}+\cdots+y_n y_n,$$

$$\begin{aligned} A_\varkappa \xi_\varkappa \xi_\varkappa+A_{\varkappa+1} x_{\varkappa+1} x_{\varkappa+1}+\cdots+A_n x_n x_n+\left[\sqrt{a_1 a_1+\cdots+a_\varkappa a_\varkappa}\,.\,\xi_\varkappa+a_{\varkappa+1} x_{\varkappa+1}+\cdots+a_n x_n\right]^2 \\ = G_\varkappa y_\varkappa y_\varkappa+G_{\varkappa+1} y_{\varkappa+1} y_{\varkappa+1}+\cdots+G_n y_n y_n, \end{aligned}$$

habetur:

$$x_1 x_1+x_2 x_2+\cdots+x_n x_n = y_1 y_1+y_2 y_2+\cdots+y_n y_n,$$

$$V = A_\varkappa(y_1 y_1+y_2 y_2+\cdots+y_{\varkappa-1} y_{\varkappa-1})+G_\varkappa y_\varkappa y_\varkappa+G_{\varkappa+1} y_{\varkappa+1} y_{\varkappa+1}+\cdots+G_n y_n y_n,$$

designantibus $G_\varkappa, G_{\varkappa+1}, \ldots, G_n$ radices aequationis:

$$0 = 1+\frac{a_1 a_1+\cdots+a_\varkappa a_\varkappa}{A_\varkappa-x}+\frac{a_{\varkappa+1} a_{\varkappa+1}}{A_{\varkappa+1}-x}+\cdots+\frac{a_n a_n}{A_n-x},$$

quae est aequatio $(n-\varkappa+1)^{\text{ti}}$ gradus. Reliquas igitur quantitates $G_1, G_2, \ldots, G_{\varkappa-1}$ videmus aequales fieri ipsi $A_\varkappa$. Simul patet, eo casu, de quo agimus, substitutionem adhibendam plane determinatam non esse; cum transformatio prior supposita infinitis modis succedat.

14.

Si solutionem problematis generalis pro $n-1$ variabilibus notam supponis, eius ope problema pro n variabilibus facile revocatur ad eum casum, quem antecedentibus consideravimus.

Eum in finem observo, functionem

$$V = \sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda,$$

in qua ipsis $\varkappa$, λ valores omnes $1, 2, \ldots, n$ tribuuntur, ita repraesentari posse:

$$V = \left[\frac{a_{1,n}x_1 + a_{2,n}x_2 + \cdots + a_{n-1,n}x_{n-1}}{m} + m x_n\right]^2 + (a_{n,n} - mm) x_n x_n + \sum_{\varkappa,\lambda}\left(a_{\varkappa,\lambda} - \frac{a_{\varkappa,n}a_{\lambda,n}}{mm}\right) x_\varkappa x_\lambda,$$

in qua expressione designat m factorem constantem prorsus arbitrarium, atque numeris $\varkappa$, λ tribuendi sunt valores $1, 2, \ldots, n-1$.

Jam per substitutiones lineares efficiamus:

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \cdots + x_{n-1} x_{n-1} = \xi_1 \xi_1 + \xi_2 \xi_2 + \cdots + \xi_{n-1} \xi_{n-1},$$

$$\sum_{\varkappa,\lambda}\left(a_{\varkappa,\lambda} - \frac{a_{\varkappa,n}a_{\lambda,n}}{mm}\right) x_\varkappa x_\lambda = F_1 \xi_1 \xi_1 + F_2 \xi_2 \xi_2 + \cdots + F_{n-1} \xi_{n-1} \xi_{n-1}.$$

Unde functio V formam induit:

$$V = [c_1 \xi_1 + c_2 \xi_2 + \cdots + c_{n-1} \xi_{n-1} + m x_n]^2$$
$$+ F_1 \xi_1 \xi_1 + F_2 \xi_2 \xi_2 + \cdots + F_{n-1} \xi_{n-1} \xi_{n-1} + (a_{n,n} - mm) x_n x_n,$$

quae ipsa est forma, quam antecedentibus consideravimus. Unde si per transformationem secundam efficimus:

$$\xi_1 \xi_1 + \xi_2 \xi_2 + \cdots + \xi_{n-1} \xi_{n-1} + x_n x_n = y_1 y_1 + y_2 y_2 + \cdots + y_n y_n,$$

simulque:

$$V = G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 + \cdots + G_n y_n y_n;$$

duae substitutiones iunctae suppeditabunt propositam, eruntque $G_1, G_2, \ldots, G_n$ radices aequationis n^{ti} gradus:

$$0 = 1 + \frac{c_1 c_1}{F_1 - x} + \frac{c_2 c_2}{F_2 - x} + \cdots + \frac{c_{n-1} c_{n-1}}{F_{n-1} - x} + \frac{mm}{a_{n,n} - mm - x}.$$

Observavimus §. antecedente, ex eiusmodi aequatione vel ipso intuitu sequi, eius radices omnes esse reales, siquidem constantes, quae eam afficiunt, reales sunt. Unde per considerationes antecedentes demonstratum est, si problema pro $n-1$ variabilibus solutionem semper realem habet, etiam pro n variabilibus solutionem problematis semper realem fore. Hinc petitur demonstratio nova, quod problema propositum solutione semper reali gaudet, quippe quod pro valoribus $n = 2$, $n = 3$ facile probatur.

Quantitas m in antecedentibus prorsus arbitraria erat; consideramus casum, quo in infinitum crescit. Eo casu, si statuimus, expressionem

$$\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n-1,n-1},$$

mutato $a_{\varkappa,\varkappa}$ in $a_{\varkappa,\varkappa} - x$, abire in $B_{n,n}$, erunt $F_1, F_2, \dots, F_{n-1}$ radices aequationis $B_{n,n} = 0$; porro $a_{n,n} - mm$ abit in $-\infty$. Iam vero e §. antecedente, siquidem $F_1, F_2, \dots, F_{n-1}$ magnitudine se excipiunt, quantitates $G_1, G_2, \dots, G_n$ positae erunt in intervallis seriei

$$+\infty, \quad F_1, \quad F_2, \quad \dots, \quad F_{n-1}, \quad a_{n,n} - mm$$

singulae in singulis. Unde, posito $m = \infty$, sequitur, radices aequationis $\varGamma = 0$ sive quantitates $G_1, G_2, \dots, G_n$ positas esse singulas inter binas radices aequationis $B_{n,n} = 0$, magnitudine se proxime insequentes; praeter maximam, pro qua altera limes est $+\infty$, et minimam, pro qua altera limes est $-\infty$. Quod et ipsum alio modo demonstravit Cl. Cauchy. Idem etiam hunc in modum e formulis supra traditis derivari potest.

Sequitur enim ex algorithmis notis algebraicis, si notationem §. 7 rursus adhibemus,

$$b_{n,n} = \Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n-1,n-1}.$$

Unde, si ponitur $x = G_m$, abit $B_{n,n}$ in $B_{n,n}^{(m)}$. Erat autem

$$\alpha_n^{(m)} \alpha_n^{(m)} = -\frac{B_{n,n}^{(m)}}{\varGamma'},$$

siquidem $\varGamma' = \frac{d\varGamma}{dx}$, et post differentiationem ponitur $x = G_m$. Iam si in expressione $\varGamma'$ substituimus loco x radices aequationis $\varGamma = 0$ eo ordine, quo magnitudine se excipiunt, eius valores alternatim positivae et negativae fiunt, quod e theoria aequationum liquet. Unde, cum $\alpha_n^{(m)} \alpha_n^{(m)}$ semper positivum sit, etiam valores ipsius $B_{n,n}$ alternatim negativae et positivae erunt. Unde singulae radices aequationis $B_{n,n} = 0$ positae sunt inter binas radices aequationis $\varGamma = 0$ se proxime insequentes, ideoque vice versa singulae radices aequationis $\varGamma = 0$ inter binas aequationis $B_{n,n} = 0$, se proxime insequentes, advocatis insuper limitibus extremis $+\infty$ et $-\infty$.

Casu trium variabilium functio V in formam illam specialem, quam antecedentibus consideravimus, semper redigi potest. Sit enim:

$$V = l x_1 x_1 + m x_2 x_2 + n x_3 x_3 + 2l' x_2 x_3 + 2m' x_3 x_1 + 2n' x_1 x_2,$$

ac supponamus, $l'm'n'$ esse positivum; ubi $l'm'n'$ esset negativum, loco V tan-

tum $-V$ considerari deberet. Expressione illa ipsius V comparata cum sequente

$$V = A_1 x_1 x_1 + A_2 x_2 x_2 + A_3 x_3 x_3 + (a_1 x_1 + a_2 x_2 + a_3 x_3)^2,$$

habetur:

$$a_1 = \sqrt{\frac{m'n'}{l'}}, \qquad a_2 = \sqrt{\frac{n'l'}{m'}}, \qquad a_3 = \sqrt{\frac{l'm'}{n'}},$$
$$A_1 = l - \frac{m'n'}{l'}, \quad A_2 = m - \frac{n'l'}{m'}, \quad A_3 = n - \frac{l'm'}{n'}.$$

Hinc aequatio cubica resolvenda fit:

$$0 = 1 + \frac{m'n'}{l'(l-x) - m'n'} + \frac{n'l'}{m'(m-x) - n'l'} + \frac{l'm'}{n'(n-x) - l'm'},$$

cuius radices ipso intuitu patet esse reales, quod olim non nisi per ambages a viris doctis demonstratum fuit, cum eadem aequatio sub forma exhibita esset sequente:

$$0 = (l-x)(m-x)(n-x) - l'l'(l-x) - m'm'(m-x) - n'n'(n-x) + 2l'm'n';$$

simulque patet ex illa forma, singulas radices positas esse inter binas quantitatum

$$\infty, \quad l - \frac{m'n'}{l'}, \quad m - \frac{n'l'}{m'}, \quad n - \frac{l'm'}{n'},$$

magnitudine se proxime insequentes; atque prout quantitas

$$1 + \frac{m'n'}{l'l - m'n'} + \frac{n'l'}{m'm - n'l'} + \frac{l'm'}{n'n - l'm'}$$

aut positiva aut negativa sit, aut tot esse radices positivas, quot e quantitatibus

$$l - \frac{m'n'}{l'}, \quad m - \frac{n'l'}{m'}, \quad n - \frac{l'm'}{n'}$$

positivae sint, aut numerum radicum positivarum illo numero unitate maiorem esse. Hinc proposita aequatione superficiei secundi ordinis, ad coordinatas orthogonales relata, facillime diiudicas, an superficies sit ellipsoida, an hyperboloida continua, an hyperboloida bipartita.

15.

Supponamus porro, quod est alterum exemplum, functionem V praeter quadrata variabilium adhuc constare quadratis duarum functionum linearium variabilium; sive sit:

$$V = A_1 x_1 x_1 + A_2 x_2 x_2 + \cdots + A_n x_n x_n$$
$$+ [a_1 x_1 + a_2 x_2 + \cdots + a_n x_n]^2 + [a'_1 x_1 + a'_2 x_2 + \cdots + a'_n x_n]^2.$$

Quo casu fit

$$a_{\varkappa,\varkappa} = A_\varkappa + a_\varkappa a_\varkappa + a'_\varkappa a'_\varkappa;$$
$$a_{\varkappa,\lambda} = a_\varkappa a_\lambda + a'_\varkappa a'_\lambda.$$

Hinc aequatio §. 7 proposita:

$$w_\varkappa = a_{\varkappa,1}x_1 + a_{\varkappa,2}x_2 + \cdots + a_{\varkappa,n}x_n,$$

haec fit:

$$w_\varkappa = A_\varkappa x_\varkappa + a_\varkappa u + a'_\varkappa u',$$

siquidem statuitur:

$$u = a_1 x_1 + a_2 x_2 + \cdots + a_n x_n,$$
$$u' = a'_1 x_1 + a'_2 x_2 + \cdots + a'_n x_n.$$

Hinc habetur:

$$x_\varkappa = \frac{1}{A_\varkappa}[w_\varkappa - a_\varkappa u - a'_\varkappa u'].$$

Quibus valoribus ipsarum $x_\varkappa$ in expressionibus ipsarum u, u' substitutis, prodit:

$$\frac{a_1 w_1}{A_1} + \frac{a_2 w_2}{A_2} + \cdots + \frac{a_n w_n}{A_n} = P u + P_1 u',$$
$$\frac{a'_1 w_1}{A_1} + \frac{a'_2 w_2}{A_2} + \cdots + \frac{a'_n w_n}{A_n} = P_1 u + P_{1,1} u',$$

siquidem ponitur:

$$P = 1 + \frac{a_1 a_1}{A_1} + \frac{a_2 a_2}{A_2} + \cdots + \frac{a_n a_n}{A_n},$$
$$P_1 = \frac{a_1 a'_1}{A_1} + \frac{a_2 a'_2}{A_2} + \cdots + \frac{a_n a'_n}{A_n},$$
$$P_{1,1} = 1 + \frac{a'_1 a'_1}{A_1} + \frac{a'_2 a'_2}{A_2} + \cdots + \frac{a'_n a'_n}{A_n}.$$

E duabus illis aequationibus fit:

$$[PP_{1,1} - P_1 P_1]u = P_{1,1}\left[\frac{a_1 w_1}{A_1} + \frac{a_2 w_2}{A_2} + \cdots + \frac{a_n w_n}{A_n}\right] - P_1\left[\frac{a'_1 w_1}{A_1} + \frac{a'_2 w_2}{A_2} + \cdots + \frac{a'_n w_n}{A_n}\right],$$
$$[PP_{1,1} - P_1 P_1]u' = P\left[\frac{a'_1 w_1}{A_1} + \frac{a'_2 w_2}{A_2} + \cdots + \frac{a'_n w_n}{A_n}\right] - P_1\left[\frac{a_1 w_1}{A_1} + \frac{a_2 w_2}{A_2} + \cdots + \frac{a_n w_n}{A_n}\right].$$

Substitutis autem valoribus ipsarum P, P_1, $P_{1,1}$, habetur:

$$= \frac{1 - \frac{p_1 q_1 \xi_1}{G_m - q_1 q_1} - \frac{p_2 q_2 \xi_2}{G_m - q_2 q_2} - \cdots - \frac{p_{n-1} q_{n-1} \xi_{n-1}}{G_m - q_{n-1} q_{n-1}}}{1 + \frac{p_1 \xi_1}{q_1} + \frac{p_2 \xi_2}{q_2} + \cdots + \frac{p_{n-1} \xi_{n-1}}{q_{n-1}}};$$

„*erit etiam:*

$$„\, v_1 v_1 + v_2 v_2 + \cdots + v_{n-1} v_{n-1} = 1;$$

„*ac habetur transformatio integralis multiplicis indefinita:*

$$„\, \int^{n-2} \frac{d\xi_1 \, d\xi_2 \ldots d\xi_{n-2}}{\xi_{n-1} [(p_1 + q_1 \xi_1)^2 + (p_2 + q_2 \xi_2)^2 + \cdots + (p_{n-1} + q_{n-1} \xi_{n-1})^2]^{\frac{n-2}{2}}}$$

$$= \int^{n-2} \frac{dv_1 \, dv_2 \ldots dv_{n-2}}{v_{n-1} [G_1 v_1 v_1 + G_2 v_2 v_2 + \cdots + G_{n-1} v_{n-1} v_{n-1}]^{\frac{n-2}{2}}}.“$$

Addo, si integrale propositum extenditur ad valores omnes variabilium $\xi_1, \xi_2, \ldots, \xi_{n-1}$, qui satisfaciunt aequationi

$$\xi_1\xi_1+\xi_2\xi_2+\cdots+\xi_{n-1}\xi_{n-1} = 1,$$

etiam integrale transformatum extendi ad valores omnes variabilium v_1, $v_2, \ldots, v_{n-1}$, qui satisfaciunt aequationi

$$v_1v_1+v_2v_2+\cdots+v_{n-1}v_{n-1} = 1.$$

Applicatis quaestionibus algebraicis, quas problemate I. suscepimus, ad transformationem singularem integralium multiplicium: iam quaestionibus illis maiorem conciliemus generalitatem, proponendo binas simul functiones quaslibet homogeneas secundi ordinis per substitutiones lineares transformandas in alias, quae solis variabilium quadratis constant. Quarum functionum altera in problemate I. erat summa quadratorum variabilium, ideoque iam carebat productis e binis conflatis. Quod igitur problema considerari debet ut casus specialis problematis, quod sequentibus proponimus.

Problema III.

„*Datas binas quaslibet functiones V, W homogeneas secundi ordinis varia-*
„*bilium $x_1, x_2, \ldots, x_n$ per substitutiones lineares huiusmodi:*

$$\begin{aligned}
„x_1 &= \beta_1'y_1+\beta_1''y_2+\cdots+\beta_1^{(n)}y_n,\\
„x_2 &= \beta_2'y_1+\beta_2''y_2+\cdots+\beta_2^{(n)}y_n,\\
„&\ldots\ldots\ldots\ldots\\
„x_n &= \beta_n'y_1+\beta_n''y_2+\cdots+\beta_n^{(n)}y_n,
\end{aligned}$$

„*transformare in alias variabilium $y_1, y_2, \ldots, y_n$:*

$$\begin{aligned}
„V &= G_1y_1y_1+G_2y_2y_2+\cdots+G_ny_ny_n,\\
„W &= H_1y_1y_1+H_2y_2y_2+\cdots+H_ny_ny_n,
\end{aligned}$$

„*quae solis variabilium quadratis constant.*“

25.

Functiones V, W designemus hunc in modum:

$$V = \sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}x_\varkappa x_\lambda,$$
$$W = \sum_{\varkappa,\lambda} b_{\varkappa,\lambda}x_\varkappa x_\lambda,$$

quibus in summis numeris $\varkappa$, λ valores omnes tribuuntur $1, 2, \ldots, n$. Statuamus porro

$$a_{\varkappa,\lambda} = a_{\lambda,\varkappa}, \qquad b_{\varkappa,\lambda} = b_{\lambda,\varkappa},$$

ita ut termini in $x_\varkappa x_\lambda$ ducti, ubi $\varkappa$, λ diversi sunt, in functionibus illis sint

$$2a_{\varkappa,\lambda}x_\varkappa x_\lambda, \qquad 2b_{\varkappa,\lambda}x_\varkappa x_\lambda.$$

Supponamus, e substitutionibus propositis vice versa sequi:

$$\begin{aligned} y_1 &= \alpha'_1 x_1 + \alpha'_2 x_2 + \cdots + \alpha'_n x_n, \\ y_2 &= \alpha''_1 x_1 + \alpha''_2 x_2 + \cdots + \alpha''_n x_n, \\ &\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot \\ y_n &= \alpha^{(n)}_1 x_1 + \alpha^{(n)}_2 x_2 + \cdots + \alpha^{(n)}_n x_n. \end{aligned}$$

Quibus expressionibus variabilium $y_1, y_2, \ldots, y_n$ substitutis in aequationibus propositis:

$$(1) \qquad \begin{cases} V = \sum\limits_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}x_\varkappa x_\lambda = G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 + \cdots + G_n y_n y_n, \\ W = \sum\limits_{\varkappa,\lambda} b_{\varkappa,\lambda}x_\varkappa x_\lambda = H_1 y_1 y_1 + H_2 y_2 y_2 + \cdots + H_n y_n y_n, \end{cases}$$

singulos comparando terminos nanciscimur:

$$(2) \qquad \begin{cases} a_{\varkappa,\lambda} = G_1 \alpha'_\varkappa \alpha'_\lambda + G_2 \alpha''_\varkappa \alpha''_\lambda + \cdots + G_n \alpha^{(n)}_\varkappa \alpha^{(n)}_\lambda, \\ b_{\varkappa,\lambda} = H_1 \alpha'_\varkappa \alpha'_\lambda + H_2 \alpha''_\varkappa \alpha''_\lambda + \cdots + H_n \alpha^{(n)}_\varkappa \alpha^{(n)}_\lambda. \end{cases}$$

Determinantur autem coëfficientes $\alpha^{(m)}_\varkappa$ per coëfficientes substitutionum propositarum $\beta^{(m)}_\varkappa$, uti facile patet, per formulas

$$(3) \qquad \begin{cases} 1 = \alpha^{(\varkappa)}_1 \beta^{(\varkappa)}_1 + \alpha^{(\varkappa)}_2 \beta^{(\varkappa)}_2 + \cdots + \alpha^{(\varkappa)}_n \beta^{(\varkappa)}_n, \\ 0 = \alpha^{(\varkappa)}_1 \beta^{(\lambda)}_1 + \alpha^{(\varkappa)}_2 \beta^{(\lambda)}_2 + \cdots + \alpha^{(\varkappa)}_n \beta^{(\lambda)}_n, \end{cases}$$

in quarum postrema $\varkappa$, λ, diversi supponuntur. Hinc nanciscimur e (2):

$$(4) \qquad \begin{cases} \beta^{(\lambda)}_1 a_{\varkappa,1} + \beta^{(\lambda)}_2 a_{\varkappa,2} + \cdots + \beta^{(\lambda)}_n a_{\varkappa,n} = G_\lambda \alpha^{(\lambda)}_\varkappa, \\ \beta^{(\lambda)}_1 b_{\varkappa,1} + \beta^{(\lambda)}_2 b_{\varkappa,2} + \cdots + \beta^{(\lambda)}_n b_{\varkappa,n} = H_\lambda \alpha^{(\lambda)}_\varkappa. \end{cases}$$

Unde posito brevitatis causa

$$(5) \qquad H_\lambda a_{\varkappa,\varkappa'} - G_\lambda b_{\varkappa,\varkappa'} = I^{(\lambda)}_{\varkappa,\varkappa'} = I^{(\lambda)}_{\varkappa',\varkappa},$$

habetur e (4):

$$(6) \qquad I^{(\lambda)}_{\varkappa,1}\beta^{(\lambda)}_1 + I^{(\lambda)}_{\varkappa,2}\beta^{(\lambda)}_2 + \cdots + I^{(\lambda)}_{\varkappa,n}\beta^{(\lambda)}_n = 0.$$

Quae formula, posito $1, 2, \ldots, n$ loco $\varkappa$, suppeditat n aequationes sequentes:

$$(7) \qquad \begin{cases} I^{(\lambda)}_{1,1}\beta^{(\lambda)}_1 + I^{(\lambda)}_{1,2}\beta^{(\lambda)}_2 + \cdots + I^{(\lambda)}_{1,n}\beta^{(\lambda)}_n = 0, \\ I^{(\lambda)}_{2,1}\beta^{(\lambda)}_1 + I^{(\lambda)}_{2,2}\beta^{(\lambda)}_2 + \cdots + I^{(\lambda)}_{2,n}\beta^{(\lambda)}_n = 0, \\ \cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot \\ I^{(\lambda)}_{n,1}\beta^{(\lambda)}_1 + I^{(\lambda)}_{n,2}\beta^{(\lambda)}_2 + \cdots + I^{(\lambda)}_{n,n}\beta^{(\lambda)}_n = 0. \end{cases}$$

De quibus aequationibus eliminatis $\beta_1^{(\lambda)}, \beta_2^{(\lambda)}, \ldots, \beta_n^{(\lambda)}$, habes aequationem conditionalem

$$\Sigma \pm I_{1,1}^{(\lambda)} I_{2,2}^{(\lambda)} \ldots I_{n,n}^{(\lambda)} = 0. \tag{8}$$

De qua aequatione valorem expressionis

$$\frac{G_\lambda}{H_\lambda}$$

per resolutionem aequationis algebraicae n^{ti} ordinis eruis; cuius radices omnes obtines, ponendo pro λ valores $1, 2, \ldots, n$. Hinc si statuimus

$$I_{x,x'} = Ha_{x,x'} - Gb_{x,x'},$$

habetur aequatio respectu ipsarum G, H identica:

$$(9) \quad \begin{cases} \Sigma \pm I_{1,1} I_{2,2} \ldots I_{n,n} = \Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \ldots a_{n,n} \cdot \left(H - \frac{GH_1}{G_1}\right)\left(H - \frac{GH_2}{G_2}\right) \cdots \left(H - \frac{GH_n}{G_n}\right) \\ \qquad = \Sigma \pm b_{1,1} b_{2,2} \ldots b_{n,n} \cdot \left(\frac{G_1 H}{H_1} - G\right)\left(\frac{G_2 H}{H_2} - G\right) \cdots \left(\frac{G_n H}{H_n} - G\right). \end{cases}$$

E quantitatibus autem G_λ, H_λ alteram semper pro arbitrio accipere licet, quippe quarum rationem tantum problemate proposito determinari facile patet. E quibus cum etiam $I_{x,x'}^{(\lambda)}$ innotescat, e quibuslibet $n-1$ aequationibus, de aequationibus (7) desumtis, obtines rationes, in quibus sunt

$$\beta_1^{(\lambda)}, \quad \beta_2^{(\lambda)}, \quad \ldots, \quad \beta_n^{(\lambda)},$$

per ipsas $I_{x,x'}^{(\lambda)}$ rationaliter expressas. Unde ipsarum $\beta_x^{(\lambda)}$ valores facile derivantur.

Adnotemus adhuc formulas, quae e (2) sequuntur:

$$(10) \quad \begin{cases} a_{x,1} x_1 + a_{x,2} x_2 + \cdots + a_{x,n} x_n = G_1 \alpha'_x y_1 + G_2 \alpha''_x y_2 + \cdots + G_n \alpha_x^{(n)} y_n, \\ b_{x,1} x_1 + b_{x,2} x_2 + \cdots + b_{x,n} x_n = H_1 \alpha'_x y_1 + H_2 \alpha''_x y_2 + \cdots + H_n \alpha_x^{(n)} y_n. \end{cases}$$

26.

Eadem methodo, qua in problemate I. usi sumus, coëfficientium

$$\beta_1^{(\lambda)}, \quad \beta_2^{(\lambda)}, \quad \ldots, \quad \beta_n^{(\lambda)}$$

quadrata et binorum producta de formulis (7) derivantur. Supponamus enim aequationes

$$(11) \quad \begin{cases} I_{1,1}^{(\lambda)} u_1 + I_{1,2}^{(\lambda)} u_2 + \cdots + I_{1,n}^{(\lambda)} u_n = w_1, \\ I_{2,1}^{(\lambda)} u_1 + I_{2,2}^{(\lambda)} u_2 + \cdots + I_{2,n}^{(\lambda)} u_n = w_2, \\ \cdots\cdots\cdots\cdots\cdots \\ I_{n,1}^{(\lambda)} u_1 + I_{n,2}^{(\lambda)} u_2 + \cdots + I_{n,n}^{(\lambda)} u_n = w_n, \end{cases}$$

de quibus vice versa sequantur:

$$(12)\quad \begin{cases} K_{1,1}^{(\lambda)} w_1 + K_{2,1}^{(\lambda)} w_2 + \cdots + K_{n,1}^{(\lambda)} w_n = u_1 \Sigma \pm I_{1,1}^{(\lambda)} I_{2,2}^{(\lambda)} \ldots I_{n,n}^{(\lambda)}, \\ K_{1,2}^{(\lambda)} w_1 + K_{2,2}^{(\lambda)} w_2 + \cdots + K_{n,2}^{(\lambda)} w_n = u_2 \Sigma \pm I_{1,1}^{(\lambda)} I_{2,2}^{(\lambda)} \ldots I_{n,n}^{(\lambda)}, \\ \cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots \\ K_{1,n}^{(\lambda)} w_1 + K_{2,n}^{(\lambda)} w_2 + \cdots + K_{n,n}^{(\lambda)} w_n = u_n \Sigma \pm I_{1,1}^{(\lambda)} I_{2,2}^{(\lambda)} \ldots I_{n,n}^{(\lambda)}; \end{cases}$$

ubi ex iis, quae in problemate I. adnotavimus, fit rursus

$$K_{\varkappa,\varkappa'}^{(\lambda)} = K_{\varkappa',\varkappa}^{(\lambda)}.$$

His statutis, fit per eandem ratiocinationem, quam §. 9 adhibuimus,

$$(13)\quad \beta_{\varkappa}^{(\lambda)} \beta_{\varkappa'}^{(\lambda)} = p^{(\lambda)} K_{\varkappa,\varkappa'}^{(\lambda)},$$

multiplicatore $p^{(\lambda)}$ eodem manente pro omnibus valoribus indicum $\varkappa$, $\varkappa'$. Cuius ut eruatur valor, observo, per substitutiones propositas haberi e (1):

$$(14)\quad \begin{cases} \sum\limits_{\varkappa,\varkappa'} a_{\varkappa,\varkappa'} \beta_{\varkappa}^{(\lambda)} \beta_{\varkappa'}^{(\lambda)} = G_\lambda; \\ \sum\limits_{\varkappa,\varkappa'} b_{\varkappa,\varkappa'} \beta_{\varkappa}^{(\lambda)} \beta_{\varkappa'}^{(\lambda)} = H_\lambda; \end{cases}$$

porro, ubi λ, λ' sunt numeri diversi:

$$(15)\quad \begin{cases} \sum\limits_{\varkappa,\varkappa'} a_{\varkappa,\varkappa'} \beta_{\varkappa}^{(\lambda)} \beta_{\varkappa'}^{(\lambda')} = 0, \\ \sum\limits_{\varkappa,\varkappa'} b_{\varkappa,\varkappa'} \beta_{\varkappa}^{(\lambda)} \beta_{\varkappa'}^{(\lambda')} = 0. \end{cases}$$

Unde iam habetur e (13):

$$(16)\quad p^{(\lambda)} = \frac{G_\lambda}{\sum\limits_{\varkappa,\varkappa'} a_{\varkappa,\varkappa'} K_{\varkappa,\varkappa'}^{(\lambda)}} = \frac{H_\lambda}{\sum\limits_{\varkappa,\varkappa'} b_{\varkappa,\varkappa'} K_{\varkappa,\varkappa'}^{(\lambda)}}.$$

27.

Alium modum determinandi quantitates $\beta_{\varkappa}^{(\lambda)} \beta_{\varkappa'}^{(\lambda)}$ nancisceris differentiando aequationes (14) secundum constantes $a_{\varkappa,\varkappa'}$, $b_{\varkappa,\varkappa'}$, quae functiones V, W afficiunt. Eum in finem observo, fieri e (4):

$$(17)\quad \begin{cases} \sum\limits_{\varkappa,\varkappa'} a_{\varkappa,\varkappa'} \partial . \beta_{\varkappa}^{(\lambda)} \beta_{\varkappa'}^{(\lambda)} = 2 \sum\limits_{\varkappa} (\partial \beta_{\varkappa}^{(\lambda)} \sum\limits_{\varkappa'} a_{\varkappa,\varkappa'} \beta_{\varkappa'}^{(\lambda)}) = 2 G_\lambda \sum\limits_{\varkappa} \alpha_{\varkappa}^{(\lambda)} \partial \beta_{\varkappa}^{(\lambda)}, \\ \sum\limits_{\varkappa,\varkappa'} b_{\varkappa,\varkappa'} \partial . \beta_{\varkappa}^{(\lambda)} \beta_{\varkappa'}^{(\lambda)} = 2 \sum\limits_{\varkappa} (\partial \beta_{\varkappa}^{(\lambda)} \sum\limits_{\varkappa'} b_{\varkappa,\varkappa'} \beta_{\varkappa'}^{(\lambda)}) = 2 H_\lambda \sum\limits_{\varkappa} \alpha_{\varkappa}^{(\lambda)} \partial \beta_{\varkappa}^{(\lambda)}. \end{cases}$$

Unde habes, differentiando (14) secundum $a_{\varkappa,\varkappa}$, $b_{\varkappa,\varkappa}$:

$$(18)\quad \begin{cases} \dfrac{\partial G_\lambda}{\partial a_{\varkappa,\varkappa}} = \beta_\varkappa^{(\lambda)}\beta_\varkappa^{(\lambda)} + 2G_\lambda \sum\limits_\varkappa \alpha_\varkappa^{(\lambda)} \dfrac{\partial \beta_\varkappa^{(\lambda)}}{\partial a_{\varkappa,\varkappa}}, \\ \dfrac{\partial H_\lambda}{\partial a_{\varkappa,\varkappa}} = \qquad 2H_\lambda \sum\limits_\varkappa \alpha_\varkappa^{(\lambda)} \dfrac{\partial \beta_\varkappa^{(\lambda)}}{\partial a_{\varkappa,\varkappa}}, \\ \dfrac{\partial G_\lambda}{\partial b_{\varkappa,\varkappa}} = \qquad 2G_\lambda \sum\limits_\varkappa \alpha_\varkappa^{(\lambda)} \dfrac{\partial \beta_\varkappa^{(\lambda)}}{\partial b_{\varkappa,\varkappa}}, \\ \dfrac{\partial H_\lambda}{\partial b_{\varkappa,\varkappa}} = \beta_\varkappa^{(\lambda)}\beta_\varkappa^{(\lambda)} + 2H_\lambda \sum\limits_\varkappa \alpha_\varkappa^{(\lambda)} \dfrac{\partial \beta_\varkappa^{(\lambda)}}{\partial b_{\varkappa,\varkappa}}; \end{cases}$$

porro, quoties $\varkappa$ et $\varkappa'$ diversi sunt:

$$(19)\quad \begin{cases} \dfrac{\partial G_\lambda}{\partial a_{\varkappa,\varkappa'}} = 2\beta_\varkappa^{(\lambda)}\beta_{\varkappa'}^{(\lambda)} + 2G_\lambda \sum\limits_\varkappa \alpha_\varkappa^{(\lambda)} \dfrac{\partial \beta_\varkappa^{(\lambda)}}{\partial a_{\varkappa,\varkappa'}}, \\ \dfrac{\partial H_\lambda}{\partial a_{\varkappa,\varkappa'}} = \qquad 2H_\lambda \sum\limits_\varkappa \alpha_\varkappa^{(\lambda)} \dfrac{\partial \beta_\varkappa^{(\lambda)}}{\partial a_{\varkappa,\varkappa'}}, \\ \dfrac{\partial G_\lambda}{\partial b_{\varkappa,\varkappa'}} = \qquad 2G_\lambda \sum\limits_\varkappa \alpha_\varkappa^{(\lambda)} \dfrac{\partial \beta_\varkappa^{(\lambda)}}{\partial b_{\varkappa,\varkappa'}}, \\ \dfrac{\partial H_\lambda}{\partial b_{\varkappa,\varkappa'}} = 2\beta_\varkappa^{(\lambda)}\beta_{\varkappa'}^{(\lambda)} + 2H_\lambda \sum\limits_\varkappa \alpha_\varkappa^{(\lambda)} \dfrac{\partial \beta_\varkappa^{(\lambda)}}{\partial b_{\varkappa,\varkappa'}}. \end{cases}$$

E (18) sequitur:

$$(20)\qquad \beta_\varkappa^{(\lambda)}\beta_\varkappa^{(\lambda)} = \frac{H_\lambda \dfrac{\partial G_\lambda}{\partial a_{\varkappa,\varkappa}} - G_\lambda \dfrac{\partial H_\lambda}{\partial a_{\varkappa,\varkappa}}}{H_\lambda} = \frac{G_\lambda \dfrac{\partial H_\lambda}{\partial b_{\varkappa,\varkappa}} - H_\lambda \dfrac{\partial G_\lambda}{\partial b_{\varkappa,\varkappa}}}{G_\lambda};$$

e (19) sequitur:

$$(21)\qquad \beta_\varkappa^{(\lambda)}\beta_{\varkappa'}^{(\lambda)} = \frac{H_\lambda \dfrac{\partial G_\lambda}{\partial a_{\varkappa,\varkappa'}} - G_\lambda \dfrac{\partial H_\lambda}{\partial a_{\varkappa,\varkappa'}}}{2H_\lambda} = \frac{G_\lambda \dfrac{\partial H_\lambda}{\partial b_{\varkappa,\varkappa'}} - H_\lambda \dfrac{\partial G_\lambda}{\partial b_{\varkappa,\varkappa'}}}{2G_\lambda}.$$

Quae sunt formulae quaesitae. E quibus videmus, etiam hic, uti in problemate I. magis speciali, unica formata aequatione n^{ti} gradus, cuius radices sunt

$$\frac{G_\lambda}{H_\lambda},$$

totum confici problema. Videlicet per differentialia partialia harum quantitatum, sumta secundum constantes, quae alterutram functionem propositam afficiunt, statim habentur e (20), (21) quantitates

$$\beta_\varkappa^{(\lambda)}\beta_\varkappa^{(\lambda)}, \quad \beta_\varkappa^{(\lambda)}\beta_{\varkappa'}^{(\lambda)},$$

unde per extractionem radicis quadraticae ipsi substitutionis propositae coëfficientes $\beta_\varkappa^{(\lambda)}$ prodeunt.

28.

Valores expressionum

$$H_\lambda \partial G_\lambda - G_\lambda \partial H_\lambda$$

ex aequatione, cuius radices sunt $\frac{G_\lambda}{H_\lambda}$, invenimus hunc in modum. Sit brevitatis causa:

$$(22)\qquad \begin{cases} \Sigma \pm I_{1,1} I_{2,2} \dots I_{n,n} = I, \\ \Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n} = A, \\ \Sigma \pm b_{1,1} b_{2,2} \dots b_{n,n} = B; \end{cases}$$

est e (9):

$$(23)\qquad \begin{cases} I = A\left(H - \frac{GH_1}{G_1}\right)\left(H - \frac{GH_2}{G_2}\right)\dots\left(H - \frac{GH_n}{G_n}\right) \\ \quad = B\left(\frac{G_1 H}{H_1} - G\right)\left(\frac{G_2 H}{H_2} - G\right)\dots\left(\frac{G_n H}{H_n} - G\right), \end{cases}$$

quae aequationes respectu ipsarum G, H identicae sunt. De quibus cum sequatur:

$$(24)\qquad \frac{A}{B} = \frac{G_1 G_2 \dots G_n}{H_1 H_2 \dots H_n},$$

simul statuere licet:

$$(25)\qquad \begin{cases} A = G_1 G_2 \dots G_n, \\ B = H_1 H_2 \dots H_n. \end{cases}$$

Alteram enim quantitatem ex iis, quae §. 25 diximus, ex arbitrio accipere licet. Hinc aequationes (23) magis concinne exhibere licet hunc in modum:

$$(26)\qquad I = (G_1 H - H_1 G)(G_2 H - H_2 G)\dots(G_n H - H_n G).$$

Differentiata hac aequatione secundum G, H, $a_{\varkappa,\varkappa'}$, $b_{\varkappa,\varkappa'}$, ac posito post differentiationem $G = G_\lambda$, $H = H_\lambda$, provenit:

$$(27)\qquad -\frac{\partial I}{H_\lambda \partial G} = \frac{\partial I}{G_\lambda \partial H} = (G_1 H_\lambda - H_1 G_\lambda)(G_2 H_\lambda - H_2 G_\lambda)\dots(G_n H_\lambda - H_n G_\lambda),$$

quo in producto omitti debet factor evanescens

$$G_\lambda H_\lambda - H_\lambda G_\lambda;$$

porro fit:

$$(28)\qquad \begin{cases} \frac{\partial I}{\partial a_{\varkappa,\varkappa'}} = (G_1 H_\lambda - H_1 G_\lambda)(G_2 H_\lambda - H_2 G_\lambda)\dots(G_n H_\lambda - H_n G_\lambda)\, \frac{H_\lambda \partial G_\lambda - G_\lambda \partial H_\lambda}{\partial a_{\varkappa,\varkappa'}}, \\ \frac{\partial I}{\partial b_{\varkappa,\varkappa'}} = (G_1 H_\lambda - H_1 G_\lambda)(G_2 H_\lambda - H_2 G_\lambda)\dots(G_n H_\lambda - H_n G_\lambda)\, \frac{H_\lambda \partial G_\lambda - G_\lambda \partial H_\lambda}{\partial b_{\varkappa,\varkappa'}}; \end{cases}$$

sive e (27):

$$(29)\quad \begin{cases} \dfrac{H_\lambda \partial G_\lambda - G_\lambda \partial H_\lambda}{\partial a_{x,x'}} = -H_\lambda \dfrac{\dfrac{\partial I}{\partial a_{x,x'}}}{\dfrac{\partial I}{\partial G}} = G_\lambda \dfrac{\dfrac{\partial I}{\partial a_{x,x'}}}{\dfrac{\partial I}{\partial H}}, \\ \dfrac{H_\lambda \partial G_\lambda - G_\lambda \partial H_\lambda}{\partial b_{x,x'}} = -H_\lambda \dfrac{\dfrac{\partial I}{\partial b_{x,x'}}}{\dfrac{\partial I}{\partial G}} = G_\lambda \dfrac{\dfrac{\partial I}{\partial b_{x,x'}}}{\dfrac{\partial I}{\partial H}}. \end{cases}$$

Unde habetur e (20), (21):

$$(30)\quad \begin{cases} \beta_x^{(\lambda)} \beta_x^{(\lambda)} = \dfrac{G_\lambda}{H_\lambda} \cdot \dfrac{\dfrac{\partial I}{\partial a_{x,x}}}{\dfrac{\partial I}{\partial H}} = \dfrac{H_\lambda}{G_\lambda} \cdot \dfrac{\dfrac{\partial I}{\partial b_{x,x}}}{\dfrac{\partial I}{\partial G}}, \\ \beta_x^{(\lambda)} \beta_{x'}^{(\lambda)} = \dfrac{G_\lambda}{H_\lambda} \cdot \dfrac{\dfrac{\partial I}{2\partial a_{x,x'}}}{\dfrac{\partial I}{\partial H}} = \dfrac{H_\lambda}{G_\lambda} \cdot \dfrac{\dfrac{\partial I}{2\partial b_{x,x'}}}{\dfrac{\partial I}{\partial G}}. \end{cases}$$

Quibus formulis collatis cum (13), (16), colligitur:

$$(31)\quad \begin{cases} \dfrac{\partial I}{\partial H} = \sum\limits_{x\,x'} a_{x,x'} K_{x,x'}^{(\lambda)}, \\ \dfrac{\partial I}{\partial G} = -\sum\limits_{x,x'} b_{x,x'} K_{x,x'}^{(\lambda)}, \\ \dfrac{\partial I}{H_\lambda \partial a_{x,x}} = -\dfrac{\partial I}{G_\lambda \partial b_{x,x}} = K_{x,x}^{(\lambda)}, \\ \dfrac{\partial I}{2H_\lambda \partial a_{x,x'}} = -\dfrac{\partial I}{2G_\lambda \partial b_{x,x'}} = K_{x,x'}^{(\lambda)}. \end{cases}$$

Quibus in formulis, sicuti in antecedentibus, post differentiationem ponendum est $G = G_\lambda$, $H = H_\lambda$. Fit porro e (16), (27), (31):

$$(32)\qquad p^{(\lambda)} = \frac{1}{(G_1 H_\lambda - H_1 G_\lambda)(G_2 H_\lambda - H_2 G_\lambda) \ldots (G_n H_\lambda - H_n G_\lambda)},$$

ideoque

$$(33)\qquad \beta_x^{(\lambda)} \beta_{x'}^{(\lambda)} = \frac{K_{x,x'}^{(\lambda)}}{(G_1 H_\lambda - H_1 G_\lambda)(G_2 H_\lambda - H_2 G_\lambda) \ldots (G_n H_\lambda - H_n G_\lambda)}.$$

Docent formulae (30), unica formata aequatione $I = 0$, cuius radices $\frac{G_1}{H_1}, \frac{G_2}{H_2}, \ldots, \frac{G_n}{H_n}$, determinari etiam ipsos substitutionis propositae coëfficientes $\beta_x^{(\lambda)}$.

29.

Alia formularum systemata memoratu digna hoc modo inveniuntur. Statuamus:

$$(34)\qquad \begin{cases} a_{\varkappa,1}x_1+a_{\varkappa,2}x_2+\cdots+a_{\varkappa,n}x_n = t_\varkappa, \\ b_{\varkappa,1}x_1+b_{\varkappa,2}x_2+\cdots+b_{\varkappa,n}x_n = v_\varkappa, \end{cases}$$

de quibus aequationibus vice versa sequantur hae:

$$(35)\qquad \begin{cases} (\Sigma\pm a_{1,1}a_{2,2}\dots a_{n,n})x_\varkappa = Ax_\varkappa = A_{\varkappa,1}t_1+A_{\varkappa,2}t_2+\cdots+A_{\varkappa,n}t_n, \\ (\Sigma\pm b_{1,1}b_{2,2}\dots b_{n,n})x_\varkappa = Bx_\varkappa = B_{\varkappa,1}v_1+B_{\varkappa,2}v_2+\cdots+B_{\varkappa,n}v_n. \end{cases}$$

Fit autem e (10), (34) etiam

$$(36)\qquad \begin{cases} \alpha'_\varkappa.G_1y_1+\alpha''_\varkappa.G_2y_2+\cdots+\alpha^{(n)}_\varkappa.G_ny_n = t_\varkappa, \\ \alpha'_\varkappa.H_1y_1+\alpha''_\varkappa.H_2y_2+\cdots+\alpha^{(n)}_\varkappa.H_ny_n = v_\varkappa, \end{cases}$$

de quibus aequationibus deducitur:

$$(37)\qquad \begin{cases} G_\varkappa y_\varkappa = \beta^{(\varkappa)}_1t_1+\beta^{(\varkappa)}_2t_2+\cdots+\beta^{(\varkappa)}_nt_n, \\ H_\varkappa y_\varkappa = \beta^{(\varkappa)}_1v_1+\beta^{(\varkappa)}_2v_2+\cdots+\beta^{(\varkappa)}_nv_n. \end{cases}$$

Substituatur in his aequationibus:

$$y_\varkappa = \alpha^{(\varkappa)}_1x_1+\alpha^{(\varkappa)}_2x_2+\cdots+\alpha^{(\varkappa)}_nx_n;$$

quo facto de iis porro deducitur:

$$(38)\qquad \begin{cases} x_\varkappa = \frac{\beta'_\varkappa}{G_1}(\beta'_1\;t_1+\beta'_2\;t_2+\cdots+\beta'_n\;t_n) \\ \quad +\frac{\beta''_\varkappa}{G_2}(\beta''_1\;t_1+\beta''_2\;t_2+\cdots+\beta''_n\;t_n) \\ \quad +\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot \\ \quad +\frac{\beta^{(n)}_\varkappa}{G_n}(\beta^{(n)}_1t_1+\beta^{(n)}_2t_2+\cdots+\beta^{(n)}_nt_n); \\ x_\varkappa = \frac{\beta'_\varkappa}{H_1}(\beta'_1\;v_1+\beta'_2\;v_2+\cdots+\beta'_n\;v_n) \\ \quad +\frac{\beta''_\varkappa}{H_2}(\beta''_1v_1+\beta''_2v_2+\cdots+\beta''_nv_n) \\ \quad +\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot \\ \quad +\frac{\beta^{(n)}_\varkappa}{H_n}(\beta^{(n)}_1v_1+\beta^{(n)}_2v_2+\cdots+\beta^{(n)}_nv_n). \end{cases}$$

Quibus formulis comparatis cum (35), prodit:

$$(39)\qquad \begin{cases} \dfrac{A_{x,\lambda}}{A} = \dfrac{\beta'_x\beta'_\lambda}{G_1} + \dfrac{\beta''_x\beta''_\lambda}{G_2} + \cdots + \dfrac{\beta^{(n)}_x\beta^{(n)}_\lambda}{G_n}, \\ \dfrac{B_{x,\lambda}}{B} = \dfrac{\beta'_x\beta'_\lambda}{H_1} + \dfrac{\beta''_x\beta''_\lambda}{H_2} + \cdots + \dfrac{\beta^{(n)}_x\beta^{(n)}_\lambda}{H_n}. \end{cases}$$

Si in his aequationibus per coëfficientes $\alpha^{(x)}_\lambda$ exhibemus coëfficientes $\beta^{(x)}_\lambda$ nec non quantitates $a_{x,x'}$, $b_{x,x'}$, quod fit per formulas (2), aequationes illae identicae evadere debent. Afficiuntur autem coëfficientes $\beta^{(x)}_\lambda$ omnes eodem denominatore

$$\Sigma \pm \alpha'_1\alpha''_2 \dots \alpha^{(n)}_n.$$

Unde si expressiones (39) sub eundem denominatorem redigimus, ac denominatores in utraque aequationum parte aequiparamus, colligitur:

$$(40)\qquad \begin{cases} A = \Sigma \pm a_{1,1}a_{2,2}\dots a_{n,n} = [\Sigma \pm \alpha'_1\alpha''_2\dots\alpha^{(n)}_n]^2 G_1 G_2 \dots G_n, \\ B = \Sigma \pm b_{1,1}b_{2,2}\dots b_{n,n} = [\Sigma \pm \alpha'_1\alpha''_2\dots\alpha^{(n)}_n]^2 H_1 H_2 \dots H_n. \end{cases}$$

Unde etiam sequitur e §. 5:

$$(41)\qquad (\Sigma \pm \beta_{1,1}\beta_{2,2}\dots\beta_{n,n})^2 = \frac{G_1 G_2 \dots G_n}{A} = \frac{H_1 H_2 \dots H_n}{B}.$$

De formula

$$\frac{G_1 G_2 \dots G_n}{A} = \frac{H_1 H_2 \dots H_n}{B}$$

per considerationes similes iis, quibus §. 9 usi sumus, aequationem (9) via directa derivare licet.

Sequitur e (39), posito $\frac{A_{x,\lambda}}{A}$, $\frac{B_{x,\lambda}}{B}$ loco $a_{x,\lambda}$, $b_{x,\lambda}$, simul $\alpha^{(x)}_\lambda$, G_x, H_x abire in $\beta^{(x)}_\lambda$, $\frac{1}{G_x}$, $\frac{1}{H_x}$; unde etiam A, B, $\frac{A_{x,\lambda}}{A}$, $\frac{B_{x,\lambda}}{B}$, $\beta^{(x)}_\lambda$ in $\frac{1}{A}$, $\frac{1}{B}$, $a_{x,\lambda}$, $b_{x,\lambda}$, $\alpha^{(x)}_\lambda$ abeunt.

IV. Theoremata varia de transformatione et determinatione integralium multiplicium.

30.

His breviter annectam varia theoremata de transformatione et determinatione integralium multiplicium, quae aliam adhuc docent applicationem quaestionum algebraicarum propositarum, atque in Problemate II. dedimus. Eum in finem antemittimus, quae sequuntur.

Supponamus

(1) $$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \cdots + x_n x_n = 1,$$

sitque

(2) $$\frac{x_1}{x_n} = \xi_1, \quad \frac{x_2}{x_n} = \xi_2, \quad \ldots, \quad \frac{x_{n-1}}{x_n} = \xi_{n-1};$$

facile probatur, fore:

(3) $$\frac{dx_1 dx_2 \ldots dx_{n-1}}{x_n} = \frac{d\xi_1 d\xi_2 \ldots d\xi_{n-1}}{[1 + \xi_1\xi_1 + \xi_2\xi_2 + \cdots + \xi_{n-1}\xi_{n-1}]^{\frac{n}{2}}} = x_n^n d\xi_1 d\xi_2 \ldots d\xi_{n-1}.$$

Sit porro:

(4) $$\xi_1 = \frac{m_1}{m_n} v_1, \quad \xi_2 = \frac{m_2}{m_n} v_2, \quad \ldots, \quad \xi_{n-1} = \frac{m_{n-1}}{m_n} v_{n-1},$$

designantibus $m_1, m_2, \ldots, m_n$ constantes; fit e (3):

(5) $$\frac{dx_1 dx_2 \ldots dx_{n-1}}{x_n} = \frac{m_1 m_2 \ldots m_n dv_1 dv_2 \ldots dv_{n-1}}{[m_1^2 v_1 v_1 + m_2^2 v_2 v_2 + \cdots + m_{n-1}^2 v_{n-1} v_{n-1} + m_n^2]^{\frac{n}{2}}}.$$

Sit rursus:

(6) $$y_1 y_1 + y_2 y_2 + \cdots + y_n y_n = 1,$$

atque

(7) $$v_1 = \frac{y_1}{y_n}, \quad v_2 = \frac{y_2}{y_n}, \quad \ldots, \quad v_{n-1} = \frac{y_{n-1}}{y_n};$$

habetur eodem modo atque (3):

$$\frac{dy_1 dy_2 \ldots dy_{n-1}}{y_n} = y_n^n dv_1 dv_1 \ldots dv_{n-1};$$

qua formula substituta in (5), prodit haec formula memorabilis:

(8) $$\frac{dx_1 dx_2 \ldots dx_{n-1}}{x_n} = \frac{m_1 m_2 \ldots m_n dy_1 dy_2 \ldots dy_{n-1}}{y_n [m_1^2 y_1 y_1 + m_2^2 y_2 y_2 + \cdots + m_n^2 y_n y_n]^{\frac{n}{2}}}.$$

Habentur autem e (2), (4), (7) inter variabiles $x_1, x_2, \ldots, x_n$ et $y_1, y_2, \ldots, y_n$ relationes sequentes:

(9) $$\begin{cases} x_p = \dfrac{m_p y_p}{[m_1^2 y_1 y_1 + m_2^2 y_2 y_2 + \cdots + m_n^2 y_n y_n]^{\frac{1}{2}}}, \\[2ex] y_p = \dfrac{x_p}{m_p \left[\dfrac{x_1 x_1}{m_1 m_1} + \dfrac{x_2 x_2}{m_2 m_2} + \cdots + \dfrac{x_n x_n}{m_n m_n}\right]^{\frac{1}{2}}}, \\[2ex] m_1^2 y_1 y_1 + m_2^2 y_2 y_2 + \cdots + m_n^2 y_n y_n = \dfrac{1}{\dfrac{x_1 x_1}{m_1 m_1} + \dfrac{x_2 x_2}{m_2 m_2} + \cdots + \dfrac{x_n x_n}{m_n m_n}}. \end{cases}$$

Si variabilibus $x_1, x_2, \ldots, x_n$ valores omnes positivi tribuuntur, qui aequationi (1) satisfaciunt, variabiles $\xi_1, \xi_2, \ldots, \xi_{n-1}$ valores omnes induunt a 0 usque ∞, et vice versa. Simul variabiles $v_1, v_2, \ldots, v_{n-1}$ valores omnes induunt a 0 usque ∞, ideoque variabiles $y_1, y_2, \ldots, y_n$ valores omnes positivos, qui aequationi (6) satisfaciunt.

31.

Determinemus pro limitibus assignatis integrale

$$(10)\quad S = \int^{n-1} \frac{dx_1 dx_2 \ldots dx_{n-1}}{x_n} = \int^{n-1} \frac{d\xi_1 d\xi_2 \ldots d\xi_{n-1}}{[1+\xi_1\xi_1+\xi_2\xi_2+\cdots+\xi_{n-1}\xi_{n-1}]^{\frac{n}{2}}}.$$

Eum in finem integrale sub eadem forma exhibeo, quae pro $n = 3$ usitata est, ponendo

$$(11)\quad \begin{cases} x_1 = \cos\varphi_1, \\ x_2 = \sin\varphi_1 \cos\varphi_2, \\ x_3 = \sin\varphi_1 \sin\varphi_2 \cos\varphi_3, \\ \ldots\ldots\ldots\ldots \\ x_{n-1} = \sin\varphi_1 \sin\varphi_2 \ldots \sin\varphi_{n-2} \cos\varphi_{n-1}, \\ x_n = \sin\varphi_1 \sin\varphi_2 \ldots \sin\varphi_{n-2} \sin\varphi_{n-1}. \end{cases}$$

Quibus statutis facile probatur, fieri

$$(12)\quad \frac{dx_1 dx_2 \ldots dx_{n-1}}{x_n} = \sin^{n-2}\varphi_1 \sin^{n-3}\varphi_2 \ldots \sin\varphi_{n-2} d\varphi_1 d\varphi_2 \ldots d\varphi_{n-1},$$

uti iam indicavi in commentatione anteriore supra citata (Diar. Crell. vol. VIII. — Conf. h. vol. p. 93). Integrali $(n-1)$-tuplo inter limites assignatos sumto, anguli $\varphi_1, \varphi_2, \ldots, \varphi_{n-1}$ a 0 usque $\frac{\pi}{2}$ extendi debent. Fit autem, quae sunt formulae notae,

$$\int_0^{\frac{\pi}{2}} \sin^{2m}\varphi d\varphi = \frac{1.3.5\ldots(2m-1)}{2.4.6\ldots 2m} \cdot \frac{\pi}{2},$$

$$\int_0^{\frac{\pi}{2}} \sin^{2m+1}\varphi d\varphi = \frac{2.4.6\ldots 2m}{3.5.7\ldots(2m+1)}.$$

Unde, *quoties n est numerus par,* eruimus

$$S = \left(\frac{\pi}{2}\right)^{\frac{n}{2}} \cdot \frac{1}{2} \cdot \frac{1.3}{2.4} \cdot \frac{1.3.5}{2.4.6} \cdots \frac{1.3\ldots(n-5)}{2.4\ldots(n-4)} \cdot \frac{1.3\ldots(n-3)}{2.4\ldots(n-2)}$$
$$\cdot \frac{2}{3} \cdot \frac{2.4}{3.5} \cdot \frac{2.4.6}{3.5.7} \cdots \frac{2.4\ldots(n-4)}{3.5\ldots(n-3)},$$

sive

$$S = \frac{\left(\frac{\pi}{2}\right)^{\frac{n}{2}}}{(n-2)(n-4)\dots 2}. \tag{13}$$

Quoties vero n est impar, fit

$$S = \left(\frac{\pi}{2}\right)^{\frac{n-1}{2}} \frac{1}{2}\cdot\frac{1.3}{2.4}\cdot\frac{1.3.5}{2.4.6}\cdots\frac{1.3\dots(n-4)}{2.4\dots(n-3)}$$
$$\cdot\frac{2}{3}\cdot\frac{2.4}{3.5}\cdot\frac{2.4.6}{3.5.7}\cdots\frac{2.4\dots(n-3)}{3.5\dots(n-2)},$$

sive

$$S = \frac{\left(\frac{\pi}{2}\right)^{\frac{n-1}{2}}}{(n-2)(n-4)\dots 3}. \tag{14}$$

32.

Invento valore ipsius S, habetur inter limites assignatos valor integralis:

$$\int^{n-1} \frac{dy_1 dy_2 \dots dy_{n-1}}{y_n[m_1^2 y_1 y_1 + m_2^2 y_2 y_2 + \dots + m_n^2 y_n y_n]^{\frac{n}{2}}} = \frac{S}{m_1 m_2 \dots m_n}; \tag{15}$$

quae magno usui est formula.

Ponamus in ea m_1^2+x, m_2^2+x, ..., m_n^2+x loco m_1^2, m_2^2, ..., m_n^2, fit:

$$\left\{\begin{aligned}&\int^{n-1} \frac{dy_1 dy_2 \dots dy_{n-1}}{y_n[x + m_1^2 y_1 y_1 + m_2^2 y_2 y_2 + \dots + m_n^2 y_n y_n]^{\frac{n}{2}}} \\ &= \frac{S}{\sqrt{(x+m_1^2)(x+m_2^2)\dots(x+m_n^2)}}.\end{aligned}\right. \tag{16}$$

Qua secundum quantitates x, m_1, m_2, ..., m_n differentiata, alias varias eruis.

Ducamus (16) in dx, atque integrationem novam instituamus a $x = 0$ usque ad $x = \infty$; quo facto, prodit haec formula:

$$\left\{\begin{aligned}&\int^{n-1} \frac{dy_1 dy_2 \dots dy_{n-1}}{y_n[m_1^2 y_1 y_1 + m_2^2 y_2 y_2 + \dots + m_n^2 y_n y_n]^{\frac{n}{2}-1}} \\ &= \frac{n-2}{2} S \int_0^\infty \frac{dx}{\sqrt{(x+m_1^2)(x+m_2^2)\dots(x+m_n^2)}}.\end{aligned}\right. \tag{17}$$

De qua, advocata (8), etiam hanc deducis elegantem:

$$(18)\quad \begin{cases} \displaystyle\int^{n-1} \frac{dx_1 dx_2 \dots dx_{n-1}}{x_n\left[\frac{x_1 x_1}{m_1 m_1} + \frac{x_2 x_2}{m_2 m_2} + \dots + \frac{x_n x_n}{m_n m_n}\right]} \\ \displaystyle = \frac{n-2}{2} S \int_0^\infty \frac{m_1 m_2 \dots m_n dx}{\sqrt{(x+m_1^2)(x+m_2^2)\dots(x+m_n^2)}}, \end{cases}$$

sive posito $\frac{1}{m_p}$ loco m_p, ac deinde $\frac{1}{x}$ loco x:

$$(19)\quad \begin{cases} \displaystyle\int^{n-1} \frac{dx_1 dx_2 \dots dx_{n-1}}{x_n[m_1^2 x_1 x_1 + m_2^2 x_2 x_2 + \dots + m_n^2 x_n x_n]} \\ \displaystyle = \frac{n-2}{2} S \int_0^\infty \frac{dx}{\sqrt{(1+m_1^2 x)(1+m_2^2 x)\dots(1+m_n^2 x)}} \\ \displaystyle = \frac{n-2}{2} S \int_0^\infty \frac{x^{\frac{n}{2}-2} dx}{\sqrt{(x+m_1^2)(x+m_2^2)\dots(x+m_n^2)}}. \end{cases}$$

Quam formulam ex elegantissimis esse censeo. Generaliorem nanciscimur modo sequente.

Sit X functio quaelibet ipsius x, quam iteratis vicibus a $x = x$ usque ad $x = a$ integremus; sit porro

$$X_m = \int_x^a x^m X dx;$$

habetur nota formula:

$$(20)\quad 1.2.3\dots p \int^{p+1} X dx^{p+1} = X_p - p_1 x X_{p-1} + p_2 x^2 X_{p-2} \pm \dots \pm x^p X_0,$$

ubi

$$p_m = \frac{p(p-1)\dots(p+1-m)}{1.2\dots m}.$$

Sit $a = \infty$, $p+1 < \frac{n}{2}$, porro statuatur:

$$X = \int^{n-1} \frac{dy_1 dy_2 \dots dy_{n-1}}{y_n[x + m_1^2 y_1 y_1 + m_2^2 y_2 y_2 + \dots + m_n^2 y_n y_n]^{\frac{n}{2}}} = \frac{S}{\sqrt{(x+m_1^2)(x+m_2^2)\dots(x+m_n^2)}};$$

eruitur, $p+1$ vicibus integratione facta a $x = x$ usque $x = \infty$:

$$(21)\quad \begin{cases} \displaystyle\int^{p+1} X dx^{p+1} \\ \displaystyle = \frac{2^{p+1}}{(n-2)(n-4)\dots(n-2p-2)} \int^{n-1} \frac{dy_1 dy_2 \dots dy_{n-1}}{y_n[x + m_1^2 y_1 y_1 + m_2^2 y_2 y_2 + \dots + m_n^2 y_n y_n]^{\frac{n}{2}-p-1}} \\ \displaystyle = \frac{X_p - p_1 x X_{p-1} + p_2 x^2 X_{p-2} \pm \dots \pm x^p X_0}{1.2.3\dots p}, \end{cases}$$

siquidem ponitur:

$$X_m = S\int_x^\infty \frac{x^m dx}{\sqrt{(x+m_1^2)(x+m_2^2)\dots(x+m_n^2)}}.$$

De qua formula, posito $x=0$, ac scribendo $p-1$ loco p, nanciscimur:

$$(22)\quad \begin{cases} \dfrac{2^p.1.2.3\dots(p-1)}{(n-2)(n-4)\dots(n-2p)}\displaystyle\int^{n-1} \dfrac{dy_1 dy_2\dots dy_{n-1}}{y_n[m_1^2 y_1 y_1 + m_2^2 y_2 y_2 + \dots + m_n^2 y_n y_n]^{\frac{n}{2}-p}} \\ = S\displaystyle\int_0^\infty \dfrac{x^{p-1}dx}{\sqrt{(x+m_1^2)(x+m_2^2)\dots(x+m_n^2)}}. \end{cases}$$

De qua formula per (8), (9) deducis hanc:

$$(23)\quad \begin{cases} \dfrac{2^p.1.2.3\dots(p-1)}{(n-2)(n-4)\dots(n-2p)}\displaystyle\int^{n-1} \dfrac{dx_1 dx_2\dots dx_{n-1}}{x_n\left[\dfrac{x_1 x_1}{m_1 m_1} + \dfrac{x_2 x_2}{m_2 m_2} + \dots + \dfrac{x_n x_n}{m_n m_n}\right]^p} \\ = S\displaystyle\int_0^\infty \dfrac{m_1 m_2\dots m_n x^{p-1}dx}{\sqrt{(x+m_1^2)(x+m_2^2)\dots(x+m_n^2)}}, \end{cases}$$

sive etiam, ponendo $\frac{1}{m_1}, \frac{1}{m_2}, \dots, \frac{1}{m_n}$ loco m_1. $m_2, \dots, m_n$, ac deinde $\frac{1}{x}$ loco x:

$$(24)\quad \begin{cases} \dfrac{2^p.1.2.3\dots(p-1)}{(n-2)(n-4)\dots(n-2p)}\displaystyle\int^{n-1} \dfrac{dx_1 dx_2\dots dx_{n-1}}{x_n[m_1^2 x_1 x_1 + m_2^2 x_2 x_2 + \dots + m_n^2 x_n x_n]^p} \\ = S\displaystyle\int_0^\infty \dfrac{x^{p-1}dx}{\sqrt{(1+m_1^2 x)(1+m_2^2 x)\dots(1+m_n^2 x)}} \\ = S\displaystyle\int_0^\infty \dfrac{x^{\frac{n}{2}-p-1}dx}{\sqrt{(x+m_1^2)(x+m_2^2)\dots(x+m_n^2)}}. \end{cases}$$

In formulis (22—24) suppositum est, esse p numerum integrum >0 atque $<\frac{n}{2}$. Ubi n est numerus par, formulae (22), (24) eodem redeunt, dummodo loco p ponitur $\frac{n}{2}-p$. Ubi n est numerus impar, docet comparatio formularum (22), (24), sufficere, ut sit $2p$ numerus integer >0 atque $<n$; quo statuto, utraque formula inter se convenit, posito $\frac{n}{2}-p$ loco p, dummodo coëfficientem numericum, positio $2p=q$, exhibes hunc in modum:

$$\frac{2^p.1.2.3\dots(p-1)}{(n-2)(n-4)\dots(n-2p)} = 2\cdot\frac{[(q-2)(q-4)\dots][(n-q-2)(n-q-4)\dots]}{(n-2)(n-4)(n-6)\dots},$$

tribus productis continuatis, quousque in numeris positivis possunt.

33.

Integralia simplicia, quibus in antecedentibus integralia $(n-1)$-tupla expressimus, exhiberi possunt, etiamsi quantitates m_1^2, m_2^2, $\ldots$, m_n^2 non explicite datae sint, sed ut radices aequationis algebraicae n^{ti} ordinis. Cuius observationis usum commodum in sequentibus videbimus.

Integralia $(n-1)$-tupla ad valores tantum *positivos* variabilium $x_1, x_2, \ldots, x_n$ extendimus; in sequentibus integralia ad valores earum extendemus omnes, sive positivos, sive negativos, qui satisfaciunt aequationi (1):

$$x_1x_1+x_2x_2+\cdots+x_nx_n = 1.$$

Quam rem ita intelligimus, ac si loco integralis

$$\int^{n-1}\frac{dx_1dx_2\ldots dx_{n-1}}{x_nf(x_1, x_2, \ldots, x_n)}$$

ponatur summa duorum

$$\int^{n-1}\frac{dx_1dx_2\ldots dx_{n-1}}{x_nf(x_1, x_2, \ldots, x_{n-1}, x_n)}+\int^{n-1}\frac{dx_1dx_2\ldots dx_{n-1}}{x_nf(x_1, x_2, \ldots, x_{n-1}, -x_n)},$$

in quibus statui debet

$$x_n = \sqrt{1-x_1x_1-x_2x_2-\cdots-x_{n-1}x_{n-1}},$$

valore radicalis semper positivo accepto, ac variabilibus x_1, x_2, $\ldots$, x_{n-1} valores reales cum positivi tum negativi tribuendi sunt omnes, pro quibus

$$x_1x_1+x_2x_2+\cdots+x_{n-1}x_{n-1} \leqq 1.$$

Adhibeamus iam substitutiones, quas in Problemate I. proposuimus, e quibus cum fiat:

$$x_1x_1+x_2x_2+\cdots+x_nx_n = y_1y_1+y_2y_2+\cdots+y_ny_n,$$

pro limitibus assignatis integralia etiam respectu variabilium y_1, y_2, $\ldots$, y_n ad valores earum omnes extendi debent cum positivos tum negativos, qui aequationi

$$y_1y_1+y_2y_2+\cdots+y_ny_n = 1,$$

satisfaciunt. Per quas substitutiones transformavimus in Probl. I. functionem homogeneam secundi ordinis variabilium x_1, x_2, $\ldots$, x_n

$$V = \sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda}x_\varkappa x_\lambda$$

in hanc:

$$V = G_1y_1y_1+G_2y_2y_2+\cdots+G_ny_ny_n.$$

Demonstravimus porro in Probl. II. §. 19 theor. 3., iisdem substitutionibus adhibitis, esse



$$\frac{dx_1 dx_2 \dots dx_{n-1}}{x_n} = \frac{dy_1 dy_2 \dots dy_{n-1}}{y_n}.$$

Unde fit:

$$(25) \qquad \int^{n-1} \frac{dx_1 dx_2 \dots dx_{n-1}}{x_n V^m} = \int^{n-1} \frac{dy_1 dy_2 \dots dy_{n-1}}{y_n [G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 + \dots + G_n y_n y_n]^m}.$$

Supponamus, functionem V pro valoribus omnibus variabilium x_1, x_2, $\dots$, x_n valores tantum positivos induere, sicuti ex. gr. locum habet, ubi V proponitur tamquam summa complurium quadratorum functionum linearium ipsarum x_1, x_2, $\dots$, x_n: quo statuto, necessario quantitates G_1, G_2, $\dots$, G_n omnes erunt positivae.

Observo iam, si in (25) integrale $(n-1)$-tuplum extenditur ad variabilium y_1, y_2, $\dots$, y_n valores omnes cum positivos tum negativos, pro quibus

$$y_1 y_1 + y_2 y_2 + \dots + y_n y_n = 1,$$

integralis valorem esse 2^n-tuplum valoris, quem induit, ubi ad earum valores tantum positivos extendatur. Hinc posito $m = \frac{n}{2}$, e formulis (25), (15) nanciscimur:

$$(26) \qquad \int^{n-1} \frac{dx_1 dx_2 \dots dx_{n-1}}{x_n (\sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda)^{\frac{n}{2}}} = \frac{2^n S}{\sqrt{G_1 G_2 \dots G_n}},$$

sive e formula (18) §. 7:

$$(27) \qquad \int^{n-1} \frac{dx_1 dx_2 \dots dx_{n-1}}{x_n (\sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda)^{\frac{n}{2}}} = \frac{2^n S}{\sqrt{\Sigma \pm a_{11} a_{22} \dots a_{nn}}}.$$

De qua formula, differentiationibus secundum constantes $a_{\varkappa,\lambda}$ institutis, rursus innumeras alias deducis.

Vocemus $\boldsymbol{\Gamma}$ expressionem, in quam abit ipsa

$$\Sigma \pm a_{1,1} a_{2,2} \dots a_{n,n},$$

ubi loco $a_{1,1}$, $a_{2,2}$, $\dots$, $a_{n,n}$ scribimus $a_{1,1}+x$, $a_{2,2}+x$, $\dots$, $a_{n,n}+x$. Quae ab expressione $\boldsymbol{\Gamma}$ §. 8 proposita eo tantum differt, quod loco x scriptum est $-x$. Unde e formula §. 8 proposita fit:

$$\boldsymbol{\Gamma} = (x+G_1)(x+G_2)\dots(x+G_n).$$

Hinc si in formula (25) ponitur $m = \frac{n}{2} - p$, $m = p$, ubi p est numerus integer > 0 atque $< \frac{n}{2}$, habetur e (22), (24):

$$(28)\quad \begin{cases} \displaystyle\int^{n-1} \frac{dx_1 dx_2 \dots dx_{n-1}}{x_n(\sum\limits_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda)^{\frac{n}{2}-p}} = \frac{2^{n-p}(n-2)(n-4)\dots(n-2p)}{1.2\dots(p-1)} S\int_0^\infty \frac{x^{p-1}dx}{\sqrt{\Gamma}}; \\ \displaystyle\int^{n-1} \frac{dx_1 dx_2 \dots dx_{n-1}}{x_n(\sum\limits_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda)^{p}} = \frac{2^{n-p}(n-2)(n-4)\dots(n-2p)}{1.2\dots(p-1)} S\int_0^\infty \frac{x^{\frac{n}{2}-p-1}dx}{\sqrt{\Gamma}}. \end{cases}$$

Quae formulae eo maxime se commendant, quod integralia $(n-1)$-tupla proposita ad integralia simplicia absque ulla aequationis algebraicae resolutione revocantur. Ad generaliora adhuc pervenimus modo sequente.

34.

Posito

$$z_1 z_1 + z_2 z_2 + \dots + z_n z_n = 1,$$

elementi

$$\frac{dz_1 dz_2 \dots dz_{n-1}}{z_n},$$

quod designemus per dZ, expressionem generalem per alias variabiles antemittamus.

Sint $z_1, z_2, \dots, z_n$ datae functiones aliarum variabilium $t_1, t_2, \dots, t_{n-1}$; erit

$$z_n dZ = \left(\Sigma \pm \frac{\partial z_1}{\partial t_1} \frac{\partial z_2}{\partial t_2} \dots \frac{\partial z_{n-1}}{\partial t_{n-1}}\right) \cdot dt_1 dt_2 \dots dt_{n-1},$$

siquidem sub signo summatorio indices ipsarum $z_1, z_2, \dots, z_{n-1}$ omnibus modis permutamus atque singulis terminis per notam regulam signa idonea praefigimus. Si expressionem illam iterum ducimus in z_n, atque simili modo expressiones omnes $z_\varkappa z_\varkappa dZ$ exhibemus per differentialia omnium praeter ipsius $z_\varkappa$ variabilium $z_1, z_2, \dots, z_n$, quod fit ope aequationis

$$z_1 \partial z_1 + z_2 \partial z_2 + \dots + z_n \partial z_n = 0,$$

qua unius cuiuslibet variabilis differentialia per reliquarum exprimuntur: nanciscimur, summatione facta:

$$(29)\quad dZ = \frac{dz_1 dz_2 \dots dz_{n-1}}{z_n} = \left(\Sigma \pm \frac{\partial z_1}{\partial t_1} \frac{\partial z_2}{\partial t_2} \dots \frac{\partial z_{n-1}}{\partial t_{n-1}} z_n\right) dt_1 dt_2 \dots dt_{n-1},$$

sub signo summatorio ipsarum z indicibus $1, 2, \dots, n$ omnimodis permutatis. Quae expressio generalis elementi dZ per alias variabiles et propter symmetriam, qua gaudet, memorabilis est, et saepius commode adhiberi potest.

Supponamus, variabiles $z_1, z_2, \dots, z_n$ datas esse sub forma fractionum

$$z_\varkappa = \frac{y_\varkappa}{t},$$

ubi fieri debet

$$tt = y_1 y_1 + y_2 y_2 + \cdots + y_n y_n;$$

sequitur e theoremate 5 §. 20 proposito, fractionibus illis substitutis in (29), in differentiationibus instituendis denominatorem t considerari posse ut constantem. Unde fit:

$$(30) \qquad \frac{dz_1 dz_2 \ldots dz_{n-1}}{z_n} = \frac{\left(\Sigma \pm \frac{\partial y_1}{\partial t_1} \frac{\partial y_2}{\partial t_2} \cdots \frac{\partial y_{n-1}}{\partial t_{n-1}} y_n\right)}{t^n} dt_1 dt_2 \ldots dt_{n-1}.$$

Expressionem huiusmodi

$$\Sigma \pm \frac{\partial y_1}{\partial t_1} \frac{\partial y_2}{\partial t_2} \cdots \frac{\partial y_{n-1}}{\partial t_{n-1}} y_n$$

haud difficile probatur, non mutare formam, nisi quod in constantem ducatur, si per alias variabiles $x_1, x_2, \ldots, x_n$ exprimitur, quarum sunt $y_1, y_2, \ldots, y_n$ functiones lineares, datas per formulam:

$$y_\varkappa = \alpha_1^{(\varkappa)} x_1 + \alpha_2^{(\varkappa)} x_2 + \cdots + \alpha_n^{(\varkappa)} x_n.$$

Scilicet his substitutis valoribus, habetur

$$(31) \quad \Sigma \pm \frac{\partial y_1}{\partial t_1} \frac{\partial y_2}{\partial t_2} \cdots \frac{\partial y_{n-1}}{\partial t_{n-1}} y_n = (\Sigma \pm \alpha_1' \alpha_2'' \ldots \alpha_n^{(n)}) \left(\Sigma \pm \frac{\partial x_1}{\partial t_1} \frac{\partial x_2}{\partial t_2} \cdots \frac{\partial x_{n-1}}{\partial t_{n-1}} x_n\right).$$

In hac formula n variabiles $x_1, x_2, \ldots, x_n$ consideramus tamquam functiones $n-1$ variabilium $t_1, t_2, \ldots, t_{n-1}$; unde inter illas certa quaedam aequatio locum habere debet. Quam si statuimus

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \cdots + x_n x_n = 1,$$

fit e (29):

$$\left(\Sigma \pm \frac{\partial x_1}{\partial t_1} \frac{\partial x_2}{\partial t_2} \cdots \frac{\partial x_{n-1}}{\partial t_{n-1}} x_n\right) dt_1 dt_2 \ldots dt_{n-1} = \frac{dx_1 dx_2 \ldots dx_{n-1}}{x_n},$$

unde habemus e (31):

$$(32) \quad \left(\Sigma \pm \frac{\partial y_1}{\partial t_1} \frac{\partial y_2}{\partial t_2} \cdots \frac{\partial y_{n-1}}{\partial t_{n-1}} y_n\right) dt_1 dt_2 \ldots dt_{n-1} = (\Sigma \pm \alpha_1' \alpha_2'' \ldots \alpha_n^{(n)}) \frac{dx_1 dx_2 \ldots dx_{n-1}}{x_n}.$$

Quoties igitur

$$z_1 z_1 + z_2 z_2 + \cdots + z_n z_n = 1,$$
$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \cdots + x_n x_n = 1,$$

atque dantur $z_1, z_2, \ldots, z_n$ *per* $x_1, x_2, \ldots, x_n$ *ope formulae:*

$$z_n = \frac{\alpha_1^{(\varkappa)} x_1 + \alpha_2^{(\varkappa)} x_2 + \cdots + \alpha_n^{(\varkappa)} x_n}{t},$$

ubi fieri debet:

$$\begin{aligned} tt = & (\alpha_1' \; x_1 + \alpha_2' \; x_2 + \cdots + \alpha_n' \; x_n)^2 \\ & + (\alpha_1'' \; x_1 + \alpha_2'' \; x_2 + \cdots + \alpha_n'' \; x_n)^2 \\ & \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \\ & + (\alpha_1^{(n)} x_1 + \alpha_2^{(n)} x_2 + \cdots + \alpha_n^{(n)} x_n)^2, \end{aligned}$$

habetur formula:

$$(33) \qquad \frac{dz_1 dz_2 \ldots dz_{n-1}}{z_n} = (\Sigma \pm \alpha_1' \alpha_2'' \ldots \alpha_n^{(n)}) \frac{dx_1 dx_2 \ldots dx_{n-1}}{x_n t^n}.$$

Substitutio adhibita ita comparata est, ut variabilibus $x_1, x_2, \ldots, x_n$ tributis valoribus realibus omnibus, qui aequationi

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \cdots + x_n x_n = 1$$

satisfaciunt, variabiles $z_1, z_2, \ldots, z_n$ valores reales induant omnes, qui aequationi satisfaciunt

$$z_1 z_1 + z_2 z_2 + \cdots + z_n z_n = 1,$$

ac vice versa.

35.

His praemissis, sint coëfficientes $\alpha_m^{(\varkappa)}$ ideoque quantitates $y_\varkappa$ eaedem atque in Problemate III. adhibitae. Et cum in problemate illo quantitates $H_1, H_2, \ldots, H_n$ arbitrariae sint, ponamus omnes $= 1$. Unde fit:

$$\begin{aligned} V &= \sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda = G_1 y_1 y_1 + G_2 y_2 y_2 + \cdots + G_n y_n y_n, \\ W &= \sum_{\varkappa,\lambda} b_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda = \quad y_1 y_1 + \quad y_2 y_2 + \cdots + \quad y_n y_n, \end{aligned}$$

quarum aequationum postrema suggerit:

$$tt = W,$$

unde

$$z_\varkappa = \frac{y_\varkappa}{\sqrt{W}},$$

ideoque

$$\frac{V}{W} = G_1 z_1 z_1 + G_2 z_2 z_2 + \cdots + G_n z_n z_n.$$

Fit porro e formula (40) §. 29, ubi ponitur $H_1 = H_2 = \cdots = H_n = 1$:

$$(\Sigma \pm \alpha_1' \alpha_2'' \ldots \alpha_n^{(n)})^2 = \Sigma \pm b_{1,1} b_{2,2} \ldots b_{n,n}.$$

Unde formulae (33) suggerunt:

$$(34)\quad \begin{cases} \displaystyle\int^{n-1} \frac{dx_1 dx_2 \dots dx_{n-1}}{x_n V^p W^{\frac{n}{2}-p}} = \frac{1}{\sqrt{(\Sigma \pm b_{1,1} b_{2,2} \dots b_{n,n})}} \int^{n-1} \frac{dz_1 dz_2 \dots dz_{n-1}}{z_n [G_1 z_1 z_1 + G_2 z_2 z_2 + \dots + G_n z_n z_n]^p}, \\ \displaystyle\int^{n-1} \frac{dx_1 dx_2 \dots dx_{n-1}}{x_n V^{\frac{n}{2}-p} W^p} = \frac{1}{\sqrt{(\Sigma \pm b_{1,1} b_{2,2} \dots b_{n,n})}} \int^{n-1} \frac{dz_1 dz_2 \dots dz_{n-1}}{z_n [G_1 z_1 z_1 + G_2 z_2 z_2 + \dots + G_n z_n z_n]^{\frac{n}{2}-p}}. \end{cases}$$

Hinc, quoties p est numerus integer > 0 ac $< \frac{n}{2}$, habetur e (22), (24), siquidem integralia proposita ad valores variabilium reales extenduntur omnes, qui aequationibus

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \dots + x_n x_n = 1, \quad z_1 z_1 + z_2 z_2 + \dots + z_n z_n = 1$$

satisfaciunt:

$$(35)\quad \begin{cases} \displaystyle\int^{n-1} \frac{dx_1 dx_2 \dots dx_{n-1}}{x_n V^p W^{\frac{n}{2}-p}} = \frac{2^{n-p}(n-2)(n-4)\dots(n-2p)S}{1.2.3\dots(p-1)(\Sigma \pm b_{1,1} b_{2,2} \dots b_{n,n})^{\frac{1}{2}}} \int_0^\infty \frac{x^{\frac{n}{2}-p-1} dx}{\sqrt{(x+G_1)(x+G_2)\dots(x+G_n)}}, \\ \displaystyle\int^{n-1} \frac{dx_1 dx_2 \dots dx_{n-1}}{x_n V^{\frac{n}{2}-p} W^p} = \frac{2^{n-p}(n-2)(n-4)\dots(n-2p)S}{1.2.3\dots(p-1)(\Sigma \pm b_{1,1} b_{2,2} \dots b_{n,n})^{\frac{1}{2}}} \int_0^\infty \frac{x^{p-1} dx}{\sqrt{(x+G_1)(x+G_2)\dots(x+G_n)}}. \end{cases}$$

Quas formulas observo alteram ex altera prodire, functionibus V et W sive, quod idem est, constantibus $a_{\varkappa,\lambda}$ et $b_{\varkappa,\lambda}$ inter se permutatis, ac posito $\frac{1}{x}$ loco x. Iam si in Probl. III. §. 25 (9) ponimus $H = 1$, $G = -x$, sequitur, posito

$$I_{\varkappa,\lambda} = a_{\varkappa,\lambda} + b_{\varkappa,\lambda} x,$$

fieri

$$\Sigma \pm I_{1,1} I_{2,2} \dots I_{n,n} = (\Sigma \pm b_{1,1} b_{2,2} \dots b_{n,n})(x+G_1)(x+G_2)\dots(x+G_n).$$

Qua expressione substituta in (35), habetur theorema sequens valde generale.

Theorema.

„*Sit*

$$I_{\varkappa,\lambda} = a_{\varkappa,\lambda} + b_{\varkappa,\lambda} x,$$

ubi

$$a_{\varkappa,\lambda} = a_{\lambda,\varkappa}, \quad b_{\varkappa,\lambda} = b_{\lambda,\varkappa},$$

erit, designante p numerum integrum > 0 ac $\frac{n}{2}$,

$$\int^{n-1} \frac{dx_1 dx_2 \dots dx_{n-1}}{x_n (\sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda)^p (\sum_{\varkappa,\lambda} b_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda)^{\frac{n}{2}-p}}$$

$$= \frac{2^{n-p}(n-2)(n-4)\dots(n-2p)}{1.2\dots(p-1)} S \int_0^\infty \frac{x^{\frac{n}{2}-p-1} dx}{\sqrt{\Sigma \pm I_{1,1} I_{2,2} \dots I_{n,n}}},$$

integrali $(n-1)$*-tuplo extenso ad valores reales variabilium* $x_1, x_2, \ldots, x_n$ *omnes, qui aequationi*

$$x_1 x_1 + x_2 x_2 + \cdots + x_n x_n = 1$$

satisfaciunt, ac posito, ubi n par,

$$S = \frac{\left(\frac{\pi}{2}\right)^{\frac{n}{2}}}{(n-2)(n-4)\ldots 2},$$

ubi n impar,

$$S = \frac{\left(\frac{\pi}{2}\right)^{\frac{n-1}{2}}}{(n-2)(n-4)\ldots 3}.\text{“}$$

Etiam hoc theorema generale ea insigni gaudet proprietate, ut integrale $(n-1)$-tuplum revocetur ad simplex absque ulla aequationis algebraicae resolutione. Qua fit, ut per varias differentiationes, institutas secundum constantes $a_{\varkappa,\lambda}$, $b_{\varkappa,\lambda}$, de theoremate illo tamquam de largo fonte innumera alia facile decurrant theoremata.

Ceterum supponimus in theoremate apposito, functiones

$$\sum_{\varkappa,\lambda} a_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda, \quad \sum_{\varkappa,\lambda} b_{\varkappa,\lambda} x_\varkappa x_\lambda$$

pro valoribus realibus variabilium $x_1, x_2, \ldots, x_n$ neque evanescere posse, neque adeo negativos valores induere. Alioquin enim integrale $(n-1)$-tuplum propositum aut in infinitum abiret aut adeo imaginarium foret. Hinc probari potest, etiam quantitates $G_1, G_2, \ldots, G_n$ omnes fore positivas, quod et ipsum in antecedentibus vel tacite supposuimus.

Si in theorematibus antecedentibus ponitur $n = 3$, habentur theoremata, quae in Commentatione nostra Tertia de Integralibus duplicibus (Diar. Crell. vol. X. — Conf. h. vol. p. 161) promulgavimus.

His addam aliud theorema, quod e theoremate §. 24 proposito fluit, si loco $n-1$ variabilium $\xi_1, \xi_2, \ldots, \xi_{n-1}$ ponantur n variabiles $x_1, x_2, \ldots, x_n$, simulque in formula (24) statuatur n impar atque $p = \frac{n-1}{2}$.

Theorema.

Sit n numerus impar, ac supponatur:

$$\frac{p_1 p_1}{q_1 q_1} + \frac{p_2 p_2}{q_2 q_2} + \cdots + \frac{p_n p_n}{q_n q_n} < 1,$$

erit

$$\int^{n-1} \frac{dx_1 dx_2 \ldots dx_{n-1}}{x_n [(p_1+q_1 x_1)^2+(p_2+q_2 x_2)^2+\cdots+(p_n+q_n x_n)^2]^{\frac{n-1}{2}}}$$

$$=\frac{2.\pi^{\frac{n-1}{2}}}{1.2\ldots\left(\frac{n-3}{2}\right)}\int_0^\infty \frac{dx}{\sqrt{x(x+q_1q_1)(x+q_2q_2)\ldots(x+q_nq_n)\left(1-\frac{p_1p_1}{x+q_1q_1}-\frac{p_2p_2}{x+q_2q_2}-\cdots-\frac{p_np_n}{x+q_nq_n}\right)}},$$

integrali $(n-1)$-*tuplo extenso ad variabilium* $x_1, x_2, \ldots, x_n$ *valores reales omnes, qui aequationi*

$$x_1 x_1+x_2 x_2+\cdots+x_n x_n=1$$

satisfaciunt.

Scrib. d. 23. Aug. 1833.

OBSERVATIUNCULAE AD THEORIAM AEQATIONUM PERTINENTES.

AUCTORE

C. G. J. JACOBI,
PROF. ORD. MATH. REGIOM.

Crelle Journal für die reine und angewandte Mathematik, Bd. 13. p. 340—352.



OBSERVATIUNCULAE AD THEORIAM AEQUATIONUM PERTINENTES.

I.

Resolutio aequationum algebraica poscit, ut, dato numero elementorum, singula elementa per functiones eorum symmetricas ope extractionis radicum exhibeantur. Quod pro secundi, tertii, quarti gradus aequationibus succedere notum est. Functionum illarum symmetricarum natura cum in libris certe elementaribus indicari non soleat, rapide eam exponam.

Resolutio aequationum secundi gradus.

Propositis duobus elementis a, b, habentur singula per formulam

$$\frac{a+b}{2} \pm \sqrt{\left(\frac{a-b}{2}\right)^2}.$$

Resolutio aequationum tertii gradus.

Propositis tribus elementis a, b, c, statuamus

$$a+b+c = u, \quad a+\alpha b+\alpha^2 c = u', \quad a+\alpha^2 b+\alpha c = u'',$$

designantibus α, α^2 radices cubicas imaginarias unitatis. Quibus positis, singula elementa ope ipsarum u, u', u'' exhibentur per formulas

$$a = \frac{u+u'+u''}{3}, \quad b = \frac{u+\alpha^2 u'+\alpha u''}{3}, \quad c = \frac{u+\alpha u'+\alpha^2 u''}{3}.$$

Statuamus porro

$$u' = \sqrt[3]{v+\sqrt{w}}, \quad u'' = \sqrt[3]{v-\sqrt{w}};$$

erit

$$v = \frac{u'^3+u''^3}{2} = \frac{(u'+u'')(u'+\alpha u'')(u'+\alpha^2 u'')}{2},$$

$$\sqrt{w} = \frac{u'^3-u''^3}{2} = \frac{(u'-u'')(u'-\alpha u'')(u'-\alpha^2 u'')}{2}.$$

Substitutis autem ipsarum u', u'' valoribus supra appositis, cum sit

$$1+\alpha+\alpha^2 = 0,$$

habetur

$$u'+u'' = 2a-b-c, \quad u'+\alpha u'' = \alpha^2(2c-a-b), \quad u'+\alpha^2 u'' = \alpha(2b-c-a),$$

ideoque

$$v = \frac{(2a-b-c)(2b-c-a)(2c-a-b)}{2}.$$

Porro fit:

$$u'-u'' = (\alpha-\alpha^2)(b-c),$$
$$u'-\alpha u'' = (1-\alpha)\,(a-b),$$
$$u'-\alpha^2 u'' = (1-\alpha^2)(a-c),$$

ideoque, cum sit

$$1-\alpha = \alpha^2(\alpha-\alpha^2), \quad 1-\alpha^2 = -\alpha(\alpha-\alpha^2), \quad \alpha-\alpha^2 = \sqrt{-3},$$

fit

$$\sqrt{w} = \frac{3\sqrt{-3}}{2}(a-b)(a-c)(b-c).$$

His valoribus substitutis, prodit

$$a = \frac{a+b+c}{3} + \tfrac{1}{3}\sqrt[3]{\frac{(2a-b-c)(2b-c-a)(2c-a-b)+3\sqrt{-3}[(a-b)(a-c)(b-c)]^2}{2}}$$
$$+\tfrac{1}{3}\sqrt[3]{\frac{(2a-b-c)(2b-c-a)(2c-a-b)-3\sqrt{-3}[(a-b)(a-c)(b-c)]^2}{2}},$$

$$b = \frac{a+b+c}{3} + \frac{-1+\sqrt{-3}}{6}\sqrt[3]{\frac{(2a-b-c)(2b-c-a)(2c-a-b)+3\sqrt{-3}[(a-b)(a-c)(b-c)]^2}{2}}$$
$$+\frac{-1-\sqrt{-3}}{6}\sqrt[3]{\frac{(2a-b-c)(2b-c-a)(2c-a-b)-3\sqrt{-3}[(a-b)(a-c)(b-c)]^2}{2}},$$

$$c = \frac{a+b+c}{3} + \frac{-1-\sqrt{-3}}{6}\sqrt[3]{\frac{(2a-b-c)(2b-c-a)(2c-a-b)+3\sqrt{-3}[(a-b)(a-c)(b-c)]^2}{2}}$$
$$+\frac{-1+\sqrt{-3}}{6}\sqrt[3]{\frac{(2a-b-c)(2b-c-a)(2c-a-b)-3\sqrt{-3}[(a-b)(a-c)(b-c)]^2}{2}};$$

quae sunt expressiones quaesitae.

Radicalia cubica

$$u' = \sqrt[3]{v+\sqrt{w}}, \quad u'' = \sqrt[3]{v-\sqrt{w}}$$

alterum per alterum exhibentur ope formulae

$$u'u'' = \sqrt[3]{vv-w} = aa+bb+cc-ab-ac-bc = \frac{(a-b)^2+(a-c)^2+(b-c)^2}{2}$$
$$= \sqrt[3]{\left(\frac{(2a-b-c)(2b-c-a)(2c-a-b)}{2}\right)^2 + \frac{27}{4}[(a-b)(a-c)(b-c)]^2}.$$

Resolutio aequationum quarti gradus.

Propositis quatuor elementis a, b, c, d, statuamus

$$a+b+c+d = u, \quad a+b-c-d = u',$$
$$a-b+c-d = u'', \quad a-b-c+d = u''',$$

unde

$$a = \frac{u+u'+u''+u'''}{4}, \quad b = \frac{u+u'-u''-u'''}{4},$$
$$c = \frac{u-u'+u''-u'''}{4}, \quad d = \frac{u-u'-u''+u'''}{4}.$$

Statuamus in formulis, quas de resolutione aequationum tertii gradus proposuimus, loco a, b, c quantitates $u'u'$, $u''u''$, $u'''u'''$, unde fit

$$2v = (2u'u'-u''u''-u'''u''')(2u''u''-u'''u'''-u'u')(2u'''u'''-u'u'-u''u''),$$
$$2\sqrt{w} = 3\sqrt{-3(u'u'-u''u'')(u'u'-u'''u''')(u''u''-u'''u''')}.$$

Habetur autem:

$$u'u'-u''u'' = (u'+u'')(u'-u'') = 4(a-d)(b-c),$$
$$u'u'-u'''u''' = (u'+u''')(u'-u''') = 4(a-c)(b-d),$$
$$u''u''-u'''u''' = (u''+u''')(u''-u''') = 4(a-b)(c-d);$$

porro fit:

$$2u'u'-u''u''-u'''u''' = 8(ab+cd)-4(ac+bd)-4(ad+bc),$$
$$2u''u''-u'''u'''-u'u' = 8(ac+bd)-4(ad+bc)-4(ab+cd),$$
$$2u'''u'''-u'u'-u''u'' = 8(ad+bc)-4(ab+cd)-4(ac+bd).$$

Statuamus insuper

$$s = u'u'+u''u''+u'''u'''.$$

Quibus omnibus collectis, atque formulis de resolutione aequationum tertii gradus antecedentibus traditis in auxilium vocatis, invenitur, rurus posito $\alpha = \frac{-1+\sqrt{-3}}{2}$, $\alpha^2 = \frac{-1-\sqrt{-3}}{2}$:

$$4a = u+\sqrt{\frac{s+\sqrt[3]{v+\sqrt{w}}+\sqrt[3]{v-\sqrt{w}}}{3}}+\sqrt{\frac{s+\alpha\sqrt[3]{v+\sqrt{w}}+\alpha^2\sqrt[3]{v-\sqrt{w}}}{3}}$$
$$+\sqrt{\frac{s+\alpha^2\sqrt[3]{v+\sqrt{w}}+\alpha\sqrt[3]{v-\sqrt{w}}}{3}},$$

$$4b = u+\sqrt{\frac{s+\sqrt[3]{v+\sqrt{w}}+\sqrt[3]{v-\sqrt{w}}}{3}}-\sqrt{\frac{s+\alpha\sqrt[3]{v+\sqrt{w}}+\alpha^2\sqrt[3]{v-\sqrt{w}}}{3}}$$
$$-\sqrt{\frac{s+\alpha^2\sqrt[3]{v+\sqrt{w}}+\alpha\sqrt[3]{v-\sqrt{w}}}{3}},$$

$$4c = u - \sqrt{\frac{s+\sqrt[3]{v+\sqrt{w}}+\sqrt[3]{v-\sqrt{w}}}{3}} + \sqrt{\frac{s+\alpha\sqrt[3]{v+\sqrt{w}}+\alpha^2\sqrt[3]{v-\sqrt{w}}}{3}} - \sqrt{\frac{s+\alpha^2\sqrt[3]{v+\sqrt{w}}+\alpha\sqrt[3]{v-\sqrt{w}}}{3}},$$

$$4d = u - \sqrt{\frac{s+\sqrt[3]{v+\sqrt{w}}+\sqrt[3]{v-\sqrt{w}}}{3}} - \sqrt{\frac{s+\alpha\sqrt[3]{v+\sqrt{w}}+\alpha^2\sqrt[3]{v-\sqrt{w}}}{3}} + \sqrt{\frac{s+\alpha^2\sqrt[3]{v+\sqrt{w}}+\alpha\sqrt[3]{v-\sqrt{w}}}{3}},$$

ubi habetur:

$$\begin{aligned}
u &= a+b+c+d,\\
s &= (a+b-c-d)^2+(a-b+c-d)^2+(a-b-c+d)^2\\
&= (a-b)^2+(a-c)^2+(a-d)^2+(b-c)^2+(b-d)^2+(c-d)^2,\\
v &= 32[2(ab+cd)-(ac+bd)-(ad+bc)]\\
&\quad\times[2(ac+bd)-(ad+bc)-(ab+cd)]\\
&\quad\times[2(ad+bc)-(ac+bd)-(ab+cd)],\\
w &= -3[96(a-b)(a-c)(a-d)(b-c)(b-d)(c-d)]^2.
\end{aligned}$$

Quae expressiones cum omnes sint ipsorum a, b, c, d functiones symmetricae, proposito satisfactum est.

Observo porro, haberi in antecedentibus:

$$\begin{aligned}
\sqrt[3]{v+\sqrt{w}}\,.\sqrt[3]{v-\sqrt{w}} &= \sqrt[3]{vv-w}\\
&= u'^4+u''^4+u'''^4-u'^2u''^2-u'^2u'''^2-u''^2u'''^2\\
&= 8[(a-b)^2(c-d)^2+(a-c)^2(b-d)^2+(a-d)^2(b-c)^2];
\end{aligned}$$

porro

$$\sqrt{s+\sqrt[3]{v+\sqrt{w}}+\sqrt[3]{v-\sqrt{w}}}\,.\sqrt{s+\alpha\sqrt[3]{v+\sqrt{w}}+\alpha^2\sqrt[3]{v-\sqrt{w}}}\,.\sqrt{s+\alpha^2\sqrt[3]{v+\sqrt{w}}+\alpha\sqrt[3]{v-\sqrt{w}}}$$
$$= \sqrt{s^3+2v-3s\sqrt[3]{vv-w}} = u'u''u''' = (a+b-c-d)(a+c-b-d)(a+d-b-c).$$

Quae expressiones cum respectu elementorum a, b, c, d sint symmetricae, videmus, e duobus radicalibus cubicis alterum per alterum dari, e tribus radicalibus quadraticis, quae per u', u'', u''' designavimus, unum per duo reliqua determinari. Cuius observationis beneficio fit, ut per tantam radicalium ambiguitatem non maior quam quatuor quantitatum diversarum numerus repraesentetur.

II.

Considerationes generales.

Si accuratius examinamus, quomodo antecedentibus compositae sint expressiones, quibus quatuor elementa repraesentantur, videmus, primum e functione symmetrica elementorum extrahi radicem quadraticam, qua iuncta alteri functioni symmetricae, extrahi radicem cubicam; hanc alteri simili radici cubicae iungi et tertiae functioni symmetricae, quo facto rursus extrahi radicem quadraticam, et tribus eiusmodi radicibus quadraticis simili modo formatis atque nova functione symmetrica omnia quatuor elementa exhiberi. Quae radicum extractiones non nisi indicari possunt, si quantitates sub radicalibus exprimuntur per coëfficientes aequationis quarti gradus, cuius elementa illae radices sunt; si vero quantitates sub radicalibus per ipsa elementa, uti fecimus, exhibentur, videmus, ipsas extractiones praestari posse omnes, iisque varias determinari functiones insymmetricas elementorum, donec ad ipsa tandem singula elementa perveniatur.

Initium videmus in his quaestionibus faciendum esse ab investiganda functione insymmetrica, cuius certa potestas symmetrica fiat. Neque enim aliter per solas radicum extractiones a functionibus symmetricis ad insymmetricas pervenire licet. Eiusmodi autem nulla alia datur functio nisi productum e differentiis elementorum conflatum, quod permutatis elementis duos valores sibi oppositos induere potest, et cuius quadratum functio symmetrica est. Quod igitur quadratum in omnibus solutionibus, antecedentibus traditis, sub ultimo radicali inveniri debet et invenitur, neque igitur radicale ultimum aliud esse potest nisi quadraticum. Idem etiam consideratione sequente patet.

Statuamus enim, coëfficientes aequationis esse functiones quantitatis alicuius t, atque radicem x vocemus; aequationem hunc in modum proponere licet:

$$F(x, t) = 0.$$

Unde differentiale radicis secundum t sumtum, adhibita Lagrangiana notatione, invenimus

$$\frac{dx}{dt} = -\frac{F'(t)}{F'(x)}.$$

Hinc sequitur, si aequatio proposita duas habeat radices inter se aequales, easque pro x eligamus, abire $\frac{dx}{dt}$ in infinitum. Nam pro valore illo denominator $F'(x)$ evanescit. Si igitur x per t ope radicalium exhiberi potest, expressio

ita comparata esse debet, ut differentiatione denominatorem nanciscatur, qui evanescit, quoties duae radices inter se aequales fiunt, qui igitur alius esse non potest, nisi quadratum illud producti e differentiis omnium radicum aequationis conflati. Quod igitur quadratum in expressionibus illis sub radicali inveniri debet neque aliis quantitatibus additione iunctum, sive sub ultimo radicali, sicuti etiam in resolutionibus algebraicis aequationum secundi, tertii, quarti gradus vidimus.

Saepius observatum est, si datur resolutio algebraica generalis aequationis n^{ti} gradus, inter cuius radices certae relationes locum non habent, expressionem radicis tot radicalia necessario implicare, ut etiam inferiorum graduum aequationum solutiones algebraicas continere possit. Unde facile coniicis, numerum dimensionum, ad quam expressio sub ultimo radicali ascendit, minorem esse non posse, quam numerum minimum, qui per omnes numeros 2, 3, 4, ..., n dividatur. Qui pro $n = 2, 3, 4$ fit 2, 6, 12. Et idem casibus illis est numerus dimensionum quadrati producti illius e differentiis radicum aequationis conflati, quod sub ultimo radicali inveniebatur. Sed pro $n = 5$ fit minimus ille numerus, qui per 2, 3, 4, 5 dividatur, $= 60$, dum numerus dimensionum quadrati illius tantum ad 20 sive generaliter ad numerum $n(n-1)$ ascendit. Nec non pro altioribus ipsius n valoribus consensus ille plane deficit.

Observatio de aequatione sexti gradus, ad quam aequationes quinti gradus revocari possunt.

Sint elementa quinque proposita x_1, x_2, x_3, x_4, x_5, ac designemus per symbolum

$$(12345)$$

functionem elementorum rationalem, quae immutata manet, si elementa x_1, x_2, x_3, x_4, x_5 eodem ordine, quo ea exhibemus, commutamus respective cum his

$$x_2,\quad x_3,\quad x_4,\quad x_5,\quad x_1.$$

Statuamus porro

$$(12345)-(13524) = y;$$

demonstravit olim Ill. Lagrange, expressionem y^2 permutatione elementorum x_1, x_2, x_3, x_4, x_5 non plures quam sex valores diversos induere posse, ita ut, data aequatione quinti gradus, cuius radices sint x_1, x_2, x_3, x_4, x_5, expressio y^2 sit radix datae aequationis sexti gradus. Statuamus

$$(12345)-(13524) = y_1$$
$$(12453)-(14325) = y_2$$
$$(12534)-(15423) = y_3$$
$$(15243)-(12354) = y_4$$
$$(14235)-(12543) = y_5$$
$$(13254)-(12435) = y_6,$$

erunt y_1^2, y_2^2, y_3^2, y_4^2, y_5^2, y_6^2 radices aequationes illius sexti gradus. Sed credo, nondum observatum esse, ipsas quoque y_1, y_2, y_3, y_4, y_5, y_6 esse radices datae aequationis sexti gradus, quamquam coëfficientes eius non omnes sint functiones symmetricae elementorum x_1, x_2, x_3, x_4, x_5, neque igitur per coëfficientes datae aequationis quinti gradus rationaliter exhiberi possint. Examinando enim mutationes, quas expressiones y_1, y_2, y_3, y_4, y_5, y_6 permutatione elementorum x_1, x_2, x_3, x_4, x_5 subeant, invenimus omnes simul aut alias in alias abire, aut in valores oppositos. Unde ipsorum y_1, y_2, y_3, y_4, y_5, y_6 functio symmetrica homogenea, si paris ordinis est, etiam respectu ipsorum x_1, x_2, x_3, x_4, x_5 symmetrica erit; si vero imparis ordinis est, permutatione elementorum x_1, x_2, x_3, x_4, x_5 alias non subire potest mutationes, nisi quod signum mutet. Quod locum habere generaliter invenimus, si bina elementorum x_1, x_2, x_3, x_4, x_5 permutamus. Facile autem patet, eiusmodi functionem elementorum x_1, x_2, x_3, x_4, x_5, quae binis permutatis signum mutet neque aliam mutationem subeat, aliam esse non posse, nisi productum ex omnibus differentiis elementorum, multiplicatum per functionem eorum symmetricam. Cuius producti quadratum cum functio symmetrica sit ideoque pro noto habeatur, videmus, functiones symmetricas ipsorum y_1, y_2, y_3, y_4, y_5, y_6 omnes et ipsas pro datis haberi posse. Videlicet si aequatio sexti gradus, cuius radices sint y_1, y_2, y_3, y_4, y_5, y_6, statuatur

$$y^6 - a_1 y^5 + a_2 y^4 - a_3 y^3 + a_4 y^2 - a_5 y + a_6 = 0,$$

coëfficientes a_2, a_4, a_6 rationaliter exhiberi possunt per coëfficientes datae aequationis quinti gradus, coëfficientes autem a_1, a_3, a_5 erunt expressiones rationales coëfficientium aequationis quinti gradus, multiplicatae per radicem quadraticam $\sqrt{\triangle}$, siquidem

$$\triangle = [(x_1-x_2)(x_1-x_3)(x_1-x_4)(x_1-x_5)(x_2-x_3)(x_2-x_4)(x_2-x_5)(x_3-x_4)(x_3-x_5)(x_4-x_5)]^2.$$

Functio simplicissima, quae proprietatibus expressionis symbolicae (12345) supra assignatis gaudet, est haec:

$$x_1x_2 + x_2x_3 + x_3x_4 + x_4x_5 + x_5x_1,$$

pro qua aequationis sexti gradus radices habentur:

$$\begin{aligned}
y_1 &= x_1x_2+x_2x_3+x_3x_4+x_4x_5+x_5x_1-x_1x_3-x_3x_5-x_5x_2-x_2x_4-x_4x_1\\
y_2 &= x_1x_2+x_2x_4+x_4x_5+x_5x_3+x_3x_1-x_1x_4-x_4x_3-x_3x_2-x_2x_5-x_5x_1\\
y_3 &= x_1x_2+x_2x_5+x_5x_3+x_3x_4+x_4x_1-x_1x_5-x_5x_4-x_4x_2-x_2x_3-x_3x_1\\
y_4 &= x_1x_5+x_5x_2+x_2x_4+x_4x_3+x_3x_1-x_1x_2-x_2x_3-x_3x_5-x_5x_4-x_4x_1\\
y_5 &= x_1x_4+x_4x_2+x_2x_3+x_3x_5+x_5x_1-x_1x_2-x_2x_5-x_5x_4-x_4x_3-x_3x_1\\
y_6 &= x_1x_3+x_3x_2+x_2x_5+x_5x_4+x_4x_1-x_1x_2-x_2x_4-x_4x_3-x_3x_5-x_5x_1.
\end{aligned}$$

Quae expressiones cum respectu elementorum x_1, x_2, x_3, x_4, x_5 tantum ad secundam dimensionem ascendunt, coëfficientes a_1, a_3, a_5 erunt secundae, sextae, decimae dimensionis. Quarum expressiones cum ex observatione antea facta productum ex omnibus differentiis elementorum x_1, x_2, x_3, x_4, x_5 tamquam factorem contineant, quod ad decimam dimensionem ascendit, fieri debet

$$a_1 = 0, \quad a_3 = 0, \quad a_5 = m\sqrt{\triangle},$$

designante m numerum. Et calculo facto invenitur

$$a_5 = 32(x_1-x_2)(x_1-x_3)(x_1-x_4)(x_1-x_5)(x_2-x_3)(x_2-x_4)(x_2-x_5)(x_3-x_4)(x_3-x_5)(x_4-x_5),$$

ideoque $m = 32$. Unde aequatio sexti gradus formam induit:

$$y^6+a_2y^4+a_4y^2+a_6 = 32\sqrt{\triangle}.y.$$

Si aequatio quinti gradus proposita est:

$$x^5-Ax^4+Bx^3-Cx^2+Dx-E = 0,$$

facile invenitur

$$a_2 = 8AC-3B^2-20D.$$

Valores ipsorum a_4, a_6 paullo ampliores calculos poscunt. Valorem ipsius $\triangle$, per A, B, C, D, E, expressum, tradidit ill. Lagrange in theoria aequationum, e *Meditationibus Algebraicis* celeberrimi Waring descriptum.

III.

Ludicrum de resolutione algebraica aequationum quinti gradus.

Olim, ut fit, cum puer studiosus in tentanda resolutione algebraica aequationum quinti gradus desudarem, aequationem generalem

$$x^5-10q^2x = p$$

ad aliam decimi gradus revocavi, cuius resolutio algebraica contigit, duorum tantum coëfficientium signis mutatis. Rem inutilem, sed curiosam, paucis referam.

Posito

$$x = y+z,$$

cum sit

$$x^5-10y^2z^2.x = y^5+z^5+5yz(y^3+z^3),$$



hanc aequationem cum proposita comparavi, unde

$$yz = q,\quad y^5+z^5+5yz(y^3+z^3) = p,$$

ideoque

$$y^{10}+5qy^8+5q^4y^2+q^5 = p.y^5.$$

Qua aequatione decimi gradus resoluta, etiam proposita quinti gradus resoluta est.

Facile mihi credis, illam quidem aequationem decimi gradus algebraice resolvi non posse, sed huius alius:

$$y^{10}-5qy^8-5q^4y^2+q^5 = p.y^5,$$

quae duorum tantum coëfficientium signis ab illa discrepat, hanc inveni radicem algebraicam:

$$\frac{1}{2}\sqrt[5]{\frac{p+\sqrt{p^2-128q^5}}{2}}+\frac{1}{2}\sqrt[5]{\frac{p-\sqrt{p^2-128q^5}}{2}}$$
$$\pm\frac{1}{2}\sqrt{\sqrt[5]{\left(\frac{p+\sqrt{p^2-128q^5}}{2}\right)^2}+\sqrt[5]{\left(\frac{p-\sqrt{p^2-128q^5}}{2}\right)^2}} = y.$$

IV.

De numero radicum realium, quae inter datos limites continentur.

Cartesius olim regulam dedit, qua, data aequatione algebraica, e signis coëfficientium eius limites cognoscuntur, quos numeros radicum positivarum et numerus radicum negativarum superare non potest. Eiusmodi limites assignavit Cl. Fourier pro radicibus realibus, quae inter datas quantitates reales quaslibet a et b continentur. Sed idem observo e regula Cartesiana peti potuisse. Sit enim x radix aequationis propositae, statuatur

$$y = \frac{b-x}{x-a},$$

erit y radix aequationis eiusdem ordinis, quae tot habet radices positivas, quot valores ipsius x inter a et b positae sunt. Unde regula Cartesiana adhibita ad aequationem transformatam, notus erit limes numeri radicum aequationis propositae, quae inter a et b continentur. Res adeo hic per signa unius seriei $n+1$ quantitatum transigitur, si n gradus aequationis, dum Cl. Fourier eiusmodi series duas adhibet. Sed regula a viro illustri prodita et multis aliis nominibus et calculo expedito praestat.

Eadem observatione regula celeberrima Sturmiana, qua numerus accuratus definitur radicum, quae inter datos limites continentur, ad casum eum revocari potest, quo numerus radicum aut positivarum aut negativarum quaeritur.

V.

Quomodo regula Bernouilliana ad investigandas radices, quae maximam aut minimam sequuntur, extendi potest.

Sit X ipsius x data functio quaelibet rationalis integra n^{ti} ordinis, sit P functio eius alia quaelibet rationalis integra minoris ordinis; evolvatur fractio $\frac{P}{X}$ ad descendentes potestates ipsius x, cuius evolutionis termini duo se excipientes sint

$$\frac{p_{m-1}}{x^m}+\frac{p_m}{x^{m+1}},$$

docuit olim Daniel Bernouilli, quotientem $\frac{p_m}{p_{m-1}}$ convergere ad valorem radicis absolute maximae aequationis

$$X=0.$$

Si fractio $\frac{P}{X}$ ad potestates ascendentes ipsius x evolvitur, cuius evolutionis termini duo se excipientes sint

$$q_m x^m+q_{m+1}x^{m+1},$$

quotiens $\frac{q_m}{q_{m+1}}$ ad valorem radicis absolute minimae converget. Causa regulae nota haec est, quod in expressione generali ipsius p_m

$$p_m=Cx_1^m+C_2x_2^m+C_3x_3^m+\cdots+C_nx_n^m,$$

in qua $x_1, x_2, \ldots, x_n$ sunt radices aequationis propositae, $C_1, C_2, \ldots, C_n$ constantes seu quantitates ab exponente m non pendentes, prae uno termino in m^{tam} potestatem radicis maximae ducto negligi possint reliqui omnes, siquidem numerus m satis magnus statuitur. Simile de radice minima investiganda valet.

Statuamus radices, secundum magnitudinem *absolutam* dispositas, esse

$$x_1, \quad x_2, \quad x_3, \quad \ldots, \quad x_n,$$

ita ut x_1 sit maxima, x_n minima. Radices imaginarias secundum earum modulum aestimamus, sive si radix imaginaria $r(\cos\varphi+\sqrt{-1}.\sin\varphi)$, designantibus r, φ quantitates reales, secundum quantitatem r. Regula de investiganda radice maxima proposita deficit, si duae radices maximae inter se aequales adeunt, vel quoties radices duae maximae imaginariae sunt, si utrique idem modulus est. Eo casu regula antecedens ita amplificanda est, ut simul duae radices maximae investigentur. Quod ipse iam Eulerus fecit pro casu, quo duae radices

maximae sunt imaginariae formae $r(\cos\varphi+\sqrt{-1}.\sin\varphi)$, $r(\cos\varphi-\sqrt{-1}.\sin\varphi)$, in Cap. XVII. Vol. I *Introductionis.* Paucis demonstrabo sequentibus, quomodo iisdem principiis indagetur aequatio k^{ti} ordinis, cuius k radices totidem radicibus maximis aequationis propositae proxime aequales sunt. Quam amplificationem Cl. Fourier in introductione operis de aequationibus indicavit.

In expressione generali ipsius p_m prae terminis ductis in k radices maximas, ad m^{tam} dignitatem elatas, negligimus reliquos terminos omnes; quod eo maiore iure licet, quo maior numerus m. Hinc statuimus proxime:

$$p_m = C_1 x_1^m + C_2 x_2^m + \cdots + C_k x_k^m,$$

seu, posito

$$C_1 x_1^m = B_1, \quad C_2 x_2^m = B_2, \quad \ldots, \quad C_k x_k^m = B_k,$$

statuimus proxime:

$$\begin{aligned} p_m &= B_1 + B_2 + \cdots + B_k \\ p_{m+1} &= B_1 x_1 + B_2 x_2 + \cdots + B_k x_k \\ p_{m+2} &= B_1 x_1^2 + B_2 x_2^2 + \cdots + B_k x_k^2 \\ &\ldots\ldots\ldots\ldots \\ p_{m+k} &= B_1 x_1^k + B_2 x_2^k + \cdots + B_k x_k^k. \end{aligned}$$

Ponamus

$$(x-x_1)(x-x_2)\ldots(x-x_k) = x^k + A_1 x^{k-1} + A_2 x^{k-2} + \cdots + A_k,$$

quam expressionem evanescere patet, si loco x ponuntur k valores x_1, x_2, ..., x_k. Unde ex aequationibus antecedentibus sequitur haec:

$$0 = p_{m+k} + A_1 p_{m+k-1} + A_2 p_{m+k-2} + \cdots + A_k p_m.$$

In qua, si loco m ponimus $m+1$, $m+2$, etc., habemus sequens aequationum systema:

$$\begin{aligned} 0 &= x^k + A_1 x^{k-1} + A_2 x^{k-2} + \cdots + A_k \\ 0 &= p_{m+k} + A_1 p_{m+k-1} + A_2 p_{m+k-2} + \cdots + A_k p_m \\ 0 &= p_{m+k+1} + A_1 p_{m+k} + A_2 p_{m+k-1} + \cdots + A_k p_{m+1} \\ 0 &= p_{m+k+2} + A_1 p_{m+k+1} + A_2 p_{m+k} + \cdots + A_k p_{m+2} \\ &\ldots\ldots\ldots\ldots \\ 0 &= p_{m+2k-1} + A_1 p_{m+2k-2} + A_2 p_{m+2k-3} + \cdots + A_k p_{m+k-1}. \end{aligned}$$

De quibus aequationibus, quarum numerus $k+1$, eliminatis k quantitatibus A_1, A_2, ..., A_k, prodit aequatio huiusmodi:

$$Px^k + P_1 x^{k-1} + P_2 x^{k-2} + \cdots + P_k = 0,$$

in qua $P, P_1, P_2, \ldots, P_k$ per terminos $p_m, p_{m+1}, \ldots, p_{m+2k-1}$ expressae sunt, et cuius radices aequationis propositae, $X = 0$, k radicibus maximis proxime aequales sunt.

Sit $k = 2$, habetur

$$\begin{aligned} 0 &= x^2 + A_1 x + A_2 \\ 0 &= p_{m+2} + A_1 p_{m+1} + A_2 p_m \\ 0 &= p_{m+3} + A_1 p_{m+2} + A_2 p_{m+1}, \end{aligned}$$

unde, eliminatis A_1, A_2, habentur x_1, x_2 proxime aequales radicibus aequationis quadraticae:

$$(p_{m+1}^2 - p_m p_{m+2})x^2 + (p_m p_{m+3} - p_{m+1} p_{m+2})x + p_{m+2}^2 - p_{m+1} p_{m+3} = 0;$$

sicuti notum est, et cum Euleri formulis convenit.

Sit $k = 3$, habes

$$\begin{aligned} 0 &= x^3 + A_1 x^2 + A_2 x + A_3 \\ 0 &= p_{m+3} + A_1 p_{m+2} + A_2 p_{m+1} + A_3 p_m \\ 0 &= p_{m+4} + A_1 p_{m+3} + A_2 p_{m+2} + A_3 p_{m+1} \\ 0 &= p_{m+5} + A_1 p_{m+4} + A_2 p_{m+3} + A_3 p_{m+2}, \end{aligned}$$

unde, eliminatis A_1, A_2, A_3, provenit:

$$P x^3 + P_1 x^2 + P_2 x + P_3 = 0,$$

posito:

$$\begin{aligned} P &= p_{m+2}^3 + p_{m+1}^2 p_{m+4} + p_m p_{m+3}^2 - 2 p_{m+1} p_{m+2} p_{m+3} - p_m p_{m+2} p_{m+4} \\ P_1 &= p_{m+1} p_{m+3}^2 + p_{m+1} p_{m+2} p_{m+4} + p_m p_{m+2} p_{m+5} - p_{m+2}^2 p_{m+3} - p_{m+1}^2 p_{m+5} - p_m p_{m+3} p_{m+4} \\ P_2 &= p_m p_{m+4}^2 + p_{m+2} p_{m+3}^2 + p_{m+1} p_{m+2} p_{m+5} - p_{m+2}^2 p_{m+4} - p_m p_{m+3} p_{m+5} - p_{m+1} p_{m+3} p_{m+4} \\ P_3 &= 2 p_{m+2} p_{m+3} p_{m+4} + p_{m+1} p_{m+3} p_{m+5} - p_{m+3}^3 - p_{m+2}^2 p_{m+5} - p_{m+1} p_{m+4}^2. \end{aligned}$$

Methodus Clarissimi Daniel Bernouilli nititur principio, quod seriei recurrentis termini ab initio satis remoti ut termini seriei geometricae spectari possint. Methodus antecedentibus amplificata tantum supponit, terminos seriei recurrentis ab initio satis remotos proxime aequales esse terminis alius seriei recurrentis, cuius scala e minore terminorum numero constat. Quam igitur scalam, ideoque etiam aequationem, cuius radices radicibus maximis aequationis propositae proximae aequales sunt, eruere licet etiam per methodum, quam olim pro investiganda lege serierum recurrentium proposuit Ill. Lagrange in commentatione:

Recherches sur la manière de former des tables des planètes d'après les seules observations.

Videlicet, si seriem recurrentem, cuius scala $n+1$ terminis constat, inde a termino p_m convenire statuimus cum alia, cuius scala tantum $k+1$ terminis constat, ponamus

$$p_m+p_{m+1}y+p_{m+2}y^2+\cdots+p_{m+2k-1}y^{2k-1}=s;$$

sit porro

$$\frac{1}{s}=a_1+b_1y+y^2s_1,$$
$$\frac{1}{s_1}=a_2+b_2y+y^2s_2,$$
$$\frac{1}{s_2}=a_3+b_3y+y^2s_3,$$
$$\cdots\cdots\cdots$$
$$\frac{1}{s_{k-1}}=a_k+b_ky+y^2s_k.$$

Seriem s_1 continuemus usque ad potestatem y^{2k-3}, seriem s_2 usque ad potestatem y^{2k-5}, et ita porro, donec series s_k plane reiiciatur. Tum si fractionem continuam

$$\cfrac{1}{a_1+b_1y+\cfrac{y^2}{a_2+b_2y+\cfrac{y^2}{a_3+b_3y}+\cdots+\cfrac{y^2}{a_k+b_ky}}}$$

in fractionem vulgarem commutas $\frac{P}{Q}$, atque in denominatore statuis $y=\frac{1}{x}$, erit

$$Q=0$$

aequatio quaesita, cuius radices $x=\frac{1}{y}$ aequationis propositae, $X=0$, k radicibus maioribus proxime aequales sunt. Sed observo, hanc methodum multo prolixiorem esse, quam eam eliminationis, quam supra proposui: nam in calculanda fractione $\frac{P}{Q}$ in expressiones valde complicatas incidis, quarum termini plurimi in fine calculi se mutuo destruunt, dum per eliminationem statim ad expressiones simplices pervenis.

Prorsus eadem ratione aequationis propositae radices minimas investigare licet; quod problema posito $x=\frac{1}{y}$ etiam ad antecedens revocatur; nam aequationis transformatae radices maximae sunt valores reciproci radicum minimarum aequationis propositae. Hinc si methodo Bernouilliana antecedentibus amplificata aequationis propositae radices omnes indagare placet, duae primum

investigandae sunt aequationes, quarum altera k maximas, altera $n-k$ minimas radices exhibet; et si k aut $n-k$ maiores adhuc numeri sunt, quam ut per methodos rigorosas solutio praestet, singulas aequationes rursus eodem modo tractare licet atque propositam, donec tandem ad singulas radices aequationis propositae, sive ad aequationis gradum satis depressum pervenias.

Scr. 9. Dec. 1834.

THEOREMATA NOVA ALGEBRAICA CIRCA SYSTEMA DUARUM AEQUATIONUM INTER DUAS VARIABILES PROPOSITARUM.

AUCTORE

C. G. J. JACOBI,
PROF. ORD. MATH. REGIOM.

Crelle Journal für die reine und angewandte Mathematik, Bd. 14. p. 281—288.

THEOREMATA NOVA ALGEBRAICA CIRCA SYSTEMA DUARUM AEQUATIONUM INTER DUAS VARIABILES PROPOSITARUM.

1.

E theorematis, quae in elementis algebraicis traduntur, vix extat aliud magis utile in aequationibus maxime diversis, quam notum illud:

„Designante X functionem ipsius x rationalem integram, fieri

$$\Sigma\left(\frac{U}{\frac{dX}{dx}}\right)=0,$$

„si quidem extendatur summa ad omnes radices x aequationis $X=0$, „atque U sit alia functio quaelibet ipsius x rationalis integra, duabus uni- „tatibus inferior ordine functionis X."

Quod theorema, sequentibus demonstremus, quomodo extendatur ad systema duarum aequationum algebraicarum inter duas variabiles propositarum.

Sint f, φ functiones ipsarum x, y rationales integrae, quae respective ad μ^{tam} et ν^{tam} dimensionem ascendant. Statuamus, w esse gradum aequationum finalium, quae ex aequationibus $f=0$, $\varphi=0$, altera variabili eliminata, proveniunt. Quae aequationes finales sint

$$X=0,\quad Y=0,$$

quarum altera radices x, altera radices y suppeditat. Supponamus porro, esse M, N, P, Q functiones multiplicatrices simplicissimae, rationales, integrae, quarum ope identice obtineatur:

$$Mf+N\varphi=X,$$
$$Pf+Q\varphi=Y.$$

Sit tandem

$$MQ-NP=V.$$

Designemus per characterem

$$[x^\alpha, y^\beta]$$

functionem ipsarum x, y rationalem, integram, in qua x^α, y^β sunt altissimae, quae inveniuntur, ipsarum x, y dignitates; atque sit:

$$f = [x^\alpha, y^\beta], \quad \varphi = [x^\gamma, y^\delta].$$

Erit e praeceptis algebraicis notis

$$M = [x^{w-\alpha}, y^{\delta-1}], \quad N = [x^{w-\gamma}, y^{\beta-1}],$$
$$P = [x^{\gamma-1}, y^{w-\beta}], \quad Q = [x^{\alpha-1}, y^{w-\delta}].$$

Unde

$$V = MQ - NP = [x^{w-1}, y^{w-1}].$$

Quod dimensionem ipsius V attinet, erunt M, P dimensionis $(w-\mu)^{\text{tae}}$, N, Q dimensionis $(w-\nu)^{\text{tae}}$, unde V dimensionis $(2w-\mu-\nu)^{\text{tae}}$.

Statuamus, aequationum $f=0$, $\varphi=0$ radices simultaneas esse

$$x = x_1,\ y = y_1; \quad x = x_2,\ y = y_2; \quad \ldots; \quad x = x_w,\ y = y_w.$$

Quoties $x = x_m$, $y = y_n$, neque $m = n$, per illos valores aequationibus quidem

$$X = Mf + N\varphi = 0,$$
$$Y = Pf + Q\varphi = 0$$

satisfit, neque tamen aequationibus $f=0$, $\varphi=0$. Jam vero ex aequationibus illis sequitur

$$Vf = QX - NY = 0,$$
$$V\varphi = MY - PX = 0.$$

Unde, si per valores ipsarum x, y aequationibus $X=0$, $Y=0$ satisfit, neque tamen aequationibus $f=0$, $\varphi=0$, per eosdem valores habetur

$$V = 0.$$

Designante igitur $V_{m,n}$ valorem, quem induit expressio $MQ-NP$ positis simul $x = x_m$, $y = y_n$, erit, quoties m et n diversi:

$$V_{m,n} = 0;$$

sive expressio V evanescit, quoties pro x, y ponuntur radices aequationum finalium, quae non sunt radices simultaneae aequationum propositarum.

Aequationes identicas

$$Mf + N\varphi = X, \quad Pf + Q\varphi = Y$$

et secundum x et secundum y differentiemus, et post differentiationem factam pro x, y ponamus radices simultaneas aequationum $f=0$, $\varphi=0$. Quo facto, si notationem differentialium Lagrangianam adhibemus,

prodeunt pro valoribus ipsarum x, y assignatis, reiectis terminis evanescentibus, aequationes

$$Mf'(x)+N\varphi'(x) = X', \quad Pf'(x)+Q\varphi'(x) = 0,$$
$$Mf'(y)+N\varphi'(y) = 0, \quad Pf'(y)+Q\varphi'(y) = Y',$$

unde, posito brevitatis causa

$$f'(x)\varphi'(y)-\varphi'(x)f'(y) = R,$$

prodeunt aequationes:

$$R.M = +X'\varphi'(y), \quad R.P = -Y'\varphi'(x),$$
$$R.N = -X'f'(y), \quad R.Q = +Y'f'(x),$$

unde

$$R.V = [f'(x)\varphi'(y)-f'(y)\varphi'(x)](MQ-NP) = X'Y'.$$

Vidimus igitur, *substitutis in expressione* $MQ-NP$ *radicibus simultaneis aequationum* $f = 0$, $\varphi = 0$, *idem prodire atque si iidem valores substituantur in expressione*

$$\frac{X'Y'}{R} = \frac{\frac{dX}{dx}\cdot\frac{dY}{dy}}{f'(x)\varphi'(y)-\varphi'(x)f'(y)};$$

sive, designantibus X'_m, Y'_m, R_m *valores, quos* X', Y', R *induunt pro radicibus aequationum* $f = 0$, $\varphi = 0$ *simultaneis* $x = x_m$, $y = y_m$, *fieri*

$$V_{m,m} = \frac{X'_m Y'_m}{R_m}.$$

2.

Cum in expressione V singulae x, y ad minorem ordinem ascendant atque in functionibus X, Y, videlicet ad $(w-1)^{\text{tam}}$, uti supra demonstravimus, cum X, Y w^{ti} ordinis sint: habetur per praecepta nota discerptionis fractionum in simplices:

$$\frac{V}{X.Y} = \Sigma\frac{V_{m,n}}{X'_m Y'_n(x-x_m)(y-y_n)},$$

summa extensa ad valores indicum m, n omnes $1, 2, 3, \ldots, w$. Sed de w^2 expressionibus, quas summa amplectitur, evanescunt omnes, in quibus m et n diversi sunt, quippe quo casu invenimus $V_{m,n} = 0$, neque igitur remanent nisi in quibus $m = n$. Unde aequatio antecedens in hanc abit simpliciorem:

$$\frac{V}{X.Y} = \Sigma\frac{V_{m,m}}{X'_m Y'_m(x-x_m)(y-y_m)},$$

sive, cum sit

$$\frac{V_{m,m}}{X'_m Y'_m} = \frac{1}{R_m},$$

in hanc:

$$\frac{V}{X.Y} = \frac{MQ-NP}{XY} = \Sigma \frac{1}{R_m(x-x_m)(y-y_m)}$$
$$= \frac{1}{R_1(x-x_1)(y-y_1)} + \frac{1}{R_2(x-x_2)(y-y_2)} + \cdots + \frac{1}{R_w(x-x_w)(y-y_w)}.$$

Quae est aequatio valde memorabilis. Cuius ope, multiplicatione per XY facta, eruis expressionem ipsius V per radices simultaneas aequationum $f=0$, $\varphi=0$:

$$V = MQ-NP$$
$$= \frac{1}{R_1}(x-x_2)(x-x_3)\ldots(x-x_w)(y-y_2)(y-y_3)\ldots(y-y_w)$$
$$+\frac{1}{R_2}(x-x_1)(x-x_3)\ldots(x-x_w)(y-y_1)(y-y_3)\ldots(y-y_w)$$
$$\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots$$
$$+\frac{1}{R_w}(x-x_1)(x-x_2)\ldots(x-x_{w-1})(y-y_1)(y-y_2)\ldots(y-y_{w-1}),$$

siquidem in functionibus X, Y coëfficientes ipsarum x^w, y^w unitati aequales accipiuntur, sive

$$X = Mf+N\varphi = (x-x_1)(x-x_2)\ldots(x-x_w),$$
$$Y = Pf+Q\varphi = (y-y_1)(y-y_2)\ldots(y-y_w).$$

Habetur ex antecedentibus, aequatione inventa per U multiplicata,

$$\frac{UV}{XY} = \Sigma \frac{U}{R_m(x-x_m)(y-y_m)}.$$

Sit U ipsarum x, y functio rationalis integra, sitque U_m valor ipsius U pro $x=x_m$, $y=y_m$, habetur, designantibus W, W' functiones ipsarum x, y integras rationales,

$$U = U_m + W_m(x-x_m) + W'_m(y-y_m),$$

unde

$$\frac{U}{(x-x_m)(y-y_m)} = \frac{U_m}{(x-x_m)(y-y_m)} + \frac{W}{y-y_m} + \frac{W'}{x-x_m}.$$

Tribus autem expressionibus ad dextram evolutis secundum ipsarum x, y dignitates descendentes, tantum prima terminos continet, simul in utriusque x, y dignitates negativas ductos. Unde, evoluta expressione

$$\frac{U}{(x-x_m)(y-y_m)}$$

secundum ipsarum x, y dignitates descendentes, termini, simul in utriusque x, y dignitates negativas ducti, iidem proveniunt atque ex evolutione expressionis

$$\frac{U_m}{(x-x_m)(y-y_m)}.$$

Unde, *evoluta expressione*

$$\frac{UV}{XY} = \frac{U(MQ-NP)}{XY} = \Sigma\frac{U}{R_m(x-x_m)(y-y_m)}$$

secundum ipsarum x, y dignitates descendentes, termini, simul in utriusque x, y dignitates negativas ducti, iidem proveniunt atque ex evolutione expressionis

$$\Sigma\frac{U_m}{R_m(x-x_m)(y-y_m)}$$

$$= \frac{U_1}{R_1(x-x_1)(y-y_1)} + \frac{U_2}{R_2(x-x_2)(y-y_2)} + \cdots + \frac{U_w}{R_w(x-x_w)(y-y_w)};$$

sive *in evolutione expressionis*

$$\frac{UV}{XY}$$

coëfficientem termini $x^{-(\alpha+1)}y^{-(\beta+1)}$, designantibus α, β numeros positivos, nanciscimur

$$\frac{x_1^\alpha y_1^\beta U_1}{R_1} + \frac{x_2^\alpha y_2^\beta U_2}{R_2} + \cdots + \frac{x_w^\alpha y_w^\beta U_w}{R_w}.$$

Unde, posito $U = R$, sequitur, *evoluta expressione*

$$\frac{RV}{XY} = \frac{[f'(x)\varphi'(y) - f'(y)\varphi'(x)][MQ-NP]}{XY}$$

secundum ipsarum x, y dignitates descendentes, coefficientem termini $x^{-(\alpha+1)}y^{-(\beta+1)}$, designantibus α, β numeros integros positivos quoscunque, fore.

$$x_1^\alpha y_1^\beta + x_2^\alpha y_2^\beta + \cdots + x_w^\alpha y_w^\beta;$$

sive etiam, *terminos, simul in utriusque x, y dignitates negativas ductos, ex evolutione proposita expressionis $\frac{RV}{XY}$ prodire eosdem atque ex aggregato*

$$\frac{1}{(x-x_1)(y-y_1)} + \frac{1}{(x-x_2)(y-y_2)} + \cdots + \frac{1}{(x-x_w)(y-y_w)}.$$

Antecedentia inservire possunt determinandis expressionibus

$$x_1^\alpha y_1^\beta + x_2^\alpha y_2^\beta + \cdots + x_w^\alpha y_w^\beta,$$

quae, si neuter numerorum α, β evanescit, per methodos vulgares nonnisi maxima molestia inveniuntur.

3.

Adnotavimus supra, expressionem V tantum ad dimensionem $(2w-\mu-\nu)^{\text{tam}}$ ascendere; qua de re, evoluta expressione

$$\frac{V}{XY} = \frac{1}{R_1(x-x_1)(y-y_1)} + \frac{1}{R_2(x-x_2)(y-y_2)} + \cdots + \frac{1}{R_w(x-x_w)(y-y_w)}$$

secundum ipsarum x, y dignitates descendentes, termini ex evolutione prodeuntes altioris dimensionis esse nequeunt quam $(-\mu-\nu)^{\text{tae}}$. Habetur autem evolutionis terminus generalis

$$\left(\frac{x_1^\alpha y_1^\beta}{R_1} + \frac{x_2^\alpha y_2^\beta}{R_2} + \cdots + \frac{x_w^\alpha y_w^\beta}{R_w}\right) x^{-(\alpha+1)} y^{-(\beta+1)},$$

quem igitur evanescere oportet, quoties $\alpha+\beta < \mu+\nu-2$. Unde fluit theorema:

Theorema.

Sint f, φ duarum variabilium x, y functiones quaecunque rationales integrae; sint $x = x_1$, $y = y_1$; $x = x_2$, $y = y_2$; ...; $x = x_w$, $y = y_w$ radices omnes simultaneae aequationum $f = 0$, $\varphi = 0$; sit porro R_m valor expressionis

$$f'(x)\varphi'(y) - f'(y)\varphi'(x)$$

pro $x = x_m$, $y = y_m$; erit

$$\frac{x_1^\alpha y_1^\beta}{R_1} + \frac{x_2^\alpha y_2^\beta}{R_2} + \cdots + \frac{x_w^\alpha y_w^\beta}{R_w} = 0,$$

designantibus α, β numeros positivos integros, quorum summa duobus aucta minor quam summa dimensionum, ad quas ascendunt functiones propositae f, φ.

Unde statim etiam sequitur theorema hoc:

Theorema.

Sint f, φ duarum variabilium x, y functiones quaecunque rationales integrae; sit F alia functio ipsarum x, y rationalis integra quaecunque, cuius ordo tribus inferior summa ordinum functionum f, φ; erit

$$\Sigma \frac{F}{f'(x)\varphi'(y) - f'(y)\varphi'(x)} = 0,$$

summa extensa ad valores ipsorum x, y omnes, qui sunt radices simultaneae aequationum $f = 0$, $\varphi = 0$.

Ut unico saltem exemplo theorema memorabile confirmemus, sint f, φ *secundi* ordinis. Quo casu constantem λ ita determinari posse constat, ut

$f+\lambda\varphi$ in duos factores lineares resolvi possit, idque tribus modis pro tribus radicibus aequationis cubicae, a qua valor ipsius λ pendet. Sint λ', λ'' duo ipsius λ valores diversi, ac statuatur

$$\Pi = f+\lambda'\varphi = t.u, \quad \Phi = f+\lambda''\varphi = v.w,$$

designantibus t, u, v, w expressiones lineares. Radices aequationum $f=0$, $\varphi=0$ eaedem erunt atque aequationum $\Pi=0$, $\Phi=0$, quae in quatuor haec systemata aequationum linearium resolvi possunt:

1) $t=0$, $v=0$, e quibus sequatur $x=x_1$, $y=y_1$,
2) $t=0$, $w=0$, - - - $x=x_2$, $y=y_2$,
3) $u=0$, $v=0$, - - - $x=x_3$, $y=y_3$,
4) $u=0$, $w=0$, - - - $x=x_4$, $y=y_4$.

Ope radicum appositarum ipsas expressiones lineares t, u, v, w exhibere licet; nam cum ex. gr. t evanescat et pro $x=x_1$, $y=y_1$, et pro $x=x_2$, $y=y_2$, notum est, ipsam t hoc modo exprimi posse:

$$t = \alpha[x(y_1-y_2)-y(x_1-x_2)+x_1y_2-y_1x_2],$$

designante α constantem. Simili modo si u, v, w exhibentur, prodit:

$$\begin{aligned} t &= \alpha[x(y_1-y_2)-y(x_1-x_2)+x_1y_2-y_1x_2],\\ u &= \beta[x(y_3-y_4)-y(x_3-x_4)+x_3y_4-y_3x_4],\\ v &= \gamma[x(y_1-y_3)-y(x_1-x_3)+x_1y_3-y_1x_3],\\ w &= \delta[x(y_2-y_4)-y(x_2-x_4)+x_2y_4-y_2x_4]. \end{aligned}$$

Unde, posito brevitatis causa:

$$\begin{aligned} +\Delta_1 &= x_2(y_3-y_4)+x_3(y_4-y_2)+x_4(y_2-y_3),\\ -\Delta_2 &= x_3(y_4-y_1)+x_4(y_1-y_3)+x_1(y_3-y_4),\\ +\Delta_3 &= x_4(y_1-y_2)+x_1(y_2-y_4)+x_2(y_4-y_1),\\ -\Delta_4 &= x_1(y_2-y_3)+x_2(y_3-y_1)+x_3(y_1-y_2), \end{aligned}$$

eruitur:

$$\begin{aligned} \frac{\partial t}{\partial x}\frac{\partial v}{\partial y}-\frac{\partial t}{\partial y}\frac{\partial v}{\partial x} &= -\alpha\gamma\Delta_4,\\ \frac{\partial t}{\partial x}\frac{\partial w}{\partial y}-\frac{\partial t}{\partial y}\frac{\partial w}{\partial x} &= +\alpha\delta\Delta_3,\\ \frac{\partial u}{\partial x}\frac{\partial v}{\partial y}-\frac{\partial u}{\partial y}\frac{\partial v}{\partial x} &= +\beta\gamma\Delta_2,\\ \frac{\partial u}{\partial x}\frac{\partial w}{\partial y}-\frac{\partial u}{\partial y}\frac{\partial w}{\partial x} &= -\beta\delta\Delta_1, \end{aligned}$$

ideoque, cum sit $\Pi = tu$, $\Phi = vw$:

$$\Pi'(x)\Phi'(y)-\Pi'(y)\Phi'(x) = -\alpha\gamma\Delta_4 uw+\alpha\delta\Delta_3 uv+\beta\gamma\Delta_2 tw-\beta\delta\Delta_1 tv.$$

Jam observo, ipsas

x	y	t	u	v	w

simul induere valores

x_1	y_1	0	$-\beta\varDelta_2$	0	$+\delta\varDelta_3$
x_2	y_2	0	$+\beta\varDelta_1$	$+\gamma\varDelta_4$	0
x_3	y_3	$-\alpha\varDelta_4$	0	0	$-\delta\varDelta_1$
x_4	y_4	$+\alpha\varDelta_3$	0	$-\gamma\varDelta_2$	$0.$

Unde, cum sit

$$\varPi'(x)\varPhi'(y)-\varPi'(y)\varPhi'(x) = (\lambda''-\lambda')[f'(x)\varphi'(y)-f'(y)\varphi'(x)] = (\lambda''-\lambda')R,$$

tandem obtinetur:

$$R_1 = \frac{\alpha\beta\gamma\delta}{\lambda''-\lambda'}\cdot\varDelta_2\varDelta_3\varDelta_4, \quad R_3 = \frac{\alpha\beta\gamma\delta}{\lambda''-\lambda'}\cdot\varDelta_4\varDelta_1\varDelta_2,$$

$$R_2 = \frac{\alpha\beta\gamma\delta}{\lambda''-\lambda'}\cdot\varDelta_3\varDelta_4\varDelta_1, \quad R_4 = \frac{\alpha\beta\gamma\delta}{\lambda''-\lambda'}\cdot\varDelta_1\varDelta_2\varDelta_3.$$

Jam e theoremate proposito habentur casu, quo functiones f, φ tantum ad secundam dimensionem ascendunt, tres aequationes:

$$\frac{1}{R_1}+\frac{1}{R_2}+\frac{1}{R_3}+\frac{1}{R_4} = 0,$$

$$\frac{x_1}{R_1}+\frac{x_2}{R_2}+\frac{x_3}{R_3}+\frac{x_4}{R_4} = 0,$$

$$\frac{y_1}{R_1}+\frac{y_2}{R_2}+\frac{y_3}{R_3}+\frac{y_4}{R_4} = 0,$$

quae per valores ipsarum R_1, R_2, R_3, R_4 inventos facillime confirmantur. Quippe quibus substitutis valoribus, abeunt illae, per

$$\frac{\alpha\beta\gamma\delta.\varDelta_1\varDelta_2\varDelta_3\varDelta_4}{\lambda''-\lambda'}$$

multiplicatae, in sequentes:

$$\varDelta_1+\varDelta_2+\varDelta_3+\varDelta_4 = 0,$$

$$x_1\varDelta_1+x_2\varDelta_2+x_3\varDelta_3+x_4\varDelta_4 = 0,$$

$$y_1\varDelta_1+y_2\varDelta_2+y_3\varDelta_3+y_4\varDelta_4 = 0,$$

quas facile patet identicas esse.

Regiomonti d. 13. Juni 1835.

DE ELIMINATIONE VARIABILIS E DUABUS AEQUATIONIBUS ALGEBRAICIS.

AUCTORE

Dr. C. G. J. JACOBI,
PROF. ORD. MATH. REGIOM.

Crelle Journal für die reine und angewandte Mathematik, Bd. 15. p. 101—124.



DE ELIMINATIONE VARIABILIS E DUABUS AEQUATIONIBUS ALGEBRAICIS.

1.

E variis methodis, quae ad eliminationem variabilis e duabus aequationibus algebraicis proponuntur, extat, quam in libris, quos olim Cl. Bézout de elementis matheseos composuit, legisse memini, et quae prae ceteris multis nominibus se commendat. Quam praestantissimi Algebristae methodum sequentibus breviter exponam, eique varias addam observationes.

Aequationes duas propositas eiusdem ordinis esse supponamus; quoties enim altera inferioris ordinis esset, nil mutabitur, nisi quod coëfficientes potestatum superiorum, in ea deficientium, in formulis subsequentibus nullitati aequandae forent. Sint aequationes illae:

$$f(x) = a_n x^n + a_{n-1} x^{n-1} + a_{n-2} x^{n-2} + \cdots + a_0 = 0,$$
$$\varphi(x) = b_n x^n + b_{n-1} x^{n-1} + b_{n-2} x^{n-2} + \cdots + b_0 = 0.$$

Aequatione secunda per a_n, prima per b_n multiplicata, et altera de altera subducta, prodit aequatio $(n-1)^{\text{ti}}$ ordinis. Aequatione secunda per $a_n x + a_{n-1}$, prima per $b_n x + b_{n-1}$ multiplicata, et subductione facta, alteram aequationem $(n-1)^{\text{ti}}$ ordinis eruis. Aequatione secunda per $a_n x^2 + a_{n-1} x + a_{n-2}$, prima per $b_n x^2 + b_{n-1} x + b_{n-2}$ multiplicata, et subductione facta, tertiam aequationem $(n-1)^{\text{ti}}$ ordinis eruis. Quibus continuatis, e duabus aequationibus propositis n alias aequationes $(n-1)^{\text{ti}}$ ordinis deducere licet, quarum postrema obtinetur, aequatione secunda multiplicata per $a_n x^{n-1} + a_{n-1} x^{n-2} + \cdots + a_1$, prima per $b_n x^{n-1} + b_{n-1} x^{n-2} + \cdots + b_1$, et subductione facta. Ex his aequationibus Eulerus olim in *Introductione* primam et postremam adhibuit, ut e duabus aequationibus propositis duae aliae deducantur ordinis proxime inferioris; de quibus per eandem methodum duabus aliis deductis ordinis unitate inferioris, repetito negotio tandem ad duas aequationes lineares perveniri docuit, e quibus et valor radicis communis peti potest et aequatio conditionalis, e qua variabilis prorsus abiit. Sed ubi

omnes n aequationes $(n-1)^{\text{ti}}$ ordinis, quas de propositis dicto modo deducere licet, iuxta adhibes, ex illis n aequationibus, quae sunt inter $n-1$ quantitates $x, x^2, x^3, \ldots, x^{n-1}$ lineares, has $n-1$ quantitates eliminare licet; quo facto statim ad aequationem finalem quaesitam pervenis. Haec est methodus a Cl^0. Bézout proposita, omnium, uti videtur, expeditissima; qua, videmus, problema de eliminatione variabilis e duabus aequationibus n^{ti} gradus revocari ad eliminationem $n-1$ variabilium e n aequationibus linearibus, quae eliminatio per formulam notam ac generalem absolvitur. Methodum illam iam ulterius prosequamur.

2.

Statuamus

$$(1)\quad \begin{cases} m_0 \;\;= [a_n x^{n-1}+a_{n-1}x^{n-2}+\cdots+a_1]\varphi(x)-[b_n x^{n-1}+b_{n-1}x^{n-2}+\cdots+b_1]f(x),\\ m_1 \;\;= [a_n x^{n-2}+a_{n-1}x^{n-3}+\cdots+a_2]\varphi(x)-[b_n x^{n-2}+b_{n-1}x^{n-3}+\cdots+b_2]f(x),\\ m_2 \;\;= [a_n x^{n-3}+a_{n-1}x^{n-4}+\cdots+a_3]\varphi(x)-[b_n x^{n-3}+b_{n-1}x^{n-4}+\cdots+b_3]f(x),\\ \cdot\;\cdot\\ m_{n-1} = a_n\varphi(x)-b_n f(x), \end{cases}$$

sitque, termino constante per x^0 multiplicato,

$$(2)\quad \begin{cases} m_0 \;\;= \alpha_{0,0}x^0 \;+\alpha_{1,0}x^1 \;+\alpha_{2,0}x^2 \;+\cdots+\alpha_{n-1,0}x^{n-1},\\ m_1 \;\;= \alpha_{0,1}x^0 \;+\alpha_{1,1}x^1 \;+\alpha_{2,1}x^2 \;+\cdots+\alpha_{n-1,1}x^{n-1},\\ m_2 \;\;= \alpha_{0,2}x^0 \;+\alpha_{1,2}x^1 \;+\alpha_{2,2}x^2 \;+\cdots+\alpha_{n-1,2}x^{n-1},\\ \cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\\ m_{n-1} = \alpha_{0,n-1}x^0+\alpha_{1,n-1}x^1+\alpha_{2,n-1}x^2+\cdots+\alpha_{n-1,n-1}x^{n-1}. \end{cases}$$

Erunt aequationes $(n-1)^{\text{ti}}$ ordinis, e quibus, ipsis $x^1, x^2, x^3, \ldots, x^{n-1}$ eliminatis, aequatio quaesita prodit,

$$m_0 = 0,\quad m_1 = 0,\quad m_2 = 0,\quad \ldots,\quad m_{n-1} = 0.$$

Naturam harum n aequationum accuratius examinemus.

Et primum observo, *in iis coëfficientium series horizontales et verticales easdem esse, sive haberi*

$$(3)\qquad \alpha_{r,s} = \alpha_{s,r}.$$

Habetur enim

$$(4)\quad \begin{cases} m_s = [a_n x^{n-s-1}+a_{n-1}x^{n-s-2}+\cdots+a_{s+1}]\varphi(x)-[b_n x^{n-s-1}+b_{n-1}x^{n-s-2}+\cdots+b_{s+1}]f(x)\\ \quad\;\; = \alpha_{0,s}x^0+\alpha_{1,s}x^1+\alpha_{2,s}x^2+\cdots+\alpha_{n-1,s}x^{n-1}, \end{cases}$$

ideoque substitutis expressionibus

$$f(x) = a_n x^n+a_{n-1}x^{n-1}+a_{n-2}x^{n-2}+\cdots+a_0,$$
$$\varphi(x) = b_n x^n+b_{n-1}x^{n-1}+b_{n-2}x^{n-2}+\cdots+b_0,$$



invenitur

$$(5)\qquad \begin{cases} \alpha_{r,s} = a_{s+1}b_r + a_{s+2}b_{r-1} + a_{s+3}b_{r-2} + \cdots + a_{r+s+1}b_0 \\ \qquad -[b_{s+1}a_r + b_{s+2}a_{r-1} + b_{s+3}a_{r-2} + \cdots + b_{r+s+1}a_0]. \end{cases}$$

Si $r+s+1 > n$, expressio superior tantum usque ad terminum $a_n b_{r+s+1-n}$, inferior usque ad terminum $-b_n a_{r+s+1-n}$ continuatur.

Permutatis inter se r et s, fit

$$\begin{aligned} \alpha_{s,r} &= a_{r+1}b_s + a_{r+2}b_{s-1} + a_{r+3}b_{s-2} + \cdots + a_{r+s+1}b_0 \\ &\quad -[b_{r+1}a_s + b_{r+2}a_{s-1} + b_{r+3}a_{s-2} + \cdots + b_{r+s+1}a_0]. \end{aligned}$$

Sit $s > r$, haec expressio illam excedit terminis

$$a_{r+1}b_s + a_{r+2}b_{s-1} + \cdots + a_s b_{r+1} - [b_{r+1}a_s + b_{r+2}a_{s-1} + \cdots + b_s a_{r+1}],$$

qui cum sponte se destruant, prodit $\alpha_{r,s} = \alpha_{s,r}$, q. d. e.

E formulis (1), (2) sequens fluit:

$$\begin{aligned} m_0 + m_1 x + m_2 x^2 + \cdots + m_{n-1}x^{n-1} &= \Sigma \alpha_{r,s} x^r x^s \\ &= [n a_n x^{n-1} + (n-1)a_{n-1}x^{n-2} + \cdots + a_1]\varphi(x) \\ &\quad -[n b_n x^{n-1} + (n-1)b_{n-1}x^{n-1} + \cdots + b_1]f(x), \end{aligned}$$

siquidem in summa assignata numeris r, s valores $0, 1, 2, \ldots, n-1$ tribuimus. Quam formulam etiam sic exhibere licet:

$$m_0 + m_1 x + m_2 x^2 + \cdots + m_{n-1}x^{n-1} = \Sigma \alpha_{r,s} x^r x^s = \varphi(x)\frac{df(x)}{dx} - f(x)\frac{d\varphi(x)}{dx}.$$

3.

Consideratis $x^0, x^1, x^2, \ldots, x^{n-1}$ tamquam n incognitis, statuamus, per resolutionem n aequationum linearium (2) obtineri:

$$(6)\qquad \begin{cases} L.x^0 = A_{0,0}m_0 + A_{0,1}m_1 + A_{0,2}m_2 + \cdots + A_{0,n-1}m_{n-1}, \\ L.x^1 = A_{1,0}m_0 + A_{1,1}m_1 + A_{1,2}m_2 + \cdots + A_{1,n-1}m_{n-1}, \\ L.x^2 = A_{2,0}m_0 + A_{2,1}m_1 + A_{2,2}m_2 + \cdots + A_{2,n-1}m_{n-1}, \\ \cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots \\ L.x^{n-1} = A_{n-1,0}m_0 + A_{n-1,1}m_1 + A_{n-1,2}m_2 + \cdots + A_{n-1,n-1}m_{n-1}; \end{cases}$$

ubi

$$L = \Sigma \pm \alpha_{0,0}\alpha_{1,1}\alpha_{2,2}\ldots\alpha_{n-1,n-1},$$

siquidem per summam illam, uti saepius, designamus aggregatum $1.2.3\ldots n$ terminorum, qui e termino $\alpha_{0,0}\alpha_{1,1}\alpha_{2,2}\ldots\alpha_{n-1,n-1}$ proveniunt, indicibus omnibus aut prioribus aut posterioribus omnimodis inter se permutatis, singulis terminis praefixo signo aut $+$ aut $-$ ea lege, ut, binis ex indicibus aut prioribus aut posterioribus inter se commutatis, tota expressio L valorem oppositum induat.

Proprietatem aequationum propositarum (2), coëfficientium series horizontales et verticales easdem esse, notum est, etiam aequationibus earum inversis convenire (6), sive haberi

(7) $$A_{s,r} = A_{r,s}.$$

Aequatio finalis, quae, ipsis x^1, x^2, ..., x^{n-1} ex aequationibus $m_0 = 0$, $m_1 = 0$, $m_2 = 0$, ..., $m_{n-1} = 0$ eliminatis, prodit, est

(8) $$L = \Sigma \pm \alpha_{0,0}\alpha_{1,1}\alpha_{2,2}\ldots\alpha_{n-1,n-1} = 0.$$

Radicis communis x et potestatum eius varias expressiones eruimus. Omittamus enim e n aequationibus

$$m_0 = 0, \quad m_1 = 0, \quad m_2 = 0, \quad \ldots, \quad m_{n-1} = 0$$

unam aliquam; e reliquis $n-1$ aequationibus rationes determinantur, in quibus sunt n incognitae x^0, x^1, x^2, ..., x^{n-1}; et prout aequatio omissa est prima, secunda, tertia, cet., n^{ta}, n varii modi habentur, quibus rationes illae determinentur.

Si aequatio non adhibetur $m_r = 0$, habetur e (6):

(9) $$x^0 : x^1 : x^2 : \ldots : x^{n-1} = A_{0,r} : A_{1,r} : A_{2,r} : \ldots : A_{n-1,r},$$

unde

$$x^{r'} : x^{s'} = A_{r',r} : A_{s',r}.$$

Eodem modo invenitur, si aequationis $m_{r'} = 0$ usus non fit,

$$x^0 : x^1 : x^2 : \ldots : x^{n-1} = A_{0,r'} : A_{1,r'} : A_{2,r'} : \ldots : A_{n-1,r'},$$

unde

$$x^r : x^s = A_{r,r'} : A_{s\,r'},$$

ideoque, cum sit $A_{r,r'} = A_{r',r}$, fit, utraque proportione addita,

(10) $$x^{r'}.x^s : x^{s'}.x^r = A_{s,r'} : A_{s',r} = A_{r',s} : A_{s',r}.$$

Videmus igitur, designantibus m, m' binos quoslibet e numeris 0, 1, 2, ..., $n-1$, producta $x^m.x^{m'}$ esse ut quantitates $A_{m,m'}$. Unde sequitur, quoties $r+s = r'+s'$, fieri:

$$A_{r,s} = A_{r',s'}.$$

4.

Aequatio finalis inventa

$$L = \Sigma \pm \alpha_{0,0}\alpha_{1,1}\alpha_{2,2}\ldots\alpha_{n-1,n-1} = 0$$

factore superfluo non affecta est. Nam cum quantitates $\alpha_{r,s}$ et respectu constantium a_m et respectu constantium b_m sint lineares, patet expressionem L et

respectu constantium a_m et respectu constantium b_m ad n^{tam} dimensionem ascendere. Quam respectu utrarumque constantium dimensionem esse aequationis finalis genuinae, ab omni factore alieno liberae, *a priori* constat.

Observavit enim iam olim Eulerus in Commentariis veteribus Academiae Berolinensis T. IV. ad a. 1748, veram ac genuinam obtineri aequationem finalem, quae eliminata x ex aequationibus $f(x) = 0$, $\varphi(x) = 0$ proveniat, si radices alterius aequationis $\varphi(x) = 0$ omnes in altera functione $f(x)$ substituantur, atque productum ex valoribus, quae ea substitutione eruuntur, $= 0$ ponatur. Cuius producti respectu constantium, quae functionem $f(x)$ afficiunt, patet eandem dimensionem esse atque numerum radicum sive gradum aequationis $\varphi(x) = 0$. Qua de re, cum valere de altera functione debeant, quae de altera valent, si $L = 0$ aequatio finalis genuina, designante L expressionem integram constantium, quae functiones $f(x)$, $\varphi(x)$ afficiunt, ipsa L respectu constantium functionis $f(x)$ eiusdem dimensionis erit atque functionis $\varphi(x)$ gradus est, respectu constantium functionis $\varphi(x)$ eiusdem dimensionis atque functionis $f(x)$ gradus est. Casu igitur nostro, quo utrique functioni $f(x)$, $\varphi(x)$ est n^{tus} gradus, expressio L respectu et huius et illius constantium ad n^{tam} dimensionem per ipsam naturam quaestionis assurgit, sicuti expressio supra inventa $\Sigma \pm \alpha_{0,0}\,\alpha_{1,1}\,\alpha_{2,2} \ldots \alpha_{n-1,n-1}$, neque ad minorem ascendere potest.

Quoties igitur in calculis nostris sequentibus incidemus in aequationem aliquam $M = 0$, in qua M expressio integra rationalis constantium a_m, b_m, quae respectu sive harum sive illarum ad minorem quam n^{tam} dimensionem ascendit, concludemus, illam non esse posse aequationem finalem neque per eam divisibilem, sed ipsam M *identice* evanescere.

5.

Expressiones $A_{r,s}$ et respectu constantium a_m, et respectu constantium b_m $(n-1)^{\text{tae}}$ dimensionis sunt. Unde aequatio §. 3 inventa

$$A_{r,s} = A_{r',s'},$$

cum et respectu constantium a_m, et respectu constantium b_m tantum ad $(n-1)^{\text{tam}}$ dimensionem ascendat, e §. antecedente identica esse debet; sive *quantitates omnes* $A_{r,s}$, *quibus eadem est summa indicum* $r+s$, *identicae sunt.*

Expressiones $A_{r,s}$, cum tantum a summa indicum pendeant, exhibebimus in sequentibus per characterem

$$A_{r,s} = A_{r+s}. \qquad (11)$$

Quo adhibito notationis modo, videmus, *eam esse naturam coëfficientum* $\alpha_{r,s}$ *quae aequationes lineares afficiunt, e quibus eliminatione incognitarum facta aequatio finalis quaesita petitur, ut, posito:*

$$(12)\quad \begin{cases} \alpha_{0,0}x_0 + \alpha_{0,1}x_1 + \alpha_{0,2}x_2 + \cdots + \alpha_{0,n-1}x_{n-1} = m_0, \\ \alpha_{1,0}x_0 + \alpha_{1,1}x_1 + \alpha_{1,2}x_2 + \cdots + \alpha_{1,n-1}x_{n-1} = m_1, \\ \alpha_{2,0}x_0 + \alpha_{2,1}x_1 + \alpha_{2,2}x_2 + \cdots + \alpha_{2,n-1}x_{n-1} = m_2, \\ \cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot \\ \alpha_{n-1,0}x_0 + \alpha_{n-1,1}x_1 + \alpha_{n-1,2}x_2 + \cdots + \alpha_{n-1,n-1}x_{n-1} = m_{n-1}, \end{cases}$$

aequationes inversae, quibus quantitates x_r *per quantitates* m_r *exhibentur, formam sequentem induant:*

$$(13)\quad \begin{cases} L.x_0 = A_0 m_0 + A_1 m_1 + A_2 m_2 + \cdots + A_{n-1} m_{n-1}, \\ L.x_1 = A_1 m_0 + A_2 m_1 + A_3 m_2 + \cdots + A_n m_{n-1}, \\ L.x_2 = A_2 m_0 + A_3 m_1 + A_4 m_2 + \cdots + A_{n+1} m_{n-1}, \\ \cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot \\ L.x_{n-1} = A_{n-1} m_0 + A_n m_1 + A_{n+1} m_2 + \cdots + A_{2n-2} m_{n-1}. \end{cases}$$

Adnotemus, substitutis aequationibus (13) in aequatione (12):

$$\alpha_{r,0}x_0 + \alpha_{r,1}x_1 + \alpha_{r,2}x_2 + \cdots + \alpha_{r,n-1}x_{n-1} = m_r,$$

sequi

$$(14)\quad \alpha_{r,0}A_r + \alpha_{r,1}A_{r+1} + \alpha_{r,2}A_{r+2} + \cdots + \alpha_{r,n-1}A_{r+n-1} = L,$$

porro, si r et s inter se diversi, fieri identice:

$$(15)\quad \alpha_{r,0}A_s + \alpha_{r,1}A_{s+1} + \alpha_{r,2}A_{s+2} + \cdots + \alpha_{r,n-1}A_{s+n-1} = 0,$$

quibus in formulis numeri r, s valores omnes $0, 1, 2, \ldots, n-1$ induere possunt.

6.

Sequitur e formulis (10), (11):

$$x^{r'+s} : x^{s'+r} = A_{r'+s} : A_{s'+r},$$

ubi r, r', s, s' sunt numeri quicunque e numeris $0, 1, 2, \ldots, n-1$. Unde videmus, *quoties pro valore ipsius* x *aequationes* $f(x) = 0$, $\varphi(x) = 0$ *simul locum habeant, ideoque sit* $L = 0$, *ipsius* x *potestates* x^m *esse inter se ut quantitates* A_m, *designante* m *unum aliquem e numeris* $0, 1, 2, \ldots, 2n-2$, *sive haberi:*

$$(16)\quad 1 : x : x^2 : x^3 : \ldots : x^{2n-2} = A_0 : A_1 : A_2 : A_3 : \ldots : A_{2n-2}.$$

Unde variae relationes deduci possunt, quae inter quantitates $A_0, A_1, \ldots, A_{2n-2}$ intercedunt, simulac inter constantes a_m, b_m aequatio conditionalis $L = 0$ locum habet. Ita invenitur e (16):

$$(17) \qquad A_m . A_{m'} = A_{m+m'}, \quad A_0^{m-1} A_m = A_1^m,$$

sive expressiones

$$A_m . A_{m'} - A_{m+m'}, \quad A_0^{m-1} A_m - A_1^m$$

esse per L divisibiles.

Si aequationes propositae

$$\begin{aligned} 0 &= f(x) = a_n x^n + a_{n-1} x^{n-1} + a_{n-2} x^{n-2} + \cdots + a_0, \\ 0 &= \varphi(x) = b_n x^n + b_{n-1} x^{n-1} + b_{n-2} x^{n-2} + \cdots + b_0 \end{aligned}$$

per 1, x, x^2, ..., x^{n-2} multiplicantur, et in productis potestates ipsius x per quantitates A_m exprimuntur, prodeunt aequationes:

$$(18) \qquad \begin{cases} 0 = a_0 A_0 \ \ + a_1 A_1 \ \ + a_2 A_2 + \cdots + a_n A_n, \\ 0 = a_0 A_1 \ \ + a_1 A_2 \ \ + a_2 A_3 + \cdots + a_n A_{n+1}, \\ 0 = a_0 A_2 \ \ + a_1 A_3 \ \ + a_2 A_4 + \cdots + a_n A_{n+2}, \\ \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \\ 0 = a_0 A_{n-2} + a_1 A_{n-1} + a_2 A_n + \cdots + a_n A_{2n-2}, \end{cases}$$

$$(19) \qquad \begin{cases} 0 = b_0 A_0 \ \ + b_1 A_1 \ \ + b_2 A_2 + \cdots + b_n A_n, \\ 0 = b_0 A_1 \ \ + b_1 A_2 \ \ + b_2 A_3 + \cdots + b_n A_{n+1}, \\ 0 = b_0 A_2 \ \ + b_1 A_3 \ \ + b_2 A_4 + \cdots + b_n A_{n+2}, \\ \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \\ 0 = b_0 A_{n-2} + b_1 A_{n-1} + b_2 A_n + \cdots + b_n A_{2n-2}. \end{cases}$$

At expressiones ad dextram in aequationibus (18) respectu constantium b_m, in aequationibus (19) respectu constantium a_m tantum ad $(n-1)^{\text{tam}}$ dimensionem ascendunt; unde ex observationibus §. 4 factis *aequationes* (18), (19) *identicae sunt.*

Vidimus, e constantibus, quae duas aequationes propositas n^{ti} gradus afficiunt, formari posse $2n-1$ expressiones integras, quae respectu constantium alterutrius aequationis ad $(n-1)^{\text{tam}}$ dimensionem ascendunt, et quae, quoties aequationes propositae radicem communem habent, sunt ut potestates radicis communis 0ta, 1ta, 2ta, ..., $(2n-2)^{\text{ta}}$. Et facile liquet ex antecedentibus, *eiusmodi expressionem, quae sit ut* $(2n-1)^{\text{ta}}$ *potestas radicis communis, non dari.*

Sit enim A_{2n-1} eiusmodi expressio talis ut habeatur:

$$x^0 : x^1 : x^2 : \ldots : x^{2n-2} : x^{2n-1} = A_0 : A_1 : A_2 : \ldots : A_{2n-2} : A_{2n-1};$$

multiplicatis aequationibus propositis per x^{n-1}, et loco potestatum ipsius x substitutis ipsis A_m, invenitur:

$$\begin{aligned} a_0 A_{n-1} + a_1 A_n + a_2 A_{n+1} + \cdots + a_n A_{2n-1} = 0, \\ b_0 A_{n-1} + b_1 A_n + b_2 A_{n+1} + \cdots + b_n A_{2n-1} = 0, \end{aligned}$$

quae aequationes identicae esse debent, cum respectu constantium alterius

aequationis tantum ad $(n-1)^{\text{tam}}$ dimensionem ascendant. Aequatione prima iuncta aequationibus (18), secunda aequationibus (19), ex altero aequationum systemate derivari possunt rationes, in quibus sunt quantitates $a_0, a_1, a_2, \ldots, a_n$, ex altero rationes, in quibus sunt quantitates $b_0, b_1, b_2, \ldots, b_n$. Quae rationes cum plane eaedem ex utroque systemate proveniant, haberetur

$$a_0 : a_1 : a_2 : \ldots : a_n = b_0 : b_1 : b_2 : \ldots : b_n,$$

quod absurdum est.

7.

Sint M, N functiones ipsius x rationales integrae $(n-1)^{\text{ti}}$ ordinis; in quibus cum sit coëfficientium numerus $2n$, eas semper ita determinare licet, ut expressio

$$Mf(x)+N\varphi(x) = P$$

datae cuilibet expressioni ipsius x rationali integrae $(2n-1)^{\text{ti}}$ ordinis aequalis evadat. Quae coëfficientium ipsarum M, N determinatio resolutionem $2n$ aequationum linearium inter $2n$ incognitas propositarum postulat. Vocemus L denominatorem communem valoribus coëfficientium algebraicis, qui per resolutionem illam obtinentur, ac statuamus

$$Mf(x)+N\varphi(x) = P = L.Q;$$

inveniuntur coëfficientes functionum M, N ut expressiones integrae constantium, quae functiones $f(x)$, $\varphi(x)$, Q afficiunt.

Quoties simul $f(x) = 0$, $\varphi(x) = 0$, erit etiam $L = 0$; statuere enim licet $Q = 1$. Quae aequatio, cum sit a x libera, ipsa est aequatio finalis quaesita, quae cum supra inventa prorsus convenit. Adhibuere hanc methodum ad eliminationem praestandam primus Cl. Euler in Actis Acad. Ber. T. XX. ad a. 1764. Demonstremus iam, quomodo, si Q sive 1, sive $x, x^2, x^3, \ldots, x^{2n-1}$, sive functio ipsius x rationalis integra $(2n-1)^{\text{ti}}$ ordinis quaecunque, functiones multiplicatrices M, N generaliter per expressiones $A_0, A_1, A_2, \ldots, A_{2n-2}$ determinentur.

Restituto in (13) x^r loco x_r, provenit, designante r unum e numeris 0, 1, 2, ..., $n-1$,

$$L.x^r = A_r m_0 + A_{1+r} m_1 + A_{2+r} m_2 + \cdots + A_{n-1+r} m_{n-1}.$$

In qua aequatione si substituimus ipsarum $m_0, m_1, m_2, \ldots, m_{n-1}$ expressiones §. 2 (1), videmus, posito



$$
(20)\quad \begin{cases}
-M_r = A_r\;[b_n x^{n-1}+b_{n-1}x^{n-2}+\cdots+b_1] \\
\quad +A_{r+1}[b_n x^{n-2}+b_{n-1}x^{n-3}+\cdots+b_2] \\
\quad +A_{r+2}[b_n x^{n-3}+b_{n-1}x^{n-4}+\cdots+b_3] \\
\quad \cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot \\
\quad +A_{r+n-1}.b_n, \\
N_r = A_r\;[a_n x^{n-1}+a_{n-1}x^{n-2}+\cdots+a_1] \\
\quad +A_{r+1}[a_n x^{n-2}+a_{n-1}x^{n-3}+\cdots+a_2] \\
\quad +A_{r+2}[a_n x^{n-3}+a_{n-1}x^{n-4}+\cdots+a_3] \\
\quad \cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot \\
\quad +A_{r+n-1}.a_n,
\end{cases}
$$

fieri

$$(21)\qquad M_r f(x)+N_r\varphi(x) = L.x^r.$$

Numerus r in antecedentibus tantum valores $0, 1, 2, \ldots, n-1$ induere potest; ut functiones multiplicatrices casu, quo r valores $n, n+1, \ldots, 2n-1$ induit, e formulis nostris eruamus, sequentia addo.

8.

Statuamus, in formulis omnibus, antecedentibus traditis, poni $\frac{1}{x}$ loco x, simulque a_r, b_r mutemus in a_{n-r}, b_{n-r}; quo facto functiones $f(x)$, $\varphi(x)$ abeunt in $x^{-n}f(x)$, $x^{-n}\varphi(x)$. Eadem mutatione abit

$$
\begin{aligned}
m_r = {} & [a_n x^{n-r-1}+a_{n-1}x^{n-r-2}+\cdots+a_{r+1}]\varphi(x) \\
& -[b_n x^{n-r-1}+b_{n-1}x^{n-r-2}+\cdots+b_{r+1}]f(x)
\end{aligned}
$$

in

$$
\begin{aligned}
& a_0+a_1x+a_2x^2+\cdots+a_{n-r-1}x^{n-r-1}]\frac{\varphi(x)}{x^{2n-r-1}} \\
& -[b_0+b_1x+b_2x^2+\cdots+b_{n-r-1}x^{n-r-1}]\frac{f(x)}{x^{2n-r-1}}.
\end{aligned}
$$

Quae expressio facile huic aequalis evadit:

$$
\begin{aligned}
& -[a_{n-r}+a_{n-r+1}x+a_{n-r+2}x^2+\cdots+a_n x^r]\frac{\varphi(x)}{x^{n-1}} \\
& +[b_{n-r}+b_{n-r+1}x+b_{n-r+2}x^2+\cdots+b_n x^r]\frac{f(x)}{x^{n-1}},
\end{aligned}
$$

sive ipsi

$$-\frac{m_{n-1-r}}{x^{n-1}}.$$

Iam fit:

$$
\begin{aligned}
m_r &= \alpha_{0,r}+\alpha_{1,r}x+\alpha_{2,r}x^2+\cdots+\alpha_{n-1,r}x^{n-1}, \\
\frac{m_{n-1-r}}{x^{n-1}} &= \alpha_{n-1,n-1-r}+\alpha_{n-2,n-1-r}\frac{1}{x}+\alpha_{n-3,n-1-r}\frac{1}{x^2}+\cdots+\alpha_{0,n-1-r}\frac{1}{x^{n-1}}.
\end{aligned}
$$

Unde videmus, per mutationem indicatam abire $\alpha_{s,r}$ in $-\alpha_{n-1-s,n-1-r}$. Observo

porro generaliter, propositis aequationibus linearibus quibuscunque (2), si loco $\alpha_{s,r}$ ponitur $\alpha_{n-1-s,n-1-r}$, in aequationibus inversis (6) ipsum L immutatum manere, $A_{r,s}$ abire in $A_{n-1-r,n-1-s}$. Ubi simul coëfficientes omnes $\alpha_{r,s}$ signum mutant, L, $A_{r,s}$ abeunt in $(-1)^n L$, $(-1)^{n-1} A_{r,s}$. Hinc casu nostro per mutationem indicatam L, A_r abeunt in $(-1)^n L$, $(-1)^{n-1} A_{2n-2-r}$; ideoque posito $\frac{1}{x}$ loco x, a_{n-r}, b_{n-r} loco a_r, b_r, abeunt

$$f(x),\quad \varphi(x),\quad m_r,\quad \alpha_{r,s},\quad L,\quad A_r$$

in

$$\frac{f(x)}{x^n},\quad \frac{\varphi(x)}{x^n},\quad -\frac{m_{n-1-r}}{x^{n-1}},\quad -\alpha_{n-1-r,n-1-s},\quad (-1)^n L,\quad (-1)^{n-1} A_{2n-2-r}.$$

Quibus factis mutationibus in (20), (21), simulque multiplicatione per $(-1)^n x^{2n-1}$ facta, obtinetur

$$(22)\qquad M_{2n-1-r} f(x) + N_{2n-1-r} \varphi(x) = L.x^{2n-1-r},$$

ubi

$$(23)\qquad \begin{cases} M_{2n-1-r} = A_{2n-2-r}\ [b_0+b_1x+b_2x^2+\cdots+b_{n-1}x^{n-1}] \\ \qquad +A_{2n-3-r}x\ [b_0+b_1x+b_2x^2+\cdots+b_{n-2}x^{n-2}] \\ \qquad +A_{2n-4-r}x^2[b_0+b_1x+b_2x^2+\cdots+b_{n-3}x^{n-3}] \\ \qquad \cdots\cdots\cdots\cdots \\ \qquad +A_{n-1-r}x^{n-1}.b_0, \\ -N_{2n-1-r} = A_{2n-2-r}\ [a_0+a_1x+a_2x^2+\cdots+a_{n-1}x^{n-1}] \\ \qquad +A_{2n-3-r}x\ [a_0+a_1x+a_2x^2+\cdots+a_{n-2}x^{n-2}] \\ \qquad +A_{2n-4-r}x^2[a_0+a_1x+a_2x^2+\cdots+a_{n-3}x^{n-3}] \\ \qquad \cdots\cdots\cdots\cdots \\ \qquad +A_{n-1-r}x^{n-1}.a_0. \end{cases}$$

Quibus in formulis r rursus valores $0, 1, 2, \ldots, n-1$ induere potest, ideoque $2n-1-r$ valores $n, n+1, n+2, \ldots, 2n-1$. Unde functiones multiplicatrices quaesitae omnes determinatae sunt. E quibus iam facile componis expressiones ipsarum M, N, quoties

$$Q = l_0+l_1x+l_2x^2+\cdots+l_{2n-1}x^{2n-1}.$$

Erit enim:

$$M = l_0M_0+l_1M_1+\cdots+l_{2n-1}M_{2n-1},$$
$$N = l_0N_0+l_1N_1+\cdots+l_{2n-1}N_{2n-1}.$$

9.

Si $r < n$, eruimus e (20) functiones multiplicatrices per formulas

$$(24)\qquad \begin{cases} -M_r = \left[\frac{A_r}{x}+\frac{A_{r+1}}{x^2}+\frac{A_{r+2}}{x^3}+\cdots+\frac{A_{r+n-1}}{x^n}\right]\varphi(x), \\ N_r = \left[\frac{A_r}{x}+\frac{A_{r+1}}{x^2}+\frac{A_{r+2}}{x^3}+\cdots+\frac{A_{r+n-1}}{x^n}\right]f(x), \end{cases}$$

addita conditione, ut potestates ipsius x negativae reiiciantur. Si $r \geqq n$, eruimus e (23) ponendo r loco $2n-1-r$:

$$(25)\quad \begin{cases} M_r = [A_{r-1}+A_{r-2}x+A_{r-3}x^2+\cdots+A_{r-n}x^{n-1}]\,\varphi(x), \\ -N_r = [A_{r-1}+A_{r-2}x+A_{r-3}x^2+\cdots+A_{r-n}x^{n-1}]\,f(x), \end{cases}$$

addita conditione, ut potestates ipsius x superiores $(n-1)^{\text{ta}}$ reiiciantur. Casu, quo functiones $f(x)$, $\varphi(x)$ factorem linearem communem habent $x-\xi$, vidimus haberi

$$\frac{A_r}{A_0} = \xi^r.$$

Unde facile patet, eo casu fieri

$$(26)\quad \begin{cases} -M_r = A_0 \cdot \dfrac{\xi^r\varphi(x)-x^r\varphi(\xi)}{x-\xi} = A_0\,\xi^r \cdot \dfrac{\varphi(x)}{x-\xi}, \\[2ex] \;\; N_r = A_0 \cdot \dfrac{\xi^r f(x)-x^r f(\xi)}{x-\xi} = A_0\,\xi^r \cdot \dfrac{f(x)}{x-\xi}. \end{cases}$$

Quam functionum multiplicatricium naturam Eulerus in commentatione citata indicavit. Valores, quos M_r, N_r induunt, si in iis $x=\xi$ ponitur, fiunt ex antecedentibus $-A_0\xi^r\varphi'(\xi)$, $A_0\xi^r f'(\xi)$, siquidem $\varphi'(x) = \dfrac{d\varphi(x)}{dx}$, $f'(x) = \dfrac{df(x)}{dx}$.

10.

Inter functiones multiplicatrices M_r, N_r, quae diversis ipsius r valoribus respondent, variae relationes locum habent, quas sequentibus examinemus.

Contemplemur primum functiones multiplicatrices M_r, N_r, in quibus $r \leqq n-2$. Sequitur e (20), omissis terminis se mutuo destruentibus,

$$-[xM_r-M_{r+1}] = A_r[b_nx^n+b_{n-1}x^{n-1}+\cdots+b_1x]-[A_{r+1}b_1+A_{r+2}b_2+\cdots+A_{r+n}b_n],$$

sive, cum e (19) sit

$$0 = A_rb_0+A_{r+1}b_1+A_{r+2}b_2+\cdots+A_{r+n}b_n,$$

erit

$$-[xM_r-M_{r+1}] = A_r[b_nx^n+b_{n-1}x^{n-1}+\cdots+b_1x+b_0] = A_r\varphi(x),$$

eodemque modo invenitur:

$$xN_r-N_{r+1} = A_r[a_nx^n+a_{n-1}x^{n-1}+\cdots+a_0] = A_rf(x).$$

Sit iam $r \geqq n$; si in (23) loco $2n-r-1$ ponimus r, $r+1$, eruimus, reiectis terminis se destruentibus,

$$-[xM_r-M_{r+1}] = A_r[b_0+b_1x+\cdots+b_{n-1}x^{n-1}]-[A_{r-1}b_{n-1}+A_{r-2}b_{n-2}+\cdots+A_{r-n}b_0]x^n;$$

sive, cum sit e (19):

$$A_{r-n}b_0+A_{r-n+1}b_1+\cdots+A_{r-1}b_{n-1}+A_r b_n=0,$$

erit, ut antea:

$$-[xM_r-M_{r+1}]=A_r[b_0+b_1x+\cdots+b_nx^n]=A_r\varphi(x),$$

eodemque modo invenitur:

$$xN_r-N_{r+1}=A_r[a_0+a_1x+\cdots+a_nx^n]=A_rf(x).$$

Statuamus denique in (20) $r=n-1$, in (23) $r=n-1$; invenitur:

$$\begin{aligned}&-[xM_{n-1}-M_n]\\ =b_0A_{n-1}&+x\,[b_1A_{n-1}+b_0A_{n-2}+b_1A_{n-1}+b_2A_n\;+\cdots\cdots\cdots\cdots+b_nA_{2n-2}]\\ &+x^2[b_2A_{n-1}+b_1A_{n-2}+b_0A_{n-3}+b_2A_{n-1}+b_3A_n+\cdots+b_nA_{2n-3}]\\ &+x^3[b_3A_{n-1}+b_2A_{n-2}+b_1A_{n-3}+b_0A_{n-4}+b_3A_{n-1}+\cdots+b_nA_{2n-4}]\\ &\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\\ &+x^{n-1}[b_{n-1}A_{n-1}+b_{n-2}A_{n-2}+\cdots+b_0A_0+b_{n-1}A_{n-1}+b_nA_n]\\ &+x^n.b_nA_{n-1},\end{aligned}$$

quae expressio, adhibitis aequationibus (18), in hanc abit:

$$-[xM_{n-1}-M_n]=A_{n-1}[b_0+b_1x+b_2x^2+\cdots+b_nx^n]=A_{n-1}.\varphi(x),$$

eodemque modo obtinetur:

$$xN_{n-1}-N_n=A_{n-1}[a_0+a_1x+a_2x^2+\cdots+a_nx^n]=A_{n-1}.f(x).$$

Unde patet, *designante r unum quemlibet e numeris* 0, 1, 2, ..., $2n-3$, *haberi:*

$$(27)\qquad -[xM_r-M_{r+1}]=A_r.\varphi(x),\quad xN_r-N_{r+1}=A_r.f(x).$$

Fit e (27):

$$\begin{aligned}-[x^mM_r\quad\;\; -x^{m-1}M_{r+1}]&=A_rx^{m-1}.\varphi(x),\\ -[x^{m-1}M_{r+1}-x^{m-2}M_{r+2}]&=A_{r+1}x^{m-2}.\varphi(x),\\ -[x^{m-2}M_{r+2}-x^{m-3}M_{r+3}]&=A_{r+2}x^{m-3}.\varphi(x),\\ \cdots\cdots\cdots\cdots&\cdots\cdots\\ -[xM_{r+m-1}-M_{r+m}]&=A_{r+m-1}.\varphi(x).\end{aligned}$$

Plane similes e (27) de functionibus N_r habentur formulae, quae ab antecedentibus eo tantum discrepant, quod loco $\varphi(x)$ ponendum $f(x)$ et signum negativum expressionibus ad laevam praefixum reiiciendum. Additione facta, prodit:

$$(28)\qquad \begin{cases}-[x^mM_r-M_{r+m}]=[A_rx^{m-1}+A_{r+1}x^{m-2}+\cdots+A_{r+m-1}]\varphi(x),\\ \quad x^mN_r-N_{r+m}\;=[A_rx^{m-1}+A_{r+1}x^{m-2}+\cdots+A_{r+m-1}]f(x).\end{cases}$$

Sit ex. gr. $r=0$, $m=2n-1$, erit:

$$(29)\qquad \begin{cases}-[x^{2n-1}M_0-M_{2n-1}]=[A_0x^{2n-2}+A_1x^{2n-3}+A_2x^{2n-4}+\cdots+A_{2n-2}]\varphi(x),\\ \quad x^{2n-1}N_0-N_{2n-1}\;=[A_0x^{2n-2}+A_1x^{2n-3}+A_2x^{2n-4}+\cdots+A_{2n-2}]f(x).\end{cases}$$

Porro ex aequationibus (27):

$$-[xM_r - M_{r+1}] = A_r\varphi(x), \quad -[xM_{r+1} - M_{r+2}] = A_{r+1}\varphi(x),$$

et e similibus, quae de functionibus N_r valent, hae sequuntur:

$$(30) \qquad \begin{cases} A_{r+1}xM_r - (A_{r+1} + A_r x)M_{r+1} + A_r M_{r+2} = 0, \\ A_{r+1}xN_r - (A_{r+1} + A_r x)N_{r+1} + A_r N_{r+2} = 0. \end{cases}$$

Tandem, cum sit

$$M_r f(x) + N_r\varphi(x) = Lx^r, \quad M_s f(x) + N_s\varphi(x) = Lx^s,$$

erit

$$(31) \qquad M_r N_s - M_s N_r = \frac{L}{f(x)}[x^r N_s - x^s N_r] = \frac{L}{\varphi(x)}[x^s M_r - x^r N_s].$$

Unde e (27), (28), (29) fit:

$$(32) \qquad M_{r+1}N_r - M_r N_{r+1} = L.A_r x^r,$$

$$(33) \qquad M_{r+m}N_r - M_r N_{r+m} = L[A_r x^{r+m-1} + A_{r+1}x^{r+m-2} + \cdots + A_{r+m-1}x^r],$$

$$(34) \qquad M_{2n-1}N_0 - M_0 N_{2n-1} = L[A_0 x^{2n-2} + A_1 x^{2n-3} + A_2 x^{2n-4} + \cdots + A_{2n-2}].$$

11.

Calculatis quantitatibus $a_r b_s - a_s b_r$, quorum numerus, cum ipsis r, s valores omnes conveniant a 0 usque ad n, est $\frac{(n+1)n}{2}$, expressiones m_r sive coëfficientes $\alpha_{r,s}$ per additiones successivas facile inveniuntur.

Ex aequationibus (1) enim fit:

$$m_{r-1} = [a_n x^{n-r} + a_{n-1}x^{n-r-1} + \cdots + a_r]\varphi(x) - [b_n x^{n-r} + b_{n-1}x^{n-r-1} + \cdots + b_r]f(x),$$

$$m_r = [a_n x^{n-r-1} + a_{n-1}x^{n-r-2} + \cdots + a_{r+1}]\varphi(x) - [b_n x^{n-r-1} + b_{n-1}x^{n-r-2} + \cdots + b_{r+1}]f(x),$$

unde

$$(35) \qquad m_{r-1} - xm_r = a_r\varphi(x) - b_r f(x).$$

Quae pro $r = 0$, $r = n$ fit aequatio, reiectis expressionibus m_{-1}, m_n,

$$(36) \qquad \begin{cases} -xm_0 = a_0\varphi(x) - b_0 f(x), \\ m_{n-1} = a_n\varphi(x) - b_n f(x). \end{cases}$$

Statuamus br. c.

$$(a_r b_s) = a_r b_s - a_s b_r,$$

atque sit:

$$(a_{n-1}b_0) + (a_{n-1}b_1)x + (a_{n-1}b_2)x^2 + \cdots + (a_{n-1}b_{n-2})x^{n-2} = u_{n-2},$$
$$(a_{n-2}b_0) + (a_{n-2}b_1)x + (a_{n-2}b_2)x^2 + \cdots + (a_{n-2}b_{n-3})x^{n-3} = u_{n-3},$$
$$(a_{n-3}b_0) + (a_{n-3}b_1)x + (a_{n-3}b_2)x^2 + \cdots + (a_{n-3}b_{n-4})x^{n-4} = u_{n-4},$$
$$\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots$$
$$(a_2 b_0) + (a_2 b_1)x = u_1,$$
$$(a_1 b_0) = u_0;$$

sit porro

$$\mu_r = \alpha_{0,r} + \alpha_{1,r}x + \alpha_{2,r}x^2 + \cdots + \alpha_{r,r}x^r,$$

atque designemus per $[x\mu_r]$ productum $x\mu_r$, reiectis duobus terminis postremis, erit e (1):

$$\mu_{n-1} = m_{n-1} = (a_n b_0) + (a_n b_1)x + (a_n b_2)x^2 + \cdots + (a_n b_{n-1})x^{n-1},$$

porro e (35):

$$\begin{aligned} \mu_{n-2} &= [x\mu_{n-1}] + u_{n-2}, \\ \mu_{n-3} &= [x\mu_{n-2}] + u_{n-3}, \\ \mu_{n-4} &= [x\mu_{n-3}] + u_{n-4}, \\ &\cdots\cdots\cdots \\ \mu_1 &= [x\mu_2] + u_1, \\ \mu_0 &= u_0. \end{aligned}$$

Inventis hoc modo μ_{n-1}, μ_{n-2}, ..., μ_0, statim etiam ipsae expressiones m_{n-1}, m_{n-2}, ..., m_0 habentur, suppletis terminis deficientibus ope formulae $\alpha_{r,s} = \alpha_{s,r}$.

E formula (35)

$$m_{r-1} - xm_r = a_r\varphi(x) - b_r f(x)$$

sequitur, substitutis ipsarum m_r, m_{r-1}, $f(x)$, $\varphi(x)$ expressionibus, singulas ipsius x potestates comparando:

$$(37) \qquad \alpha_{r-1,s} - \alpha_{r,s-1} = (a_r b_s);$$

in qua formula, si $r = n$ aut $r = 0$, terminus $\alpha_{r,s-1}$ aut $\alpha_{r-1,s}$ omittendus est.

Ex eadem formula (35) fit

$$\begin{aligned} m_{r-1} - xm_r \quad &= \quad a_r\varphi(x) - \quad b_r f(x), \\ m_r - xm_{r+1} &= a_{r+1}\varphi(x) - b_{r+1} f(x), \\ m_{r+1} - xm_{r+2} &= a_{r+2}\varphi(x) - b_{r+2} f(x). \end{aligned}$$

Unde, eliminatis $\varphi(x)$, $f(x)$:

$$(38) \quad 0 = (a_{r+1}b_{r+2})(m_{r-1} - xm_r) + (a_{r+2}b_r)(m_r - xm_{r+1}) + (a_r b_{r+1})(m_{r+1} - xm_{r+2}),$$

in qua formula, si $r = 0$, $r = n-2$, terminus in m_{-1}, m_n ductus omittendus est.

12.

Inter coëfficientes $\alpha_{r,s}$ variae locum habere debent relationes praeter hanc $\alpha_{r,s} = \alpha_{s,r}$. Sunt enim ipsae $\alpha_{r,s}$ numero n^2 sive $\frac{n^2+n}{2}$, si $\alpha_{r,s}$ et $\alpha_{s,r}$ easdem censemus; omnesque pendent tantum a $2n+2$ quantitatibus a_r, b_r. Quarum quantitatum numerus adeo tribus minuitur, quia quantitates $a_r b_s - a_s b_r$ ideoque etiam quantitates $\alpha_{r,s}$, quae ex illis componuntur, mutationem nullam subeunt, si loco a_r, b_r scribimus $\gamma a_r + \varepsilon b_r$, $\gamma' a_r + \varepsilon' b_r$, designantibus γ, ε, γ', ε' quantitates arbitrarias, inter quas aequatio locum habet $\gamma\varepsilon' - \gamma'\varepsilon = 1$. Unde videmus, e quantitatibus a_r, b_r tres ex arbitrio accipi posse, ideoque coëfficientes $\alpha_{r,s} = \alpha_{s,r}$,

quarum numerus $\frac{n^2+n}{2}$, pendere tantum a $2n-1$ quantitatibus. Obtineri igitur debent inter quantitates $\alpha_{r,s} = \alpha_{s,r}$ relationes numero $\frac{n^2-3n+2}{2} = \frac{(n-1)(n-2)}{2}$. Quarum relationum quodammodo locum tenet theorema supra inventum, quantitates $A_{r,s}$, quae sunt e quantitatibus $\alpha_{r,s}$ certo modo compositae, eundem valorem habere, quoties indicum summa $r+s$ eundem valorem habet. Hinc enim quantitates omnes $A_{r,s}$, quarum numerus idem atque quantitatum $\alpha_{r,s}$, et ipsae redeunt in $2n-1$ quantitates. At inter coëfficientes $\alpha_{r,s}$ simpliciores adhuc relationes condi possunt, quam quae indicantur per formulam $A_{r,s} = A_{r+s}$.

Praemittamus theoremata quaedam sive nota sive alibi a nobis demonstrata. (Videas commentationem „*De binis quibuslibet functionibus homogeneis etc.*“, Diar. Crell. vol. XII. — Cf. h. vol. p. 193.) Designemus per typum

$$\alpha\begin{Bmatrix} r_0, & r_1, & r_2, & \dots, & r_m \\ s_0, & s_1, & s_2, & \dots, & s_m \end{Bmatrix}$$

aggregatum $1.2.3\dots m$ terminorum idem atque e notatione §. 3 adhibita exhibetur per expressionem

$$\Sigma \pm \alpha_{r_0,s_0}\alpha_{r_1,s_1}\alpha_{r_2,s_2}\dots\alpha_{r_m,s_m}.$$

Unde ex. gr. erit e (8)

$$L = \alpha\begin{Bmatrix} 0, & 1, & 2, & \dots, & n-1 \\ 0, & 1, & 2, & \dots, & n-1 \end{Bmatrix}.$$

Si in expressione ipsius L antecedente ex indicibus superioribus $0, 1, 2, \dots, n-1$ reiicis numerum r, ex iisdem indicibus inferioribus numerum s, obtines expressionem $A_{r,s}$. Quarum expressionum signum cum anceps sit, observo, id eo determinari, quod $\alpha_{r,s}\, A_{r,s}$ e terminis ipsius L esse debet. Habetur vice versa

$$L^{n-1} = A\begin{Bmatrix} 0, & 1, & 2, & \dots, & n-1 \\ 0, & 1, & 2, & \dots, & n-1 \end{Bmatrix}.$$

In qua expressione, si ex superioribus indicibus r, ex inferioribus s omittis, obtines

$$L^{n-2}.\alpha_{r,s}.$$

Si vero e superioribus indicibus duos r, r', ex inferioribus duos s, s' omittis, obtines

$$L^{n-3}.\alpha\begin{Bmatrix} r, & r' \\ s, & s' \end{Bmatrix}.$$

Ac generaliter, si in expressione

$$A\begin{Bmatrix}0, & 1, & 2, & \dots, & n-1\\ 0, & 1, & 2, & \dots, & n-1\end{Bmatrix}$$

e superioribus indicibus m sequentes $r, r', \dots, r^{(m-1)}$, ex inferioribus m sequentes $s, s', \dots, s^{(m-1)}$ omittis, obtines

$$L^{n-(1+m)}.\alpha\begin{Bmatrix}r, & r', & \dots, & r^{(m-1)}\\ s, & s', & \dots, & s^{(m-1)}\end{Bmatrix}.$$

Sint igitur $r, r', r'', \dots, r^{(n-1)}$ atque $s, s', s'', \dots, s^{(n-1)}$ numeri omnes $0, 1, 2, \dots, n-1$, quocunque ordine scripti; erit

$$(39)\qquad A\begin{Bmatrix}r^{(m)}, & r^{(m+1)}, & \dots, & r^{(n-1)}\\ s^{(m)}, & s^{(m+1)}, & \dots, & s^{(n-1)}\end{Bmatrix} = L^{n-(1+m)}.\alpha\begin{Bmatrix}r, & r', & \dots, & r^{(m-1)}\\ s, & s', & \dots, & s^{(m-1)}\end{Bmatrix}.$$

Expressiones autem huiusmodi

$$\alpha\begin{Bmatrix}r, & r', & \dots, & r^{(m)}\\ s, & s', & \dots, & s^{(m)}\end{Bmatrix},\quad A\begin{Bmatrix}r, & r', & \dots, & r^{(m)}\\ s, & s', & \dots, & s^{(m)}\end{Bmatrix},$$

cum sit $\alpha_{r,s} = \alpha_{s,r}$, $A_{r,s} = A_{s,r}$, eaedem manent, si duo indicum systemata, superiores et inferiores, inter se commutantur. Porro cum expressiones $A_{r,s}$ non mutentur, altero indice unitate aucto simulque altero indice unitate minuto, etiam expressio

$$A\begin{Bmatrix}r^{(m)}, & r^{(m+1)}, & \dots, & r^{(n-1)}\\ s^{(m)}, & s^{(m+1)}, & \dots, & s^{(n-1)}\end{Bmatrix}$$

non mutabitur, si indices alterius systematis omnes simul unitate augentur, alterius omnes simul unitate minuuntur. Quod ut locum habere possit, ex illis non esse debet index altissimus $n-1$, ex his non esse debet index infimus 0. Unde vice versâ in expressione

$$\alpha\begin{Bmatrix}r, & r', & \dots, & r^{(m-1)}\\ s, & s', & \dots, & s^{(m-1)}\end{Bmatrix}$$

in altero indicum systemate esse debet $n-1$, in altero 0. Hinc concludimus e (39), *expressionem*

$$\alpha\begin{Bmatrix}r, & r', & r'', & \dots, & r^{(m-1)}\\ s, & s', & s'', & \dots, & s^{(m-1)}\end{Bmatrix},$$

si ex altero indicum systemate est $n-1$, *ex altero* 0, *valorem non mutare, si illius indices omnes unitate augeantur, huius unitate minuantur, qua in re* $n-1$ *auctus fieri debet* 0, 0 *minutus fieri debet* $n-1$. Quam proprietatem coëfficientium $\alpha_{r,s}$ repraesentare licet per aequationem

$$(40)\qquad \pm\alpha\begin{Bmatrix}r', & r'', & \dots, & r^{(m-1)}, & n-1\\ s', & s'', & \dots, & s^{(m-1)}, & 0\end{Bmatrix} = \alpha\begin{Bmatrix}r'+1, & r''+1, & \dots, & r^{(m-1)}+1, & 0\\ s'-1, & s''-1, & \dots, & s^{(m-1)}-1, & n-1\end{Bmatrix},$$



qua in formula sunt $r', r'', \ldots, r^{(m-1)}$ numeri $m-1$ quilibet diversi e numeris $0, 1, 2, \ldots, n-2$; porro $s', s'', \ldots, s^{(m-1)}$ numeri $m-1$ quilibet diversi e numeris $1, 2, 3, \ldots, n-1$. Signum ambiguum $\pm$ ut determinetur, observo, aequationem (40) redire debere in aequationem identicam inter quantitates $(a_r b_s)$ ope formulae (37). Unde si statuis, expressionum (14) terminos esse

$$+\alpha_{r',s'}\alpha_{r'',s''}\ldots\ldots\ldots\ldots\alpha_{r^{(m-1)},s^{(m-1)}}\alpha_{n-1,0},$$
$$+\alpha_{r'+1,s'-1}\alpha_{r''+1,s''-1}\ldots\alpha_{r^{(m-1)}+1,s^{(m-1)}-1}\alpha_{0,n-1},$$

facile coniicis, signum $+$ eligendum esse, si $m-1$ impar, signum $-$, si $m-1$ par.

Si $m=2$, sequitur e formula generali (40):

$$\alpha_{n-1,0}\alpha_{r,s}-\alpha_{n-1,s}\alpha_{r,0}=\alpha_{0,n-1}\alpha_{r+1,s-1}-\alpha_{0,s-1}\alpha_{r+1,n-1}, \tag{41}$$

quam facile per substitutionem valorum

$$\alpha_{n-1,r}=\alpha_{r,n-1}=(a_n b_r),$$
$$\alpha_{0,r}=\alpha_{r,0}=-(a_0 b_{r+1}),$$
$$\alpha_{r,s}-\alpha_{r+1,s-1}=(a_{r+1} b_s)$$

comprobas; quippe qua substitutione abit (41) in aequationem:

$$(a_n b_0)(a_{r+1} b_s)+(a_n b_s)(a_0 b_{r+1})=(a_0 b_s)(a_n b_{r+1}), \tag{42}$$

quae, tribus productis evolutis, identica esse invenitur.

13.

Relationes omnes, quae inter coëfficientes $\alpha_{r,s}$ locum habent, ad aequationes identicas inter quantitates $(a_r b_s)$ ducunt, per quas illae exprimi possunt; cuius rei exemplum antecedentibus dedimus. Vice versa aequatio quaevis identica inter quantitates $(a_r b_s)$ ad aequationem inter quantitates $\alpha_{r,s}$ ducit ope formulae (37)

$$\alpha_{r-1,s}-\alpha_{r,s-1}=(a_r b_s).$$

Relatio inter quantitates $(a_r b_s)$ simplicissima, et de qua reliquae omnes fluunt, est haec:

$$(a_r b_s)(a_t b_u)+(a_r b_t)(a_u b_s)+(a_r b_u)(a_s b_t)=0,$$

quae cum (42) convenit. De qua, substituta (37), provenit:

$$\left\{\begin{aligned} &\alpha\begin{Bmatrix} r-1, & s-1 \\ t, & u \end{Bmatrix}+\alpha\begin{Bmatrix} r-1, & t-1 \\ u, & s \end{Bmatrix}+\alpha\begin{Bmatrix} r-1, & u-1 \\ s, & t \end{Bmatrix} \\ &+\alpha\begin{Bmatrix} r, & s \\ t-1, & u-1 \end{Bmatrix}+\alpha\begin{Bmatrix} r, & t \\ u-1, & s-1 \end{Bmatrix}+\alpha\begin{Bmatrix} r, & u \\ s-1, & t-1 \end{Bmatrix}=0. \end{aligned}\right. \tag{43}$$

Quae formula, posito $r=n$ et posito $r=0$, cum termini, in quibus index n aut -1 obvenit, omittendi sint, in has abit:

$$(44)\qquad \alpha\begin{Bmatrix} n-1, & s-1 \\ t, & n \end{Bmatrix}+\alpha\begin{Bmatrix} n-1, & t-1 \\ u, & s \end{Bmatrix}+\alpha\begin{Bmatrix} n-1, & u-1 \\ s, & t \end{Bmatrix}=0,$$

$$(45)\qquad \alpha\begin{Bmatrix} 0, & s \\ t-1, & u-1 \end{Bmatrix}+\alpha\begin{Bmatrix} 0, & t \\ u-1, & s-1 \end{Bmatrix}+\alpha\begin{Bmatrix} 0, & u \\ s-1, & t-1 \end{Bmatrix}=0.$$

Si numerorum s, t, u aliquis in (44) ponitur 0, aut in (45) ponitur n, prodit (41). Alias formulas magis complicatas praetermittimus.

14.

Supra demonstravimus, quantitates $\alpha_{r,s}$ ita inter se comparatas esse, ut e systemate aequationum linearium (12) sequantur aequationes (13). Vice versa demonstrari potest, quaecunque sint $2n-1$ quantitates A_0, A_1, $\ldots$, A_{2n-2}, e systemate aequationum linearium (13) sequi aequationes (12), in quibus coëfficientes $\alpha_{r,s}$ e $2n+2$ quantitatibus a_0, a_1, a_2, $\ldots$, a_n atque b_0, b_1, b_2, $\ldots$, b_n eadem ratione compositae sint atque antecedentibus supponitur et per formulam (5) assignatur.

Primum, quod attinet quantitatem L, observo eam haberi per aequationem

$$L^{n-1}=A\begin{Bmatrix} 0, & 1, & 2, & \ldots, & n-1 \\ 0, & 1, & 2, & \ldots, & n-1 \end{Bmatrix}.$$

Deinde quia in aequationibus (13) coëfficientium series horizontales et verticales eaedem sunt, idem de aequationibus inversis (12) valet, sive erit $\alpha_{r,s}=\alpha_{s,r}$. Porro vidimus propter naturam particularem aequationum linearium (13), inter coëfficientes aequationum inversarum $\alpha_{r,s}$ haberi aequationem generalem (40), quae pro $m=2$ abibat in hanc:

$$\alpha_{n-1,0}\,\alpha_{r,s}-\alpha_{n-1,s}\,\alpha_{r,0}=\alpha_{0,n-1}\,\alpha_{r+1,s-1}-\alpha_{0,s-1}\,\alpha_{r+1,n-1}.$$

Accipiamus iam quatuor quantitates a_n, b_n, a_0, b_0 tales, ut sit

$$(a_n b_0)=a_n b_0-a_0 b_n=\alpha_{n-1,0}=\alpha_{0,n-1},$$

e quarum igitur numero tres ex arbitrio eligi possunt. Quarum ope determinemus $2n-2$ quantitates a_1, a_2, $\ldots$, a_{n-1} atque b_1, b_2, $\ldots$, b_{n-1} per aequationes:

$$a_n b_1-b_n a_1=\alpha_{n-1,1},\quad a_n b_2-b_n a_2=\alpha_{n-1,2},\quad \ldots,\quad a_n b_{n-1}-b_n a_{n-1}=\alpha_{n-1,n-1},$$
$$a_0 b_1-b_0 a_1=-\alpha_{0,0},\quad a_0 b_2-b_0 a_2=-\alpha_{0,1},\quad \ldots,\quad a_0 b_{n-1}-b_0 a_{n-1}=-\alpha_{0,n-2}.$$

Quibus aequationibus substitutis in hanc supra exhibitam

$$\alpha_{n-1,0}\,\alpha_{r,s}-\alpha_{n-1,s}\,\alpha_{r,0}=\alpha_{0,n-1}\,\alpha_{r+1,s-1}-\alpha_{0,s-1}\,\alpha_{r+1,n-1},$$



atque divisione facta per

$$\alpha_{n-1,0} = \alpha_{0,n-1} = a_n b_0 - a_0 b_n,$$

prodit haec

$$\alpha_{r,s} - \alpha_{r+1,s-1} = a_{r+1} b_s - a_s b_{r+1},$$

quae est aequatio (37). Cuius ope e datis valoribus ipsarum $\alpha_{r,0}$, $\alpha_{r,n-1}$ valores omnium quantitatum $\alpha_{r,s}$ deducuntur, quales per aequationem (5) dantur.

Datis duabus quibuslibet e quantitatibus $a_0, a_1, \ldots, a_n$, duabus quibuslibet e quantitatibus $b_0, b_1, \ldots, b_n$, reliquae per quantitates $A_0, A_1, A_2, \ldots, A_{2n-2}$ etiam resolutione aequationum (18), (19) obtineri possunt.

15.

Agamus adhuc de usu coëfficientium $\alpha_{r,s}$ in redactione fractionis $\frac{f(x)}{\varphi(x)}$ in fractionem continuam. Statuatur enim

$$\begin{aligned} c_1 \varphi(x) - v_1 m_{n-1} &= u_1, \\ c_2 m_{n-1} - v_2 u_1 &= u_2, \\ c_3 u_1 - v_3 u_2 &= u_3, \\ \ldots \ldots \ldots & \ldots \\ c_{n-1} u_{n-3} - v_{n-1} u_{n-2} &= u_{n-1}, \end{aligned}$$

ubi quantitates c_r designent constantes, v_r expressiones lineares, u_r expressiones ordinis $n-1-r$, ita ut postrema u_{n-1} sit constans; ad quas expressiones pervenis per divisionem continuam denominatoris per residuum. Aequationibus illis addatur tamquam prima:

$$b_n f(x) - a_n \varphi(x) = -m_{n-1}.$$

Quo facto, ipsum u_r, eliminatis $u_{r-1}, u_{r-2}, \ldots, u_1, m_{n-1}$, exhibere licet per aequationem

$$u_r = P_r f(x) - Q_r \varphi(x),$$

ubi P_r, Q_r sunt expressiones integrae r^{ti} ordinis. Quae expressiones ea conditione, ut $P_r f(x) - Q_r \varphi(x)$ sit $(n-1-r)^{\text{ti}}$ ordinis, plane determinatae sunt, si factorem constantem excipis, per quem multiplicari possunt. Continent enim illae $2r+1$ constantes, si unam earum, quod licet, $=1$ ponis; quae eo determinatae sunt, quod in expressione $P_r f(x) - Q_r \varphi(x)$ coëfficientes dignitatum x^{n+r}, x^{n+r-1}, x^{n+r-2}, $\ldots$, x^{n-r} evanescere debent, quod totidem $(2r+1)$ conditiones suggerit. In locum igitur divisionis continuae adhibere possumus aliam quamcunque methodum, quae nobis suggerit expressiones r^{ti} ordinis P_r, Q_r, quae expressionem $P_r f(x) - Q_r \varphi(x) = u_r$ efficiant $(n-1-r)^{\text{ti}}$ ordinis.

Pervenimus ad eiusmodi expressiones P_r, Q_r, u_r, si aequationes lineares (2) per methodum vulgarem resolvimus, eliminando successive x^{n-1}, x^{n-2}, x^{n-3}, etc. Quas aequationes ordine inverso ita exhibeamus:

$$\begin{array}{l} \alpha_{n-1,n-1}x^{n-1}+\alpha_{n-1,n-2}x^{n-2}+\alpha_{n-1,n-3}x^{n-3}+\cdots+\alpha_{n-1,0}x^0 = m_{n-1}, \\ \alpha_{n-2,n-1}x^{n-1}+\alpha_{n-2,n-2}x^{n-2}+\alpha_{n-2,n-3}x^{n-3}+\cdots+\alpha_{n-2,0}x^0 = m_{n-2}, \\ \alpha_{n-3,n-1}x^{n-1}+\alpha_{n-3,n-2}x^{n-2}+\alpha_{n-3,n-3}x^{n-3}+\cdots+\alpha_{n-3,0}x^0 = m_{n-3}, \\ \cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots \\ \alpha_{0,n-1}x^{n-1}\ \ +\alpha_{0,n-2}x^{n-2}\ \ +\alpha_{0,n-3}x^{n-3}\ \ +\cdots+\alpha_{0,0}x^0\ \ = m_0. \end{array}$$

E duabus primis eliminemus x^{n-1}, e tribus primis x^{n-1}, x^{n-2}, e quatuor primis x^{n-1}, x^{n-2}, x^{n-3}, et ita porro. Quo facto prodeunt aequationes:

$$\begin{array}{l} u_1 = l_1 m_{n-1}\ \ +l_1' m_{n-2}, \\ u_2 = l_2 m_{n-1}\ \ +l_2' m_{n-2}\ \ +l_2'' m_{n-3}, \\ u_3 = l_3 m_{n-1}\ \ +l_3' m_{n-2}\ \ +l_3'' m_{n-3}\ \ +l_3''' m_{n-4}, \\ \cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots \\ u_{n-1} = l_{n-1} m_{n-1}+l_{n-1}' m_{n-2}+l_{n-1}'' m_{n-3}+\cdots+l_{n-1}^{(n-1)} m_0, \end{array}$$

ubi quantitates $l_s^{(r)}$ sunt constantes, u_r autem expressiones $(n-1-r)^{\text{ti}}$ ordinis. Substituamus in his aequationibus loco ipsarum m_r earum valores

$$\begin{array}{l} m_{n-1} = -b_n f(x)+a_n\varphi(x), \\ m_{n-2} = -(b_n x+b_{n-1})f(x)+(a_n x+a_{n-1})\varphi(x), \\ m_{n-3} = -(b_n x^2+b_{n-1}x+b_{n-2})f(x)+(a_n x^2+a_{n-1}x+a_{n-2})\varphi(x), \\ \cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots, \end{array}$$

obtinemus

$$\begin{array}{l} u_1 = P_1 f(x)-Q_1\varphi(x), \\ u_2 = P_2 f(x)-Q_2\varphi(x), \\ u_3 = P_3 f(x)-Q_3\varphi(x), \\ \cdots\cdots\cdots, \end{array}$$

designantibus resp. P_1 et Q_1, P_2 et Q_2, P_3 et Q_3 etc. expressiones primi, secundi, tertii, etc. ordinis; quae indagandae erant.

Per eliminationem propositam habetur, notatione supra indicata adhibita,

$$u_r = \alpha\begin{Bmatrix} n-1,\ n-2,\ \ldots,\ n-r-1 \\ n-1,\ n-2,\ \ldots,\ n-r-1 \end{Bmatrix} x^{n-r-1}+\alpha\begin{Bmatrix} n-1,\ n-2,\ \ldots,\ n-r,\ n-r-1 \\ n-1,\ n-2,\ \ldots,\ n-r,\ n-r-2 \end{Bmatrix} x^{n-r-2}$$
$$+\alpha\begin{Bmatrix} n-1,\ n-2,\ \ldots,\ n-r,\ n-r-1 \\ n-1,\ n-2,\ \ldots,\ n-r,\ n-r-3 \end{Bmatrix} x^{n-r-3}+\cdots+\alpha\begin{Bmatrix} n-1,\ n-2,\ \ldots,\ n-r,\ n-r-1 \\ n-1,\ n-2,\ \ldots,\ n-r,\ 0 \end{Bmatrix}.$$

Nec non per eandem notationem constantes $l_s^{(r)}$ ideoque etiam ipsae expressiones P_r, Q_r generaliter exhiberi possunt. Habetur ex. gr.

$$l_1 = -\alpha_{n-1,n-1}, \quad l_1' = \alpha_{n-1,n-1},$$
$$l_2 = \alpha\begin{Bmatrix} n-2,\ n-3 \\ n-1,\ n-2 \end{Bmatrix},\quad l_2' = \alpha\begin{Bmatrix} n-3,\ n-1 \\ n-1,\ n-2 \end{Bmatrix},\quad l_2'' = \alpha\begin{Bmatrix} n-1,\ n-2 \\ n-1,\ n-2 \end{Bmatrix},$$

etc. etc.



Expressiones u_r, quas antecedentibus ope quantitatum $\alpha_{r,s}$ generaliter determinavimus, ita comparatas esse novimus, ut inter tres quaslibet se proxime insequentes intercedat relatio

$$c_r u_{r-2} - v_r u_{r-1} = u_r,$$

ubi c_r constans, v_r linearis. Quod ex ipsa expressione generali, quam pro u_r invenimus, non ita facile cognoscitur. Qua de causa rem alio modo aggrediamur.

16.

Expressiones u_r, P_r, Q_r etiam indagare licet ope aequationum

$$\begin{aligned}
L \;\; &= A_0 m_0 + A_1 m_1 + A_2 m_2 + \cdots + A_{n-1} m_{n-1}, \\
Lx \;\; &= A_1 m_0 + A_2 m_1 + A_3 m_2 + \cdots + A_n \; m_{n-1}, \\
Lx^2 &= A_2 m_0 + A_3 m_1 + A_4 m_2 + \cdots + A_{n+1} m_{n-1}, \\
&\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots \\
Lx^{n-1} &= A_{n-1} m_0 + A_n m_1 + A_{n+1} m_2 + \cdots + A_{2n-2} m_{n-1},
\end{aligned}$$

quae sunt inversae earum, a quibus §. antecedente profecti sumus. Nam e $(n-r)$ primis aequationum illarum eliminatis $n-r-1$ quantitatibus m_0, m_1, m_2, ..., m_{n-r-2}, prodit expressio ipsius x ordinis $(n-r-1)^{\text{ti}}$ aequalis aggregato lineari expressionum m_{n-r-1}, m_{n-r}, ..., m_{n-1}. Quod cum exprimi possit per $P_r f(x) - Q_r \varphi(x)$, ubi P_r, Q_r sunt r^{ti} ordinis, proposito satisfactum est.

Antecedentibus nova patet proprietas systematis coëfficientium, quale in aequationibus linearibus (13) invenitur. Sit enim $w_k = 0$ aequatio k^{ti} ordinis respectu ipsius x, quae provenit ex aequationibus

$$\begin{aligned}
L \;\; &= A_0 m_0 + A_1 m_1 + A_2 m_2 + \cdots + A_{k-1} m_{k-1}, \\
Lx \;\; &= A_1 m_0 + A_2 m_1 + A_3 m_2 + \cdots + A_k \; m_{k-1}, \\
Lx^2 &= A_2 m_0 + A_3 m_1 + A_4 m_2 + \cdots + A_{k+1} m_{k-1}, \\
&\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots \\
Lx^k &= A_k m_0 + A_{k+1} m_1 + A_{k+2} m_2 + \cdots + A_{2k-1} m_{k-1},
\end{aligned}$$

eliminatis m_0, m_1, m_2, ..., m_{k-1}; si vocamus $w_{k-1} = 0$, $w_{k-2} = 0$ aequationes similes provenientes, si aequationum antecedentium omittimus postremam et terminos in m_{k-1} ductos, vel duas postremas et terminos in m_{k-1}, m_{k-2} ductos: intercedit inter tres expressiones w_{k-2}, w_{k-1}, w_k relatio

$$c w_{k-2} + v w_{k-1} = w_k,$$

ubi c constans, v linearis.

Relatio antecedens locum habere debet per aequationes *identicas* inter quantitates A_r, per quas coëfficientes expressionum w_{k-2}, w_{k-1}, w_k exhibere



licet; quippe quae quantitates A_r a se independentes sunt. Si vero coëfficientes illas per quantitates $\alpha_{r,s}$ exprimis, uti §. antec., eadem relatio non demonstrari poterit nisi adhibitis aequationibus, quae inter quantitates $\alpha_{r,s}$ locum habent.

Statuamus, in expressione w_k coëfficientem altissimae potestatis x^k esse

$$A\begin{Bmatrix}0, & 1, & 2, & \ldots, & k-1\\ 0, & 1, & 2, & \ldots, & k-1\end{Bmatrix},$$

in qua expressione loco $A_{r,s}$ semper scribendum erit A_{r+s}. Quibus positis, erit

$$w_k = L^{k-1}.u_{n-1-k}.$$

Iam demonstremus ex ipsa natura expressionum w_k, relationem assignatam inter tres se insequentes locum habere, et ipsam constantem c et expressionem linearem v indagemus.

Quod ut sine calculo nimis prolixo fiat, pono $k = n-1$; quo facto habetur

$$\frac{w_{n-1}}{L^{n-2}} = u_0 = m_{n-1},$$

$$\frac{w_{n-2}}{L^{n-3}} = u_1 = \alpha_{n-1,n-1}m_{n-2} - \alpha_{n-2,n-1}m_{n-1},$$

$$\frac{w_{n-3}}{L^{n-4}} = u_2 = \alpha\begin{Bmatrix}n-1, & n-2\\ n-1, & n-2\end{Bmatrix}m_{n-3} - \alpha\begin{Bmatrix}n-1, & n-3\\ n-1, & n-2\end{Bmatrix}m_{n-2} + \alpha\begin{Bmatrix}n-2, & n-3\\ n-1, & n-2\end{Bmatrix}m_{n-1}.$$

Porro advoco aequationem (38), quae, posito $r = n-2$, reiectoque termino m_n, in hanc abit:

$$0 = (a_{n-1}b_n)(m_{n-3} - xm_{n-2}) + (a_n b_{n-2})(m_{n-2} - xm_{n-1}) + (a_{n-2}b_{n-1})m_{n-1}.$$

Quam ope formularum

$$\alpha_{r-1,s} - \alpha_{r,s-1} = (a_r b_s), \quad -\alpha_{r,n-1} = (a_r b_n)$$

etiam sic repraesentare licet:

$$0 = -\alpha_{n-1,n-1}(m_{n-3} - xm_{n-2}) + \alpha_{n-1,n-2}(m_{n-2} - xm_{n-1}) + (\alpha_{n-3,n-1} - \alpha_{n-2,n-2})m_{n-1}$$

sive

$$0 = xu_1 - \alpha_{n-1,n-1}m_{n-3} + \alpha_{n-1,n-2}m_{n-2} + (\alpha_{n-1,n-3} - \alpha_{n-2,n-2})m_{n-1}.$$

Statuamus brevitatis causa

$$\alpha_{n-1,n-1} = \beta, \quad \alpha_{n-1,n-2} = \gamma, \quad \alpha_{n-1,n-3} = \delta,$$
$$\alpha_{n-2,n-2} = \varepsilon, \quad \alpha_{n-2,n-3} = \zeta,$$

erit

$$u_0 = m_{n-1}, \quad u_1 = \beta m_{n-2} - \gamma m_{n-1},$$
$$u_2 = [\beta\varepsilon - \gamma^2]m_{n-3} + [\gamma\delta - \beta\zeta]m_{n-2} + [\gamma\zeta - \delta\varepsilon]m_{n-1};$$
$$0 = xu_1 - \beta m_{n-3} + \gamma m_{n-2} + (\delta - \varepsilon)m_{n-1}.$$

Aequatio postrema fit, eliminata m_{n-3},

$$0=[\beta\varepsilon-\gamma^2]xu_1-\beta u_2+[\gamma(\beta\varepsilon-\gamma^2)+\beta(\gamma\delta-\beta\zeta)]m_{n-2}+[(\delta-\varepsilon)(\beta\varepsilon-\gamma^2)+\beta(\gamma\zeta-\delta\varepsilon)]m_{n-1}.$$

Coëfficientem ipsius m_{n-1} ita exhibere licet:

$$-\varepsilon(\beta\varepsilon-\gamma^2)-\gamma(\gamma\delta-\beta\zeta),$$

unde aequatio antecedens fit

$$0=[(\beta\varepsilon-\gamma^2)x+\gamma\delta-\beta\zeta]u_1-\beta u_2+(\beta\varepsilon-\gamma^2)[\gamma m_{n-2}-\varepsilon m_{n-1}].$$

Unde tandem, multiplicatione per β facta et ipsis m_{n-2}, m_{n-1} per u_1, u_0 exhibitis, nanciscimur:

$$0=-\beta^2u_2+[(\beta\varepsilon-\gamma^2)(\beta x+\gamma)+\beta(\gamma\delta-\beta\zeta)]u_1-(\beta\varepsilon-\gamma^2)^2u_0.$$

Quae docet formula, restitutis ipsarum β, γ etc. valoribus, expressionem

$$\alpha^2_{n-1,n-1}u_2+\left\{\alpha\begin{bmatrix}n-1, & n-2\\ n-1, & n-2\end{bmatrix}\right\}^2u_0$$

per u_1 divisibilem esse; sive, quod idem est, expressionem

$$\left\{A\begin{bmatrix}0, & 1, & 2, & \ldots, & n-2\\ 0, & 1, & 2, & \ldots, & n-2\end{bmatrix}\right\}^2w_{n-3}+\left\{A\begin{bmatrix}0, & 1, & 2, & \ldots, & n-3\\ 0, & 1, & 2, & \ldots, & n-3\end{bmatrix}\right\}^2w_{n-1}$$

divisibilem esse per w_{n-2}. Unde posito k loco $n-1$, si loco

$$A\begin{Bmatrix}0, & 1, & 2, & \ldots, & k\\ 0, & 1, & 2, & \ldots, & k\end{Bmatrix}$$

restituimus expressionem $\Sigma\pm A_{0,0}A_{1,1}A_{2,2}\ldots A_{k,k}$, in quo aggregato loco $A_{r,s}$ scribendum erit A_{r+s} atque terminus

$$A_{0,0}A_{1,1}A_{2,2}\ldots A_{k,k}=A_0A_2A_4\ldots A_{2k}$$

positive accipiendus, sequitur theorema algebraicum hoc:

Theorema.

„*Sit* $w_k=0$ *aequatio* k^{ti} *ordinis respectu ipsius* x, *quae provenit e* $k+1$ *aequationibus*

$$\begin{aligned}L&=A_0m_0+A_1m_1+\cdots+A_{k-1}m_{k-1},\\ Lx&=A_1m_0+A_2m_1+\cdots+A_k\,m_{k-1},\\ Lx^2&=A_2m_0+A_3m_1+\cdots+A_{k+1}m_{k-1},\\ &\cdots\cdots\cdots\cdots\\ Lx^k&=A_km_0+A_{k+1}m_1+\cdots+A_{2k-1}m_{k-1},\end{aligned}$$

eliminatis k *quantitatibus* m_0, m_1, $\ldots$, m_{k-1}; *si ipsius* w_k *potestas altissima* x^k *coëfficientem habet* $\Sigma\pm A_{0,0}A_{1,1}\ldots A_{k-1,k-1}$, *erit expressio*

$$[\Sigma\pm A_{0,0}A_{1,1}\ldots A_{k-2,k-2}]^2w_k+[\Sigma\pm A_{0,0}A_{1,1}\ldots A_{k-1,k-1}]^2w_{k-2}$$

per w_{k-1} *divisibilis.*“



De hoc theoremate statim fluit sequens:

„*notatione* §. *antecedentis adhibita, fieri*

$$\left\{\alpha\begin{bmatrix} n-1, & n-2, & \dots, & n-r \\ n-1, & n-2, & \dots, & n-r \end{bmatrix}\right\}^2 u_r + \left\{\alpha\begin{bmatrix} n-1, & n-2, & \dots, & n-r-1 \\ n-1, & n-2, & \dots, & n-r-1 \end{bmatrix}\right\}^2 u_{r-2}$$

per u_{r-1} *divisibilem*“.

Unde

$$c_r = -\left\{\frac{\alpha\begin{bmatrix} n-1, & n-2, & \dots, & n-r-1 \\ n-1, & n-2, & \dots, & n-r-1 \end{bmatrix}}{\alpha\begin{bmatrix} n-1, & n-2, & \dots, & n-r \\ n-1, & n-2, & \dots, & n-r \end{bmatrix}}\right\}^2.$$

Quotientes lineares facile obtinentur e terminis sive primis sive postremis expressionum u_r aut w_r.

Addam relationem, quae adhuc desideratur, inter $\varphi(x)$, m_{n-1}, u_1. Habetur e (35):

$$m_{n-2} - x m_{n-1} = a_{n-1}\varphi(x) - b_{n-1} f(x).$$

Unde, cum sit

$$m_{n-1} = a_n \varphi(x) - b_n f(x),$$

fit:

$$b_n m_{n-2} - [b_n x + b_{n-1}] m_{n-1} = (a_{n-1} b_n)\varphi(x) = -\alpha_{n-1,n-1}\varphi(x).$$

Eliminata m_{n-2} ope aequationis

$$u_1 = \alpha_{n-1,n-1} m_{n-2} - \alpha_{n-1,n-2} m_{n-1},$$

prodit

$$b_n u_1 + \alpha^2_{n-1,n-1}\varphi(x) = [\alpha_{n-1,n-1}(b_n x + b_{n-1}) - b_n \alpha_{n-1,n-2}] m_{n-1}.$$

Unde iam habentur formulae omnes pro evolutione fractionis $\frac{f(x)}{\varphi(x)}$ in fractionem continuam.

Regiomonti d. 27. Aug. 1835.



DE INTEGRALIBUS QUIBUSDAM DUPLICIBUS, QUAE POST TRANSFORMATIONEM VARIABILIUM IN EANDEM FORMAM REDEUNT.

AUCTORE

DR. C. G. J. JACOBI,
PROF. ORD. MATH. REGIOM.

Crelle Journal für die reine und angewandte Mathematik, Bd. 15. p. 193—198.



DE INTEGRALIBUS QUIBUSDAM DUPLICIBUS, QUAE POST TRANSFORMATIONEM VARIABILIUM IN EANDEM FORMAM REDEUNT.

1.

Notum est, propositis aequationibus

$$\cos\varphi = \alpha\ \cos\eta + \beta\ \sin\eta\cos\vartheta + \gamma\ \sin\eta\sin\vartheta,$$
$$\sin\varphi\cos\psi = \alpha'\ \cos\eta + \beta'\ \sin\eta\cos\vartheta + \gamma'\ \sin\eta\sin\vartheta,$$
$$\sin\varphi\sin\psi = \alpha''\cos\eta + \beta''\sin\eta\cos\vartheta + \gamma''\sin\eta\sin\vartheta,$$

ubi inter coëfficientes habentur relationes

$$\alpha\alpha + \alpha'\alpha' + \alpha''\alpha'' = 1, \qquad \beta\gamma + \beta'\gamma' + \beta''\gamma'' = 0,$$
$$\beta\beta + \beta'\beta' + \beta''\beta'' = 1, \qquad \gamma\alpha + \gamma'\alpha' + \gamma''\alpha'' = 0,$$
$$\gamma\gamma + \gamma'\gamma' + \gamma''\gamma'' = 1, \qquad \alpha\beta + \alpha'\beta' + \alpha''\beta'' = 0,$$

fieri

$$\iint U\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi = \iint U\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta,$$

ubi in altero integrali U per φ, ψ, in altero per η, ϑ exprimendum est. Aequatio

$$\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi = \sin\eta\, d\eta\, d\vartheta$$

suggerit exemplum simplicissimum, quo elementum integralis duplicis post transformationem variabilium in eandem formam redit. Substitutiones propositae sunt formulae notae pro transformatione coordinatarum orthogonalium, quarum initium non mutatur. Elementum integralis est elementum superficiei sphaericae, expressum per coordinatas puncti superficiei orthogonales, quarum initium in centro; quod elementum formam mutare non debet, si coordinatae orthogonales, per quas exprimatur, ad aliud systema axium referantur, quod eodem initio gaudet.

Dedi in tomo VIII. Diarii Crell. pag. 352 sqq. (Cf. h. vol. p. 151 sqq.) alterum exemplum generalius et valde complicatum, quo integrale duplex post transformationem variabilium in eandem formam redibat. Statuamus enim, propositas esse duas aequationes inter $\cos\eta$, $\sin\eta\cos\vartheta$, $\sin\eta\sin\vartheta$ lineares

$$0 = A + A'\cos\eta + A''\sin\eta\cos\vartheta + A'''\sin\eta\sin\vartheta,$$
$$0 = B + B'\cos\eta + B''\sin\eta\cos\vartheta + B'''\sin\eta\sin\vartheta,$$

in quibus octo quantitates A, A', ..., B, B', ... sunt expressiones et ipsae lineares quantitatum $\cos\varphi$, $\sin\varphi\cos\psi$, $\sin\varphi\sin\psi$; patet, iisdem aequationibus conciliari etiam posse formam

$$0 = C + C'\cos\varphi + C''\sin\varphi\cos\psi + C'''\sin\varphi\sin\psi,$$
$$0 = D + D'\cos\varphi + D''\sin\varphi\cos\psi + D'''\sin\varphi\sin\psi,$$

ubi C, C', ..., D, D', ... sunt expressiones lineares ipsarum $\cos\eta$, $\sin\eta\cos\vartheta$, $\sin\eta\sin\vartheta$. Quibus positis, demonstravi l. c., statuto

$$\begin{aligned} F &= A + A'\cos\eta + A''\sin\eta\cos\vartheta + A'''\sin\eta\sin\vartheta \\ &= C + C'\cos\varphi + C''\sin\varphi\cos\psi + C'''\sin\varphi\sin\psi, \\ \Pi &= B + B'\cos\eta + B''\sin\eta\cos\vartheta + B'''\sin\eta\sin\vartheta \\ &= D + D'\cos\varphi + D''\sin\varphi\cos\psi + D'''\sin\varphi\sin\psi, \end{aligned}$$

$$R = [A'A' + A''A'' + A'''A''' - AA][B'B' + B''B'' + B'''B''' - BB] - [A'B' + A''B'' + A'''B''' - AB]^2,$$
$$S = [C'C' + C''C'' + C'''C''' - CC][D'D' + D''D'' + D'''D''' - DD] - [C'D' + C''D'' + C'''D''' - CD]^2,$$

ex aequationibus

$$F = 0, \quad \Pi = 0$$

sequi

$$\iint \frac{U\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{\sqrt{S}} = \iint \frac{U\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{\sqrt{R}}.$$

Si aequationes $F = 0$, $\Pi = 0$ ita accipiuntur, ut commutatis $\cos\eta$, $\sin\eta\cos\vartheta$, $\sin\eta\sin\vartheta$ cum $\cos\varphi$, $\sin\varphi\cos\psi$, $\sin\varphi\sin\psi$ immutatae maneant, aut ea commutatione altera in alteram abeant, elementa inter se aequalia

$$\frac{\sin\eta\, d\eta\, d\vartheta}{\sqrt{S}} = \frac{\sin\varphi\, d\varphi\, d\psi}{\sqrt{R}}$$

plane eandem formam habent. Eodem enim modo alterum per η, ϑ atque alterum per φ, ψ exprimitur.

2.

Tradam sequentibus duo nova exempla eiusmodi transformationis, quae elementi integralis duplicis formam immutatam relinquit. Eum in finem antemittimus sequentia.

Sint $f = 0$, $\varphi = 0$ duae aequationes propositae inter quantitates x, y et p, q; si elementum $dxdy$ per variabiles p, q exprimere placet, habetur formula nota

$$[f'(x)\varphi'(y) - f'(y)\varphi'(x)]\, dx\, dy = [f'(p)\varphi'(q) - f'(q)\varphi'(p)]\, dp\, dq.$$

Si f, φ continent praeter x, y variabilem z, quae ab iis pendet per aequationem $\Pi(x, y, z) = 0$, unde

$$\frac{\partial z}{\partial x} = -\frac{\Pi'(x)}{\Pi'(z)}, \quad \frac{\partial z}{\partial y} = -\frac{\Pi'(y)}{\Pi'(z)},$$

loco expressionis

$$f'(x)\varphi'(y) - f'(y)\varphi'(x)$$

ponendum erit

$$\left[f'(x) - \frac{\Pi'(x)f'(z)}{\Pi'(z)}\right]\left[\varphi'(y) - \frac{\Pi'(y)\varphi'(z)}{\Pi'(z)}\right]$$
$$-\left[f'(y) - \frac{\Pi'(y)f'(z)}{\Pi'(z)}\right]\left[\varphi'(x) - \frac{\Pi'(x)\varphi'(z)}{\Pi'(z)}\right] = \frac{N}{\Pi'(z)},$$

siquidem statuitur:

$$N = \Pi'(x)[f'(y)\varphi'(z) - f'(z)\varphi'(y)] + \Pi'(y)[f'(z)\varphi'(x) - f'(x)\varphi'(z)]$$
$$+\Pi'(z)[f'(x)\varphi'(y) - f'(y)\varphi'(x)].$$

Eodem modo, si f, φ praeter p, q continent variabilem r, quae ab iis pendet per aequationem $P(p, q, r) = 0$, loco

$$f'(p)\varphi'(q) - f'(q)\varphi'(p)$$

ponendum erit $\dfrac{O}{P'(r)}$, siquidem

$$O = P'(p)[f'(q)\varphi'(r) - f'(r)\varphi'(q)] + P'(q)[f'(r)\varphi'(p) - f'(p)\varphi'(r)]$$
$$+P'(r)[f'(p)\varphi'(q) - f'(q)\varphi'(p)].$$

Quibus positis, aequatio inter elementa fit

$$\frac{N dx dy}{\Pi'(z)} = \frac{O dp dq}{P'(r)}.$$

Sit

$$\Pi = \tfrac{1}{2}(xx + yy + zz - 1) = 0,$$
$$P = \tfrac{1}{2}(pp + qq + rr - 1) = 0;$$

erit

$$N = x[f'(y)\varphi'(z) - f'(z)\varphi'(y)] + y[f'(z)\varphi'(x) - f'(x)\varphi'(z)] + z[f'(x)\varphi'(y) - f'(y)\varphi'(x)],$$
$$O = p[f'(q)\varphi'(r) - f'(r)\varphi'(q)] + q[f'(r)\varphi'(p) - f'(p)\varphi'(r)] + r[f'(p)\varphi'(q) - f'(q)\varphi'(r)],$$

et aequatio inter elementa

$$\frac{N dx dy}{z} = \frac{O dp dq}{r}.$$

Statuamus porro, functiones f, φ respectu variabilium x, y, z esse *homogeneas*, erit

$$x f'(x) + y f'(y) + z f'(z) = \mu f = 0,$$
$$x\varphi'(x) + y\varphi'(y) + z\varphi'(z) = \mu'\varphi = 0,$$

ubi μ, μ' sunt dimensiones functionum homogenearum f, φ. Sequitur autem ex aequationibus

$$x f'(x) + y f'(y) + z f'(z) = 0,$$
$$x\varphi'(x) + y\varphi'(y) + z\varphi'(z) = 0,$$
$$xx + yy + zz = 1,$$

si eas consideramus ut aequationes lineares inter tres incognitas x, y, z propositas atque ut tales resolvimus,

$$Nx = f'(y)\varphi'(z) - f'(z)\varphi'(y),$$
$$Ny = f'(z)\varphi'(x) - f'(x)\varphi'(z),$$
$$Nz = f'(x)\varphi'(y) - f'(y)\varphi'(x).$$

Supponamus $f = 0$ esse aequationem respectu ipsarum x, y, z linearem

$$f = gx + hy + iz = 0,$$

unde

$$f'(x) = g, \quad f'(y) = h, \quad f'(z) = i;$$

porro $\varphi = 0$ respectu ipsarum x, y, z esse secundi ordinis

$$\varphi = \tfrac{1}{2}[ax^2 + by^2 + cz^2 + 2dyz + 2ezx + 2fxy] = 0,$$

unde

$$\varphi'(x) = ax + fy + ez,$$
$$\varphi'(y) = fx + by + dz,$$
$$\varphi'(z) = ex + dy + cz.$$

Quibus substitutis in aequationibus antecedentibus, prodit:

$$Nx = (he - if)x + (hd - ib)y + (hc - id)z,$$
$$Ny = (ia - ge)x + (if - gd)y + (ie - gc)z,$$
$$Nz = (gf - ha)x + (gb - hf)y + (gd - he)z.$$

Quibus per g, h, i multiplicatis et additis, fit, quod debet,

$$gx + hy + iz = 0.$$

Si hanc aequationem iungimus duabus e tribus antecedentibus, ex. gr. duabus postremis, atque ex aequationibus

$$0 = gx + hy + iz,$$
$$0 = (ia - ge)x + [if - gd - N]y + (ie - gc)z,$$
$$0 = (gf - ha)x + (gb - hf)y + [gd - he - N]z$$

eliminamus x, y, z, videbimus, in aequatione proveniente terminos in primam ipsius N potestatem ductos destrui, eamque fieri post divisionem per g factam:

$$N^2 = g^2(d^2 - bc) + h^2(e^2 - ca) + i^2(f^2 - ab) + 2hi(da - ef) + 2ig(eb - fd) + 2gh(fc - de)\,^{*}).$$

Supponamus iam:

1. coëfficientes a, b, c, d, e, f esse functiones homogeneas secundi ordinis quascunque ipsarum p, q, r; coëfficientes vero g, h, i earundem quantitatum esse functiones homogeneas lineares. Unde patet, duas aequationes

---

*) Aequationem $N = 0$ adnoto esse aequationem conditionalem, ut planum et conus, quae per aequationes $f = 0$, $\varphi = 0$ repraesentantur, se mutuo tangant.

propositas etiam hoc modo repraesentari posse:

$$f = g'p + h'q + i'r = 0,$$
$$2\varphi = a'pp + b'qq + c'rr + 2d'qr + 2e'rp + 2f'pq = 0,$$

designantibus g', h', i' ipsarum x, y, z functiones homogeneas lineares, a', b', c', d', e', f' earundum quantitatum functiones homogeneas secundi ordinis. Vel supponamus

2. coëfficientes a, b, c, d, e, f esse functiones homogeneas lineares ipsarum p, q, r, coëfficientes vero g, h, i functiones homogeneas secundi ordinis: aequationes propositae hoc modo repraesentari possunt:

$$f = \tfrac{1}{2}[a'pp + b'qq + c'rr + 2d'qr + 2e'rp + 2f'pq] = 0,$$
$$\varphi = g'p + h'q + i'r = 0,$$

designantibus a', b', c', d', e', f' ipsarum x, y, z functiones homogeneas lineares, g', h', i' functiones homogeneas secundi ordinis.

Utroque casu plane per easdem formulas, quibus ipsius NN valorem eruimus, invenitur:

$$OO = g'^2(d'^2 - b'c') + h'^2(e'^2 - c'a') + i'^2(f'^2 - a'b')$$
$$+ 2h'i'(d'a' - e'f') + 2i'g'(e'b' - f'd') + 2g'h'(f'c' - d'e').$$

Unde prodeunt duo theoremata sequentia.

Theorema 1.

„Sint propositae inter quantitates x, y, z, p, q, r duae aequationes, altera respectu ipsarum x, y, z nec non respectu ipsarum p, q, r homogenea linearis, altera respectu ipsarum x, y, z nec non respectu ipsarum p, q, r homogenea secundi ordinis; quae sint aequationes:

$$0 = gx + hy + iz = g'p + h'q + i'r,$$
$$0 = ax^2 + by^2 + cz^2 + 2dyz + 2ezx + 2fxy$$
$$= a'p^2 + b'q^2 + c'r^2 + 2d'qr + 2e'rp + 2f'pq,$$

ubi g, h, i ipsarum p, q, r et g', h', i' ipsarum x, y, z designant functiones quascunque homogeneas lineares; a, b, c, d, e, f ipsarum p, q, r et a', b', c', d', e', f' ipsarum x, y, z functiones quascunque homogeneas secundi ordinis; sit

$$xx + yy + zz = 1, \quad pp + qq + rr = 1,$$

erit:

$$\iint \frac{U\,dp\,dq}{r\sqrt{g^2(d^2 - bc) + h^2(e^2 - ca) + i^2(f^2 - ab) + 2hi(da - ef) + 2ig(eb - fd) + 2gh(fc - de)}}$$
$$\int \frac{U\,dx\,dy}{z\sqrt{g'^2(d'^2 - b'c') + h'^2(e'^2 - c'a') + i'^2(f'^2 - a'b') + 2h'i'(d'a' - e'f') + 2i'g'(e'b' - f'd') + 2g'h'(f'c' - d'e')}}.$$

Theorema 2.

„*Sint propositae inter quantitates x, y, z, p, q, r duae aequationes, altera respectu ipsarum x, y, z homogenea linearis, respectu ipsarum p, q, r homogenea secundi ordinis; altera respectu ipsarum x, y, z homogenea secundi ordinis, respectu ipsarum p, q, r homogenea linearis: quae sint aequationes:*

$$0 = gx+hy+iz = a'p^2+b'q^2+c'r^2+2d'qr+2e'rp+2f'pq,$$
$$0 = ax^2+by^2+cz^2+2dyz+2ezx+2fxy = g'p+h'q+i'r,$$

ubi g, h, i ipsarum p, q, r et g', h', i' ipsarum x, y, z designant functiones homogeneas secundi ordinis quascunque; a, b, c, d, e, f ipsarum p, q, r et a', b', c', d', e', f' ipsarum x, y, z functiones homogeneas lineares quascunque; sit

$$xx+yy+zz = 1, \quad pp+qq+rr = 1,$$

erit:

$$\iint \frac{U dp dq}{r\sqrt{g^2(d^2-bc)+h^2(e^2-ca)+i^2(f^2-ab)+2hi(da-ef)+2ig(eb-fd)+2gh(fc-de)}}$$
$$= \iint \frac{U dx dy}{z\sqrt{g'^2(d'^2-b'c')+h'^2(e'^2-c'a')+i'^2(f'^2-a'b')+2h'i'(d'a'-e'f')+2i'g'(e'b'-f'd')+2g'h'(f'c'-d'e')}}.\text{“}$$

Si statuimus

$$x = \cos\varphi, \quad y = \sin\varphi\cos\psi, \quad z = \sin\varphi\sin\psi,$$
$$p = \cos\eta, \quad q = \sin\eta\cos\vartheta, \quad r = \sin\eta\sin\vartheta,$$

habemus

$$\frac{dxdy}{z} = \sin\varphi\, d\varphi\, d\psi, \quad \frac{dpdq}{r} = \sin\eta\, d\eta\, d\vartheta.$$

Si aequationes propositae ita comparatae sunt in theoremate 1., ut commutatis x, y, z cum p, q, r immutatae maneant, vel in theoremate 2. ita comparatae, ut ea mutatione altera in alteram abeat: integralia duplicia inter se aequalia, si $U = 1$, sub signo integrationis plane easdem expressiones continent, alterum ipsarum p, q, r, alterum ipsarum x, y, z. Unde theoremata apposita suggerunt nova exempla integralium duplicium inter limites quoscunque sumtorum, in quibus certa ratione algebraica limites mutari queant, ipsis integralium valoribus immutatis manentibus.

Regiomonti d. 2. Sept. 1835.



DE RELATIONIBUS, QUAE LOCUM HABERE DEBENT INTER PUNCTA INTERSECTIONIS DUARUM CURVARUM VEL TRIUM SUPERFICIERUM ALGEBRAICARUM DATI ORDINIS, SIMUL CUM ENODATIONE PARADOXI ALGEBRAICI.

AUCTORE

C. G. J. JACOBI,
PROF. ORD. MATH. REGIOM.

Crelle Journal für die reine und angewandte Mathematik, Bd. 15. p. 285—308.

DE RELATIONIBUS, QUAE LOCUM HABERE DEBENT INTER PUNCTA INTERSECTIONIS DUARUM CURVARUM VEL TRIUM SUPERFICIERUM ALGEBRAICARUM DATI ORDINIS, SIMUL CUM ENODATIONE PARADOXI ALGEBRAICI.

1.

In *Actis Berolinensibus* a. 1748 in commentatione, cui inscriptum est: „*Sur une contradiction apparente dans la doctrine des lignes courbes*“ observavit summus Eulerus, duabus curvis tertii ordinis se in 9 punctis intersecantibus, per quaelibet 8 e punctis illis nonum determinatum esse; duabus curvis quarti ordinis se in 16 punctis intersecantibus, per quaelibet 13 e punctis illis reliqua tria determinata esse; duabus curvis quinti ordinis se in 25 punctis intersecantibus, per quaelibet 19 e punctis illis reliqua 6 determinata esse, etc. Rem geometricam etiam in terminis algebraicis pronunciare licet. Duabus aequationibus tertii ordinis inter duas variabiles x, y si per novem systemata valorum $x = x_1$, $y = y_1$; $x = x_2$, $y = y_2$; ...; $x = x_9$, $y = y_9$ satisfit, valores illi non ex arbitrio statui possunt, sed si octo illorum valorum dantur systemata, nonum inde determinatum est, sive inter 18 valores $x_1, x_2, \ldots, x_9$ et $y_1, y_2, \ldots, y_9$ duae habentur aequationes conditionales; si aequationes sunt quarti ordinis, quibus per 16 systemata valorum variabilium satisfit, datis 13 e systematis illis, tria reliqua determinata sunt, etc. Res ab Eulero observata gravissima est, quippe in qua fortasse maximum impedimentum positum est, quominus plurima, quae de functionibus integris unius variabilis ab Analystis inventa sint, ad systema duarum functionum integrarum duarum variabilium extendantur. Cognitis enim pro una variabili valoribus variabilis, pro quibus functio integra eius evanescit, habetur ipsa functio ut productum e factoribus linearibus, quae nihilo aequiparatae valores illos suggerunt. Si vero proponeretur quaestio analoga, ut e systematis valorum simultaneorum duarum variabilium, pro quibus duae functiones earum integrae simul evanescunt, ipsae exhibeantur functiones, haec quaestio ab antecedente iam eo differret, quod in illa variabilis

42*

valores ex arbitrio accipi possint, in hac inter valores variabilium certae aequationes conditionales intercedere debeant, ut eiusmodi omnino extare possint functiones. Qua de re mihi utile videbatur, in aequationes illas conditionales paullo accuratius inquirere.

Sit u expressio ipsarum x, y rationalis integra n^{ti} ordinis, quae $\frac{(n+1)(n+2)}{2}$ terminis constare potest. Dentur $\frac{(n+1)(n+2)}{2}-2$ systemata valorum $x=x_m$, $y=y_m$, quae efficiant $u=0$; habentur inter $\frac{(n+1)(n+2)}{2}$ coëfficientes expressionis u aequationes lineares $\frac{(n+1)(n+2)}{2}-2$, quarum ope e duabus coëfficientibus reliquae lineariter determinari possunt. Sint coëfficientes duae, quibus reliquae lineariter determinantur, a et b, atque sit valor coëfficientis termini $x^\alpha y^\beta$

$$a_{\alpha,\beta}.a+b_{\alpha,\beta}.b,$$

designantibus $a_{\alpha,\beta}$, $b_{\alpha,\beta}$ expressiones e valoribus x_1, y_1; x_2, y_2; ...; $x_{\frac{(n+1)(n+2)}{2}-2}$, $y_{\frac{(n+1)(n+2)}{2}-2}$ compositas. Quibus statutis, functio u formam induet

$$a\Sigma a_{\alpha,\beta}x^\alpha y^\beta+b\Sigma b_{\alpha,\beta}x^\alpha y^\beta=u,$$

quibus in summis numeris integris positivis α, β valores omnes conveniunt, pro quibus $\alpha+\beta\leqq n$. Hanc igitur formam induere debent functiones omnes ipsarum x, y integrae n^{ti} ordinis, quae pro datis illis valoribus simultaneis evanescunt. Quoties igitur altera functio n^{ti} ordinis v pro iisdem valoribus simultaneis evanescit, fieri debet

$$v=a'\Sigma a_{\alpha,\beta}x^\alpha y^\beta+b'\Sigma b_{\alpha,\beta}x^\alpha y^\beta,$$

designantibus a', b' alias constantes, sive quae rationem inter se diversam tenent atque constantes a, b. Alioquin enim v et u tantum factore constante inter se differrent.

Sed aequationibus n^{ti} ordinis $u=0$, $v=0$, sive aequationibus, quae earum locum tenent,

$$\Sigma a_{\alpha,\beta}x^\alpha y^\beta=0,\quad \Sigma b_{\alpha,\beta}x^\alpha y^\beta=0$$

conveniunt n^2 systemata radicum simultaneorum. Aequationes autem antecedentes vidimus per $\frac{(n+1)(n+2)}{2}-2$ systemata determinata esse. Unde praeter systemata $\frac{(n+1)(n+2)}{2}-2$ proposita, habentur adhuc alia numero

$$n^2-\frac{(n+1)(n+2)}{2}+2=\frac{(n-1)(n-2)}{2},$$

quae illis determinata sunt. Unde habetur theorema:

1) *E n^2 systematis valorum ipsarum x, y simultaneorum, quae duabus aequationibus n^{ti} ordinis inter x, y propositis satisfaciant, tantum $\frac{n^2+3n-2}{2}$ ex arbitrio accipi posse, reliqua $\frac{(n-1)(n-2)}{2}$ ex illis determinari, sive inter n^2 valores ipsius x et n^2 valores ipsius y illis respondentes haberi* $(n-1)(n-2)$ *aequationes conditionales;*

quod geometrice ita exhibetur theorema:

2) *E n^2 punctis intersectionis duarum curvarum n^{ti} ordinis $\frac{(n-1)(n-2)}{2}$ puncta reliquis determinata esse.*

2.

Antecedentibus bene confirmantur, quas nuper dedi relationes memorabiles inter valores incognitarum, quae duabus simul aequationibus algebraicis satisfaciunt. (Cf. comment. inscr. *Theoremata nova algebraica etc.*, Diar. Crell. vol. XIV. p. 281 et h. vol. p. 287). Sint enim $x = x_1$, $y = y_1$; $x = x_2$, $y = y_2$; ...; $x = x_{\mu\nu}$, $y = y_{\mu\nu}$ systemata $\mu\nu$ valorum ipsarum x, y, quae duabus aequationibus algebraicis $f(x, y) = 0$, $\varphi(x, y) = 0$ satisfaciunt, quarum altera μ^{ti}, altera ν^{ti} ordinis est, dedi aequationes:

$$3)\quad \frac{1}{R_1}+\frac{1}{R_2}+\cdots+\frac{1}{R_{\mu\nu}}=0,$$

$$\frac{x_1}{R_1}+\frac{x_2}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}}{R_{\mu\nu}}=0,$$

$$\frac{y_1}{R_1}+\frac{y_2}{R_2}+\cdots+\frac{y_{\mu\nu}}{R_{\mu\nu}}=0,$$

$$\frac{x_1^2}{R_1}+\frac{x_2^2}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}^2}{R_{\mu\nu}}=0,$$

$$\frac{x_1y_1}{R_1}+\frac{x_2y_2}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}y_{\mu\nu}}{R_{\mu\nu}}=0,$$

$$\frac{y_1^2}{R_1}+\frac{y_2^2}{R_2}+\cdots+\frac{y_{\mu\nu}^2}{R_{\mu\nu}}=0,$$

$$\cdots\cdots\cdots\cdots$$

$$\frac{x_1^{\mu+\nu-3}}{R_1}+\frac{x_2^{\mu+\nu-3}}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}^{\mu+\nu-3}}{R_{\mu\nu}}=0,$$

$$\frac{x_1^{\mu+\nu-4}y_1}{R_1}+\frac{x_2^{\mu+\nu-4}y_2}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}^{\mu+\nu-4}y_{\mu\nu}}{R_{\mu\nu}}=0,$$

$$\frac{x_1^{\mu+\nu-5}y_1^2}{R_1}+\frac{x_2^{\mu+\nu-5}y_2^2}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}^{\mu+\nu-5}y_{\mu\nu}^2}{R_{\mu\nu}}=0,$$

$$\cdots\cdots\cdots\cdots$$

$$\frac{y_1^{\mu+\nu-3}}{R_1}+\frac{y_2^{\mu+\nu-3}}{R_2}+\cdots+\frac{y_{\mu\nu}^{\mu+\nu-3}}{R_{\mu\nu}}=0,$$

quibus in aequationibus est R_m valor, quem, posito simul $x = x_m$, $y = y_m$, induit expressio

$$R = \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial \varphi}{\partial y} - \frac{\partial f}{\partial y} \cdot \frac{\partial \varphi}{\partial x}.$$

Aequationum numerus est $\frac{(\mu+\nu-2)(\mu+\nu-1)}{2}$, ideoque si $\mu = \nu = n$, $\frac{(2n-2)(2n-1)}{2}$; eliminatis n^2 quantitatibus $R_1, R_2, \ldots, R_{n^2}$, proveniunt inter ipsas $x_1, x_2, \ldots, x_{n^2}$ atque $y_1, y_2, \ldots, y_{n^2}$ aequationes conditionales numero

$$\frac{(2n-2)(2n-1)}{2} - n^2 + 1 = (n-1)(n-2),$$

quod cum theoremate (1) supra proposito convenit.

Quoties aequationibus $f(x, y) = 0$, $\varphi(x, y) = 0$, quarum altera μ^{ti}, altera ν^{ti} ordinis est, per $\mu\nu$ systemata valorum $x = x_m$, $y = y_m$ satisfieri potest: facile etiam *a priori* probari potest, ipsis R_m certos quosdam valores tribuendo aequationes omnes (3) obtineri posse. Statuamus enim, e duabus aequationibus propositis $f(x, y) = 0$, $\varphi(x, y) = 0$ aliam quamcunque derivari aequationem, in cuius terminis $x^\alpha y^\beta$ sit $\alpha + \beta \leqq \mu + \nu - 3$. Quam designemus aequationem per

$$\Sigma p_{\alpha,\beta} x^\alpha y^\beta = 0.$$

De qua, ponendo pro x, y radices simultaneas, fluunt $\mu\nu$ sequentes:

$$\begin{aligned} \Sigma p_{\alpha,\beta} x_1^\alpha \; y_1^\beta &= 0, \\ \Sigma p_{\alpha,\beta} x_2^\alpha \; y_2^\beta &= 0, \\ \cdots & \cdots \\ \Sigma p_{\alpha,\beta} x_{\mu\nu}^\alpha y_{\mu\nu}^\beta &= 0. \end{aligned}$$

Quibus respective multiplicatis per $\frac{1}{R_1}, \frac{1}{R_2}, \ldots, \frac{1}{R_{\mu\nu}}$ et additis, provenit:

$$\Sigma p_{\alpha,\beta} \left[\frac{x_1^\alpha y_1^\beta}{R_1} + \frac{x_2^\alpha y_2^\beta}{R_2} + \cdots + \frac{x_{\mu\nu}^\alpha y_{\mu\nu}^\beta}{R_{\mu\nu}} \right] = 0.$$

Cuius aequationis ope aequationum (3) una e reliquis fluit. Eiusmodi autem aequationes habentur tot, quot ex aequationibus propositis derivari possunt aequationes, in quarum terminis $x^\alpha y^\beta$ sit $\alpha + \beta \leqq \mu + \nu - 3$. Quae obtinentur omnes, multiplicando aequationem μ^{ti} ordinis per terminos $x^\alpha y^\beta$, in quibus $\alpha + \beta \leqq \nu - 3$, quorum est numerus $\frac{(\nu-2)(\nu-1)}{2}$, porro aequationem ν^{ti} ordinis per terminos $x^\alpha y^\beta$, in quibus $\alpha + \beta \leqq \mu - 3$, quorum est numerus $\frac{(\mu-2)(\mu-1)}{2}$;

unde totus earum numerus fit $\frac{(\mu-1)(\mu-2)}{2}+\frac{(\nu-1)(\nu-2)}{2}$. Et totidem habentur aequationes huiusmodi:

$$\Sigma p_{\alpha,\beta}\left[\frac{x_1^\alpha y_1^\beta}{R_1}+\frac{x_2^\alpha y_2^\beta}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}^\alpha y_{\mu\nu}^\beta}{R_{\mu\nu}}\right]=0,$$

quarum unaquaque una aequationum (3) ad reliquas revocatur. Unde aequationes (3), quarum est numerus $\frac{(\mu+\nu-2)(\mu+\nu-1)}{2}$, revocantur omnes ad

$$\frac{(\mu+\nu-2)(\mu+\nu-1)}{2}-\frac{(\nu-2)(\nu-1)}{2}-\frac{(\mu-2)(\mu-1)}{2}=\mu\nu-1.$$

Quibus $\mu\nu-1$ aequationibus per valores $\mu\nu$ quantitatum $\frac{1}{R_1}, \frac{1}{R_2}, \ldots, \frac{1}{R_{\mu\nu}}$ idonee determinatos satisfieri potest. — Patet antecedentibus, ubi constet, $\mu\nu$ paria coniugata valorum $x=x_m$, $y=y_n$ satisfacere duabus aequationibus μ^{ti} et ν^{ti} ordinis, $f(x,y)=0$, $\varphi(x,y)=0$: si $\mu\nu$ quantitatum $\frac{1}{R_m}$ rationes per $\mu\nu-1$ ex aequationibus (3) determinentur, reliquas $\frac{(\mu-1)(\mu-2)}{2}+\frac{(\nu-1)(\nu-2)}{2}$ inde sponte fluere. Qua de re theorema a nobis in commentatione citata inventum et quod formulis (3) continetur, nil docet, nisi, determinatis rationibus, in quibus inter se sunt $\mu\nu$ quantitates $\frac{1}{R_1}, \frac{1}{R_2}, \ldots, \frac{1}{R_{\mu\nu}}$ per $\mu\nu-1$ e numero aequationum (3), easdem rationes inter se tenere valores, quos expressio

$$\frac{1}{\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial\varphi}{\partial y}-\frac{\partial f}{\partial y}\cdot\frac{\partial\varphi}{\partial x}}$$

pro radicibus simultaneis aequationum $f(x,y)=0$, $\varphi(x,y)=0$ induit.

Reliquae enim aequationes numero $\frac{(\mu-1)(\mu-2)}{2}+\frac{(\nu-1)(\nu-2)}{2}$ eo solo ex illis $\mu\nu-1$ proveniunt, quod $\mu\nu$ systemata valorum $x=x_m$, $y=y_m$ sint radices simultaneae duarum aequationum, alterius μ^{ti}, alterius ν^{ti} ordinis.

E $\frac{(\mu-1)(\mu-2)}{2}+\frac{(\nu-1)(\nu-2)}{2}$ aequationum (3) si ope reliquarum $\mu\nu-1$ eliminamus $R_1, R_2, \ldots, R_{\mu\nu}$, obtinentur inter solas x_m, y_m aequationes $\frac{(\mu-1)(\mu-2)}{2}+\frac{(\nu-1)(\nu-2)}{2}$. Obvenit hic insigne *paradoxon*. Demonstravimus enim, si $\mu\nu$ systemata valorum $x=x_m$, $y=y_m$ sint radices simultaneae duarum aequationum, alterius μ^{ti}, alterius ν^{ti} ordinis, intercedere inter $2\mu\nu$ quantitates x_m, y_m aequationes conditionales numero $\frac{(\mu-1)(\mu-2)}{2}+\frac{(\nu-1)(\nu-2)}{2}$. At fieri

potest, ut sit

$$\frac{(\mu-1)(\mu-2)}{2}+\frac{(\nu-1)(\nu-2)}{2} \geqq 2\mu\nu,$$

sive numerus aequationum conditionalium numerum incognitarum aut adaequet aut adeo superet. Quod absurdum est.

3.

Paradoxon antecedentibus propositum ut explicetur, pro certis ipsarum μ, ν valoribus fieri debet, ut ex aequationibus (3) eliminatis quantitatibus R_m, aequationes restantes numero $\frac{(\mu-1)(\mu-2)}{2}+\frac{(\nu-1)(\nu-2)}{2}$ aliae aliis contineantur. Unde revera numerus aequationum conditionalium a se invicem independentium prodibit $< \frac{(\mu-1)(\mu-2)}{2}+\frac{(\nu-1)(\nu-2)}{2}$. Hoc vero e natura aequationum (3) demonstrare et accuratius definire numerum aequationum conditionalium, quae superfluae sunt seu reliquis continentur, primo intuitu vires Algebrae superare videtur.

Aequationes superfluae certe non proveniunt, si $\mu = \nu$. Eo enim casu per alias considerationes initio huius commentatiunculae vidimus, necessario requiri aequationes conditionales numero $(\mu-1)(\mu-2) = \frac{(\mu-1)(\mu-2)}{2}+\frac{(\nu-1)(\nu-2)}{2}$. Neque eo casu paradoxi locus est, cum numerus ille sit quantitatum x_m, y_m numero $2\mu^2$ plus quam dimidio inferior. Iam etiam, si μ et ν inter se diversi sunt, per considerationes similes atque supra adhibuimus, exploremus verum numerum aequationum conditionalium. Quo facto, ex ipsa natura aequationum (3) demonstratum eamus, reliquas illis contineri.

Sit $\nu < \mu$; aequatio ν^{ti} ordinis determinata est per $\frac{(\nu+1)(\nu+2)}{2}-1$ systemata valorum ipsarum x, y simultaneorum, quibus aequationi illi satisfit. Ut eidem aequationi systemata reliqua $\mu\nu-\frac{(\nu+1)(\nu+2)}{2}+1$ satisfaciant, totidem haberi debent aequationes conditionales. Iisdem valoribus aequationi μ^{ti} ordinis satisfieri propositum est. Formare vero licet alteram aequationem μ^{ti} ordinis, cui $\mu\nu$ systemata valorum sponte satisfaciunt, multiplicando aequationem ν^{ti} ordinis cum functione $(\mu-\nu)^{\text{ti}}$ ordinis, cuius coëfficientes, quarum numerus est $\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)}{2}$, arbitrariae esse possunt. Utramque aequationem μ^{ti} ordinis si iungimus, per constantes illas arbitrarias effici potest, ut totidem eius

termini evanescant; sive statuere licet, aequationem μ^{ti} ordinis, cui praeter aequationem ν^{ti} ordinis, satisfaciendum est, tantum constare terminorum numero

$$\frac{(\mu+1)(\mu+2)}{2}-\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)}{2}.$$

Cuiusmodi aequationi ut per $\mu\nu$ systemata valorum ipsarum x, y simultaneorum satisfiat, locum habere debent aequationes conditionales numero

$$\mu\nu-\frac{(\mu+1)(\mu+2)}{2}+\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)}{2}+1.$$

Habetur igitur totus numerus aequationum conditionalium,

$$\mu\nu-\frac{(\nu+1)(\nu+2)}{2}+1+\mu\nu-\frac{(\mu+1)(\mu+2)}{2}+\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)}{2}+1=\mu\nu-3\nu+1.$$

Unde prodit theorema:

4) *Quoties $\mu.\nu$ systemata valorum ipsarum x, y; $x=x_1$, $y=y_1$; $x=x_2$, $y=y_2$; ...; $x=x_{\mu\nu}$, $y=y_{\mu\nu}$ satisfacere debent duabus aequationibus algebraicis, alteri μ^{ti}, alteri ν^{ti} ordinis, ubi $\nu<\mu$: inter $2\mu\nu$ quantitates x_1, x_2, ..., $x_{\mu\nu}$ et y_1, y_2, ..., $y_{\mu\nu}$ aequationes conditionales numero $\mu\nu-3\nu+1$ intercedere debent.*

Quod theorema geometrice ita enunciari potest:

5) *Quoties $\mu.\nu$ puncta in duabus curvis algebraicis μ^{ti} et ν^{ti} ordinis posita esse debent, ubi $\mu>\nu$, inter coordinatas punctorum intercedere debent aequationes conditionales numero $\mu\nu-3\nu+1$.*

Theorema (3) sive (4) collatum cum (2) sive (3) docet, si $\mu=\nu$, numerum aequationum conditionalium unitate augendum esse.

Punctis $\mu\nu$ in curva ν^{ti} ordinis positis, ut eadem puncta in altera curva μ^{ti} ordinis posita esse possint, ubi $\mu>\nu$, sequitur ex iis, quae antecedentibus demonstravimus, requiri inter coordinatas punctorum aequationes conditionales numero

$$\mu\nu-\frac{(\mu+1)(\mu+2)}{2}+\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)}{2}+1=\frac{(\nu-1)(\nu-2)}{2}.$$

Habentur igitur theoremata specialia:

6) Assumtis in linea recta μ punctis, sive in curva secundi ordinis 2μ punctis, per eadem puncta curvam μ^{ti} ordinis ducere licet.

7) Assumtis in curva tertii ordinis 3μ punctis, ubi $\mu>3$, ut per eadem duci possit curva μ^{ti} ordinis, inter coordinatas punctorum aequatio una conditionalis locum habere debet.



8) Assumtis in curva quarti ordinis 4μ punctis, ubi $\mu > 4$, ut per eadem puncta duci possit curva μ^{ti} ordinis, inter coordinatas punctorum locum habere debent tres aequationes conditionales; etc. etc.

Vel *si quaeris maximum numerum punctorum, quae in curva ν^{ti} ordinis ex arbitrio assumi possint, ut per eadem alteram curvam μ^{ti} ordinis ducere liceat, ubi $\mu > \nu$, numerus iste punctorum erit*

$$\mu\nu - \frac{(\nu-1)(\nu-2)}{2}.$$

Eliminatis e (3) quantatibus $R_1, R_2, \ldots, R_{\mu\nu}$, cum inter $2\mu\nu$ quantitates $x_1, x_2, \ldots, x_{\mu\nu}$, et $y_1, y_2, \ldots, y_{\mu\nu}$ prodeunt aequationes numero

$$\frac{(\mu+\nu-2)(\mu+\nu-1)}{2} - \mu\nu + 1 = \frac{(\mu-1)(\mu-2)}{2} + \frac{(\nu-1)(\nu-2)}{2};$$

cum vero e (4) inter easdem quantitates tantum $\mu\nu - 3\nu + 1$ aequationes conditionales locum habere debeant, si $\mu > \nu$; sequitur, *aequationum illarum, si $\mu > \nu$, numerum*

$$\frac{(\mu-\nu-1)(\mu-\nu-2)}{2}$$

reliquis contineri.

Quod reapse fieri, iam ex ipsa natura aequationum (3) sequentibus comprobemus.

4.

Statuamus inter $\mu\nu$ incognitas $u_1, u_2, \ldots, u_{\mu\nu}$ totidem intercedere aequationes lineares huiusmodi:

$$9)\quad \frac{u_1}{R_1} + \frac{u_2}{R_2} + \cdots + \frac{u_{\mu\nu}}{R_{\mu\nu}} = (0, 0),$$

$$\frac{u_1 x_1}{R_1} + \frac{u_2 x_2}{R_2} + \cdots + \frac{u_{\mu\nu} x_{\mu\nu}}{R_{\mu\nu}} = (1, 0),$$

$$\frac{u_1 x_1^2}{R_1} + \frac{u_2 x_2^2}{R_2} + \cdots + \frac{u_{\mu\nu} x_{\mu\nu}^2}{R_{\mu\nu}} = (2, 0),$$

$$\cdots\cdots\cdots\cdots$$

$$\frac{u_1 x_1^{\mu-1}}{R_1} + \frac{u_2 x_2^{\mu-1}}{R_2} + \cdots + \frac{u_{\mu\nu} x_{\mu\nu}^{\mu-1}}{R_{\mu\nu}} = (\mu-1, 0),$$

$$\frac{u_1 y_1}{R_1} + \frac{u_2 y_2}{R_2} + \cdots + \frac{u_{\mu\nu} y_{\mu\nu}}{R_{\mu\nu}} = (0, 1),$$

$$\frac{u_1 x_1 y_1}{R_1} + \frac{u_2 x_2 y_2}{R_2} + \cdots + \frac{u_{\mu\nu} x_{\mu\nu} y_{\mu\nu}}{R_{\mu\nu}} = (1, 1),$$

$$\cdots\cdots\cdots\cdots$$

$$\frac{u_1 x_1^{\mu-1} y_1}{R_1} + \frac{u_2 x_2^{\mu-1} y_2}{R_2} + \cdots + \frac{u_{\mu\nu} x_{\mu\nu}^{\mu-1} y_{\mu\nu}}{R_{\mu\nu}} = (\mu-1, 1),$$

$$\frac{u_1 y_1^2}{R_1} + \frac{u_2 y_2^2}{R_2} + \cdots + \frac{u_{\mu\nu} y_{\mu\nu}^2}{R_{\mu\nu}} = (0, 2),$$

$$\frac{u_1 x_1 y_1^2}{R_1} + \frac{u_2 x_2 y_2^2}{R_2} + \cdots + \frac{u_{\mu\nu} x_{\mu\nu} y_{\mu\nu}^2}{R_{\mu\nu}} = (1, 2),$$

. . . .

$$\frac{u_1 x_1^{\mu-1} y_1^2}{R_1} + \frac{u_2 x_2^{\mu-1} y_2^2}{R_2} + \cdots + \frac{u_{\mu\nu} x_{\mu\nu}^{\mu-1} y_{\mu\nu}^2}{R_{\mu\nu}} = (\mu-1, 2),$$

. . . .

$$\frac{u_1 y_1^{\nu-1}}{R_1} + \frac{u_2 y_2^{\nu-1}}{R_2} + \cdots + \frac{u_{\mu\nu} y_{\mu\nu}^{\nu-1}}{R_{\mu\nu}} = (0, \nu-1),$$

$$\frac{u_1 x_1 y_1^{\nu-1}}{R_1} + \frac{u_2 x_2 y_2^{\nu-1}}{R_2} + \cdots + \frac{u_{\mu\nu} x_{\mu\nu} y_{\mu\nu}^{\nu-1}}{R_{\mu\nu}} = (1, \nu-1),$$

. . . .

$$\frac{u_1 x_1^{\mu-1} y_1^{\nu-1}}{R_1} + \frac{u_2 x_2^{\mu-1} y_2^{\nu-1}}{R_2} + \cdots + \frac{u_{\mu\nu} x_{\mu\nu}^{\mu-1} y_{\mu\nu}^{\nu-1}}{R_{\mu\nu}} = (\mu-1, \nu-1).$$

Quarum aequationum forma generalis est:

$$10)\quad \frac{x_1^\alpha y_1^\beta u_1}{R_1} + \frac{x_2^\alpha y_2^\beta u_2}{R_2} + \cdots + \frac{x_{\mu\nu}^\alpha y_{\mu\nu}^\beta u_{\mu\nu}}{R_{\mu\nu}} = (\alpha, \beta),$$

de qua forma generali proveniunt $\mu\nu$ aequationes (9), tributo ipsi α valores $0, 1, 2, \ldots, \mu-1$, ipsi β valores $0, 1, 2, \ldots, \nu-1$. Statuamus porro, e resolutione aequationum linearium (9) provenire incognitarum valores sequentes:

$$\begin{aligned}
u_1 = {} & A'_{0,0}(0, 0) + A'_{1,0}(1, 0) + \cdots + A'_{\mu-1,0}(\mu-1, 0) \\
& + A'_{0,1}(0, 1) + A'_{1,1}(1, 1) + \cdots + A'_{\mu-1,1}(\mu-1, 1) \\
& \ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots \\
& + A'_{0,\nu-1}(0, \nu-1) + A'_{1,\nu-1}(1, \nu-1) + \cdots + A'_{\mu-1,\nu-1}(\mu-1, \nu-1), \\
u_2 = {} & A''_{0,0}(0, 0) + A''_{1,0}(1, 0) + \cdots + A''_{\mu-1,0}(\mu-1, 0) \\
& + A''_{0,1}(0, 1) + A''_{1,1}(1, 1) + \cdots + A''_{\mu-1,1}(\mu-1, 1) \\
& \ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots \\
& + A''_{0,\nu-1}(0, \nu-1) + A''_{1,\nu-1}(1, \nu-1) + \cdots + A''_{\mu-1,\nu-1}(\mu-1, \nu-1), \\
& \text{etc.} \qquad\qquad\qquad\qquad \text{etc.,}
\end{aligned}$$

ac generaliter:

$$\begin{aligned}
11)\quad u_m = & A^{(m)}_{0,0}(0,0)+A^{(m)}_{1,0}(1,0)+A^{(m)}_{2,0}(2,0)+\cdots+A^{(m)}_{\mu-1,0}(\mu-1,0)\\
& +A^{(m)}_{0,1}(0,1)+A^{(m)}_{1,1}(1,1)+A^{(m)}_{2,1}(2,1)+\cdots+A^{(m)}_{\mu-1,1}(\mu-1,1)\\
& +A^{(m)}_{0,2}(0,2)+A^{(m)}_{1,2}(1,2)+A^{(m)}_{2,2}(2,2)+\cdots+A^{(m)}_{\mu-1,2}(\mu-1,2)\\
& \cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\\
& +A^{(m)}_{0,\nu-1}(0,\nu-1)+A^{(m)}_{1,\nu-1}(1,\nu-1)+A^{(m)}_{2,\nu-1}(2,\nu-1)+\cdots+A^{(m)}_{\mu-1,\nu-1}(\mu-1,\nu-1);
\end{aligned}$$

de qua formula generali incognitarum omnium obtineantur valores, ponendo loco m numeros $1, 2, 3, \ldots, \mu\nu$.

Statuamus denique, posito

$$u_1 = x_1^\gamma y_1^\delta,\quad u_2 = x_2^\gamma y_2^\delta,\quad \ldots,\quad u_{\mu\nu} = x_{\mu\nu}^\gamma y_{\mu\nu}^\delta,$$

expressionem (α, β) fieri $(\alpha, \beta)_{\gamma,\delta}$, unde

$$\frac{x_1^{\alpha+\gamma}y_1^{\beta+\delta}}{R_1}+\frac{x_2^{\alpha+\gamma}y_2^{\beta+\delta}}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}^{\alpha+\gamma}y_{\mu\nu}^{\beta+\delta}}{R_{\mu\nu}} = (\alpha,\beta)_{\gamma,\delta},$$

quae expressio cum tantum pendeat a summis $\alpha+\gamma$, $\beta+\delta$, statuatur:

$$(\alpha,\beta)_{\gamma,\delta} = a_{\alpha+\gamma,\beta+\delta},$$

sive sit:

$$12)\quad \frac{x_1^p y_1^q}{R_1}+\frac{x_2^p y_2^q}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}^p y_{\mu\nu}^q}{R_{\mu\nu}} = a_{p,q}.$$

Quibus statutis, erit e (11):

$$\begin{aligned}
13)\quad x_m^\gamma y_m^\delta = & A^{(m)}_{0,0}a_{\gamma,\delta}+A^{(m)}_{1,0}a_{\gamma+1,\delta}+A^{(m)}_{2,0}a_{\gamma+2,\delta}+\cdots+A^{(m)}_{\mu-1,0}a_{\gamma+\mu-1,\delta}\\
& +A^{(m)}_{0,1}a_{\gamma,\delta+1}+A^{(m)}_{1,1}a_{\gamma+1,\delta+1}+A^{(m)}_{2,1}a_{\gamma+2,\delta+1}+\cdots+A^{(m)}_{\mu-1,1}a_{\gamma+\mu-1,\delta+1}\\
& +A^{(m)}_{0,2}a_{\gamma,\delta+2}+A^{(m)}_{1,2}a_{\gamma+1,\delta+2}+A^{(m)}_{2,2}a_{\gamma+2,\delta+2}+\cdots+A^{(m)}_{\mu-1,2}a_{\gamma+\mu-1,\delta+2}\\
& \cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\\
& +A^{(m)}_{0,\nu-1}a_{\gamma,\delta+\nu-1}+A^{(m)}_{1,\nu-1}a_{\gamma+1,\delta+\nu-1}+A^{(m)}_{2,\nu-1}a_{\gamma+2,\delta+\nu-1}+\cdots\\
& \cdots+A^{(m)}_{\mu-1,\nu-1}a_{\gamma+\mu-1,\delta+\nu-1}.
\end{aligned}$$

Designantibus γ, δ numeros integros positivos, incluso zero, sit $\gamma+\delta \leqq \nu$; sit autem, ut supra, $\nu < \mu$. Quibus positis, statuamus iam, in aequationibus (13) evanescere quantitates omnes $a_{p,q}$, in quibus $p+q<\mu+\nu-2$. Unde aequatio (13), si $\gamma+\delta=\nu$, hanc formam induit, in qua series horizontales inverso ordine exhibuimus:

$$\begin{aligned}
14)\quad x_m^{\nu-\delta}y_m^\delta = & A^{(m)}_{\mu-1,0}a_{\mu+\nu-\delta-1,\delta}+A^{(m)}_{\mu-2,0}a_{\mu+\nu-\delta-2,\delta}\\
& +A^{(m)}_{\mu-1,1}a_{\mu+\nu-\delta-1,\delta+1}+A^{(m)}_{\mu-2,1}a_{\mu+\nu-\delta-2,\delta+1}+A^{(m)}_{\mu-3,1}a_{\mu+\nu-\delta-3,\delta+1}\\
& +A^{(m)}_{\mu-1,2}a_{\mu+\nu-\delta-1,\delta+2}+A^{(m)}_{\mu-2,2}a_{\mu+\nu-\delta-2,\delta+2}+\cdots+A^{(m)}_{\mu-4,2}a_{\mu+\nu-\delta-4,\delta+2}\\
& \cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\\
& +A^{(m)}_{\mu-1,\nu-1}a_{\mu+\nu-\delta-1,\delta+\nu-1}+A^{(m)}_{\mu-2,\nu-1}a_{\mu+\nu-\delta-2,\delta+\nu-1}+\cdots\\
& \cdots+A^{(m)}_{\mu-\nu-1,\nu-1}a_{\mu-\delta-1,\delta+\nu-1},
\end{aligned}$$

qua in formula δ valores omnes induere potest inde a 0 usque ad ν. Generaliter, si $a_{p,q}=0$, quoties $p+q<\mu+\nu-2$, aequatio (13), seriebus et horizontalibus et verticalibus inverso ordine exhibitis, haec evadit:

$$15)\quad x_m^\gamma y_m^\delta = A^{(m)}_{\mu-1,\nu-1} a_{\gamma+\mu-1,\delta+\nu-1} + A^{(m)}_{\mu-2,\nu-1} a_{\gamma+\mu-2,\delta+\nu-1} + \cdots + A^{(m)}_{\mu-\gamma-\delta-1,\nu-1} a_{\mu-\delta-1,\delta+\nu-1}$$
$$+ A^{(m)}_{\mu-1,\nu-2} a_{\gamma+\mu-1,\delta+\nu-2} + A^{(m)}_{\mu-2,\nu-2} a_{\gamma+\mu-2,\delta+\nu-2} + \cdots + A^{(m)}_{\mu-\gamma-\delta,\nu-2} a_{\mu-\delta,\delta+\nu-2}$$
$$+ A^{(m)}_{\mu-1,\nu-3} a_{\gamma+\mu-1,\delta+\nu-3} + A^{(m)}_{\mu-2,\nu-3} a_{\gamma+\mu-2,\delta+\nu-3} + \cdots + A^{(m)}_{\mu-\gamma-\delta+1,\nu-3} a_{\mu-\delta+1,\delta+\nu-3}$$
$$\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots$$
$$+ A^{(m)}_{\mu-1,\nu-\gamma-\delta} a_{\gamma+\mu-1,\nu-\gamma} + A^{(m)}_{\mu-2,\nu-\gamma-\delta} a_{\gamma+\mu-2,\nu-\gamma} + A^{(m)}_{\mu-1,\nu-\gamma-\delta-1} a_{\gamma+\mu-1,\nu-\gamma-1}.$$

Si $\gamma+\delta=\nu$, in formula antecedente reiiciendus est terminus postremus, in quo ipsius $A^{(m)}$ index posterior eo easu negativus evaderet; qua de re casum illum formula (14) seorsim exhibuimus.

Observationes his adiungimus sequentes. Singuli expressionis generalis (15) termini forma gaudent

$$A_{p,q}\, a_{\gamma+p,\delta+q}\,,$$

ubi $p \leqq \mu-1$, $q \leqq \nu-1$, simulque $\gamma+p+\delta+q \geqq \mu+\nu-2$, ideoque $p+q \geqq \mu+\nu-2-\gamma-\delta$. Terminos $A_{p,q}$, qui conditionibus illis satisfaciunt, omnes simul continet aequatio (14), eorumque numerus est

$$2+3+4+\cdots+\nu+1 = \frac{\nu.(\nu+3)}{2}.$$

Sed numerus aequationum inter terminos illos linearium, quae e forma generali (15) obtinentur, est $\frac{(\nu+1)(\nu+2)}{2} = \frac{\nu(\nu+3)}{2}+1$; tribuimus enim ipsis γ, δ valores omnes, pro quibus $\gamma+\delta \leqq \nu$. Unde terminos omnes $A^{(m)}$ ex aequationibus illis eliminare licet; quo facto obtinetur una aequatio inter terminos $x_m^\gamma y_m^\delta$ linearis. Quae aequatio cum prorsus eadem maneat pro omnibus ipsius m valoribus $1, 2, 3, \ldots, \mu\nu$; habetur aequatio inter x, y ordinis ν^{ti}, cui $\mu\nu$ systemata valorum $x=x_1$, $y=y_1$; $x=x_2$, $y=y_2$; $\ldots$; $x=x_{\mu\nu}$, $y=y_{\mu\nu}$ satisfaciunt.

In formulis (13) supposuimus evanescere $a_{p,q}$, quoties $p+q \leqq \mu+\nu-3$; in formulis autem illis p, q gaudent forma

$$p=\gamma+p', \quad q=\delta+q',$$

ubi p', q', γ, δ positivi, atque $\gamma+\delta \leqq \nu$, $p' \leqq \mu-1$, $q' \leqq \nu-1$. Unde valor ipsius q maximus est $2\nu-1$. Qua de re, ut obtineantur aequationes (13), sive ut singula systemata valorum $x=x_m$, $y=y_m$ satisfaciant aequationi ν^{ti} ordinis

(quod e (13) sequi vidimus) poscebantur aequationes sequentes:

$$(16)\quad \begin{cases} a_{0,0}=0, & a_{1,0}=0, & a_{2,0}=0, & \ldots, & a_{\mu+\nu-3,0}=0, \\ a_{0,1}=0, & a_{1,1}=0, & a_{2,1}=0. & \ldots, & a_{\mu+\nu-4,1}=0, \\ a_{0,2}=0, & a_{1,2}=0, & a_{2,2}=0, & \ldots, & a_{\mu+\nu-5,2}=0, \\ \cdots & \cdots & \cdots & \cdots & \cdots \\ a_{0,2\nu-2}=0, & a_{1,2\nu-2}=0, & a_{2,2\nu-2}=0, & \ldots, & a_{\mu-\nu-1,2\nu-2}=0, \\ a_{0,2\nu-1}=0, & a_{1,2\nu-1}=0, & a_{2,2\nu-1}=0, & \ldots, & a_{\mu-\nu-2,2\nu-1}=0. \end{cases}$$

Quarum aequationum numerus est

$$\mu+\nu-2+\mu+\nu-3+\mu+\nu-4+\cdots+\mu-\nu-1=\nu(2\mu-3).$$

Quarum aequationum nulla est, cuius usus non sit in formandis aequationibus, quas formula generalis (13) amplectitur. Observo tantum, si $\nu=\mu-1$, aequationum (16) seriem postremam horizontalem reiiciendam esse, cum eo casu fiat $2\nu-1>\mu+\nu-3$; quo tamen numerus aequationum, quem assignavimus, non mutatur.

Aequationes (3) praeter aequationes (16) adhuc continent sequentes:

$$(17)\quad \begin{cases} a_{0,2\nu}=0, & a_{1,2\nu}=0, & \ldots, & a_{\mu-\nu-3,2\nu}=0, \\ a_{0,2\nu+1}=0, & a_{1,2\nu+1}=0, & \ldots, & a_{\mu-\nu-4,2\nu+1}=0, \\ \cdots & \cdots & \cdots & \\ a_{0,\mu+\nu-4}=0, & a_{1,\mu+\nu-4}=0, & & \\ a_{0,\mu+\nu-3}=0, & & & \end{cases}$$

quarum est numerus:

$$\mu-\nu-2+\mu-\nu-3+\cdots+2+1=\frac{(\mu-\nu-2)(\mu-\nu-1)}{2},$$

qui etiam valet numerus, si $\nu=\mu-1$ vel $\nu=\mu-2$, quippe quibus casibus aequationes (16) aequationes omnes (3) amplectantur, ideoque aequationes (17) omnino non habentur.

Designemus aequationem ν^{ti} ordinis, qua de formulis (16) deducebatur, hoc modo

$$y^\nu = X'y^{\nu-1}+X''y^{\nu-2}+\cdots+X^{(\nu)},$$

designante $X^{(\alpha)}$ expressionem ipsius x ordinis α^{ti}. Sit porro $X_m^{(\alpha)}$ valor ipsius $X^{(\alpha)}$ pro $x=x_m$. Quibus statutis, multiplicemus aequationem ν^{ti} ordinis per $x^\varepsilon y^\nu$, ubi $\varepsilon \leqq \mu-\nu-3$, quem numerum supponimus positivum; erit

$$x^\varepsilon y^{2\nu} = x^\varepsilon X'y^{2\nu-1}+x^\varepsilon X''y^{2\nu-2}+\cdots+x^\varepsilon X^{(\nu)}y^\nu,$$

de qua formula facile deducitur:

$$\begin{aligned}\frac{x_1^\varepsilon y_1^{2\nu}}{R_1}+\frac{x_2^\varepsilon y_1^{2\nu}}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}^\varepsilon y_{\mu\nu}^{2\nu}}{R_{\mu\nu}} &= \frac{x_1^\varepsilon X_1' \, y_1^{2\nu-1}}{R_1}+\frac{x_2^\varepsilon X_2' \, y_2^{2\nu-1}}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}^\varepsilon X_{\mu\nu}' y_{\mu\nu}^{2\nu-1}}{R_{\mu\nu}}\\ &+\frac{x_1^\varepsilon X_1'' y_1^{2\nu-2}}{R_1}+\frac{x_2^\varepsilon X_2'' y_2^{2\nu-2}}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}^\varepsilon X_{\mu\nu}'' y_{\mu\nu}^{2\nu-2}}{R_{\mu\nu}}\\ &\quad\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\\ &+\frac{x_1^\varepsilon X_1^{(\nu)} y_1^{\nu}}{R_1}+\frac{x_2^\varepsilon X_2^{(\nu)} y_2^{\nu}}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}^\varepsilon X_{\mu\nu}^{(\nu)} y_{\mu\nu}^{\nu}}{R_{\mu\nu}}.\end{aligned}$$

Expressionis post signum aequalitatis series horizontales singulae evanescunt e (16). Unde habetur etiam:

$$18)\quad \frac{x_1^\varepsilon y_2^{2\nu}}{R_1}+\frac{x_2^\varepsilon y_2^{2\nu}}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}^\varepsilon y_{\mu\nu}^{2\nu}}{R_{\mu\nu}}=0,$$

quae formula, positis loco ε ipsius valoribus $0, 1, 2, \ldots, \mu-\nu-3$, suppeditat aequationes:

$$a_{0,2\nu}=0,\quad a_{1,2\nu}=0,\quad \ldots,\quad a_{\mu-\nu-3,2\nu}=0,$$

quae est aequationum (17) series prima horizontalis.

Multiplicata aequatione ν^{ti} ordinis per $x^\varepsilon y^{\nu+1}$, ubi $\varepsilon \leqq \mu-\nu-4$, eadem ratione deducitur formula:

$$\begin{aligned}\frac{x_1^\varepsilon y_1^{2\nu+1}}{R_1}+\frac{x_2^\varepsilon y_2^{2\nu+1}}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}^\varepsilon y_{\mu\nu}^{2\nu+1}}{R_{\mu\nu}} &= \frac{x_1^\varepsilon X_1' y_1^{2\nu}}{R_1}+\frac{x_2^\varepsilon X_2' y_2^{2\nu}}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}^\varepsilon X_{\mu\nu}' y_{\mu\nu}^{2\nu}}{R_{\mu\nu}}\\ &+\frac{x_1^\varepsilon X_1'' y_1^{2\nu-1}}{R_1}+\frac{x_2^\varepsilon X_2'' y_2^{2\nu-1}}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}^\varepsilon X_{\mu\nu}'' y_{\mu\nu}^{2\nu-1}}{R_{\mu\nu}}\\ &\quad\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\\ &+\frac{x_1^\varepsilon X_1^{(\nu)} y_1^{\nu+1}}{R_1}+\frac{x_1^\varepsilon X_2^{(\nu)} y_2^{\nu+1}}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}^\varepsilon X_{\mu\nu}^{(\nu)} y_{\mu\nu}^{\nu+1}}{R_{\mu\nu}}.\end{aligned}$$

Expressionis post signum aequalitatis series horizontalis prima evanescit e (18), reliquae e (16). Unde etiam habetur formula:

$$\frac{x_1^\varepsilon y_1^{2\nu+1}}{R_1}+\frac{x_2^\varepsilon y_2^{2\nu+1}}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu}^\varepsilon y_{\mu\nu}^{2\nu+1}}{R_{\mu\nu}}=0,$$

quae, substitutis ipsius ε valoribus $0, 1, \ldots, \mu-\nu-4$ suppeditat aequationes:

$$a_{0,2\nu+1}=0,\quad a_{1,2\nu+1}=0,\quad \ldots,\quad a_{\mu-\nu-4,\,2\nu+1}=0,$$

quae est aequationum (17) secunda series horizontalis. Eodemque modo reliquae formulae (17) demonstrantur.

Vidimus igitur, de aequationibus (16) deduci posse aequationem ν^{ti} ordinis, cui $\mu\nu$ systemata valorum $x = x_m$, $y = y_m$ satisfaciant; cuius deinde ope e (16)

aequationes omnes (17) derivabantur. Unde, quod propositum erat, *ex ipsa natura aequationum* (3) *directe demonstravimus, aequationum* (3) *numerum* $\frac{(\mu-\nu-1)(\mu-\nu-2)}{2}$ *reliquis contineri, videlicet aequationes* (3) *in duas classes discerpsimus* (16) *et* (17), *quarum haec illa continetur, neque aequationes conditionales novas suppeditare valet.*

Aequationes (16) sunt numero $\nu(2\mu-3)$; de quibus eliminatis $\mu\nu$ quantitatibus $R_1, R_2, \ldots, R_{\mu\nu}$ seu potius earum rationibus, remanent inter ipsas x_m, y_m aequationes conditionales numero

$$\nu(2\mu-3)-\mu\nu+1 = \mu\nu-3\nu+1,$$

quem verum numerum aequationum conditionalium supra per considerationes plane alias invenimus.

De aequationibus (3) etiam aequatio μ^{ti} ordinis deduci potest, cui eadem $\mu\nu$ systemata valorum $x = x_m$, $y = y_m$ satisfaciunt. Nam cum e (3) sit $a_{p,q} = 0$, si $p+q \leqq \mu+\nu-3$, tribuendo in (13) ipsis γ, δ valores omnes, pro quibus $\gamma+\delta \leqq \mu$, abeunt e (13) coëfficientes

$$A_{0,0};\quad A_{0,1},\quad A_{1,0};\quad A_{0,2},\quad A_{1,1},\quad A_{2,0};\quad \ldots:\quad A_{0,\nu-3},\quad A_{1,\nu-2},\quad \ldots,\quad A_{\nu-3,0},$$

quorum est numerus $\frac{(\nu-2)(\nu-1)}{2}$; inter reliquos $\mu\nu-\frac{(\nu-2)(\nu-1)}{2}$ proveniunt aequationes lineares numero $\frac{(\mu+1)(\mu+2)}{2}$, e quibus, coëfficientibus illis eliminatis, prodit aequatio μ^{ti} ordinis. Quod vero inde non unica, sed aequationes μ^{ti} ordinis numero $\frac{(\mu+1)(\mu+2)}{2}-\mu\nu+\frac{(\nu-2)(\nu-1)}{2} = \frac{(\mu-\nu-1)(\mu-\nu-2)}{2}+1$ provenire possunt, id eo fieri debet, quod per aequationem ν^{ti} ordinis, cui eadem systemata valorum satisfaciunt, aequatio μ^{ti} ordinis, sicuti supra monuimus, constantes arbitrarias $\frac{(\mu-\nu-1)(\mu-\nu-2)}{2}$ contineat.

5.

Quae de curvis planis antecedentibus proposita sunt, facile ad superficies extendis. Quaeramus primum, quotnam punctis curva intersectionis duarum superficierum dati ordinis determinata sit. Aequatio superficiei n^{ti} ordinis constat terminis

$$\frac{(n+1)(n+2)(n+3)}{2.3}.$$

Unde, datis punctis

$$\frac{(n+1)(n+2)(n+3)}{2.3}-2$$

in ea positis, coëfficientes aequationis omnes per duas ex earum numero, quas vocemus a, b, lineariter determinantur. Quo facto, aequatio formam induit

$$aU+bV=0,$$

designantibus U, V expressiones trium coordinatarum n^{ti} ordinis; quarum coëfficientes per coordinatas punctorum $\frac{(n+1)(n+2)(n+3)}{2.3}-2$ determinatae sunt. Per eadem puncta si altera superficies n^{ti} ordinis transit, aequatio eius ab antecedente tantum constantibus a, b differt. Unde *per puncta*

$$\frac{(n+1)(n+2)(n+3)}{2.3}-2$$

determinatur curva intersectionis duarum superficierum n^{ti} ordinis. Nam infinitae superficies n^{ti} ordinis, quae per puncta illa duci possunt, omnes in eadem curva se intersecabunt, quae datur per aequationes

$$U=0, \quad V=0.$$

Quaeramus generalius quotnam punctis determinetur curva intersectionis duarum superficierum, quarum altera μ^{ti}, altera ν^{ti} ordinis est, ubi $\mu \geqq \nu$.

Superficiei ν^{ti} ordinis aequatione multiplicata per expressionem $(\mu-\nu)^{\text{ti}}$ ordinis, cuius coëfficientes arbitrariae sunt, habetur et ipsa aequatio μ^{ti} ordinis; qua alteri aequationi μ^{ti} ordinis addita, effici potest, ut in ea evanescant tot termini, quot sunt coëfficientes arbitrariae, hoc est

$$\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)(\mu-\nu+3)}{2.3}.$$

Cuius aequationis reductae termini cum sint

$$\frac{(\mu+1)(\mu+2)(\mu+3)}{2.3}-\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)(\mu-\nu+3)}{2.3},$$

ea determinabitur per numerum punctorum unitate minorem, ideoque ipsa etiam curva intersectionis utriusque superficiei; sive *data superficie ν^{ti} ordinis, curva intersectionis eius cum superficie μ^{ti} ordinis, ubi $\mu \geqq \nu$, determinabitur per puncta illius*

$$\frac{(\mu+1)(\mu+2)(\mu+3)}{2.3}-\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)(\mu-\nu+3)}{2.3}-1.$$

Si $\nu=1$, ex antecedente theoremate habetur theorema notum, intersectionem plani cum superficie μ^{ti} ordinis, seu, quod idem est, curvam planam μ^{ti} ordinis

determinari per puncta $\frac{(\mu+1)(\mu+2)}{2}-1=\frac{\mu(\mu+3)}{2}$. Si $\nu=2$, sequitur, *quoties* $\mu \geqq 2$, *curvam intersectionis datae superficiei secundi ordinis cum superficie* μ^{ti} *ordinis determinari per puncta illius* $\mu(\mu+2)$; etc. etc. Quod theorema etiam sic proponere convenit:

> *Quoties* $\mu \geqq 2$, *in superficie secundi ordinis ex arbitrio acceptis punctis* $\mu(\mu+2)$, *superficies* μ^{ti} *ordinis, quas per ea ducere licet, omnes curvam intersectionis cum superficie secundi ordinis eandem habent;*

et generaliter:

> *Quoties* $\mu \geqq \nu$, *in superficie* ν^{ti} *ordinis ex arbitrio acceptis punctis*
> $$\frac{(\mu+1)(\mu+2)(\mu+3)}{2.3}-\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)(\mu-\nu+3)}{2.3}-1,$$
> *superficies* μ^{ti} *ordinis, quas per ea ducere licet, omnes cum superficie* ν^{ti} *ordinis eandem curvam intersectionis habent.*

6.

Investigemus iam conditiones, quae locum habere debent inter puncta intersectionis trium superficierum dati ordinis. Sit primum omnibus tribus idem ordo *n;* eadem methodo, qua antecedentibus usi summus, facile patet, datis punctis

$$\frac{(n+1)(n+2)(n+3)}{2.3}-3,$$

superficies n^{ti} ordinis per ea transeuntes omnes forma gaudere

$$aU+bV+cW=0,$$

designantibus a, b, c constantes, atque U, V, W expressiones n^{ti} ordinis, per coordinatas punctorum datorum determinatas. Unde puncta intersectionis trium superficierum, quae per puncta illa transeunt, posita esse debent in tribus superficiebus, quarum aequationes sunt

$$U=0,\quad V=0,\quad W=0;$$

ideoque n^3 *puncta, in quibus tres superficies* n^{ti} *ordinis se intersecant, determinata sunt omnia per numerum eorum*

$$\frac{(n+1)(n+2)(n+3)}{2.3}-3,$$

sive *e* n^3 *punctis intersectionis trium superficierum* n^{ti} *ordinis numerus*

$$n^3-\frac{(n+1)(n+2)(n+3)}{2.3}+3=\frac{(n-1)(5n^2-n-12)}{2.3}$$

per reliqua determinatus est. Ita notum est, e 8 punctis, in quibus tres superficies secundi ordinis se intersecare possunt, unum per reliqua septem determinatum esse.

Theorema antecedens etiam sic exhiberi potest:

Datis n^3 systematis valorum trium incognitarum, ut tribus aequationibus n^{ti} ordinis per ea satisfieri possit, inter valores illos incognitarum conditiones

$$\frac{(n-1)(5n^2-n-12)}{2}$$

locum habere debent.

Ponamus iam duabus superficiebus esse ordinem ν, tertiae ordinem μ, sitque $\mu > \nu$. Iisdem considerationibus, quibus supra usi sumus, sequeretur, ope duarum aequationum ν^{ti} ordinis in aequatione μ^{ti} ordinis deleri posse terminos

$$2 \cdot \frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)(\mu-\nu+3)}{2.3}.$$


Sed hoc iustum tantum est, si $\mu-\nu < \nu$. Sint enim $\varphi = 0$, $\psi = 0$ datae aequationes ν^{ti} ordinis; u, v duae functiones $(\mu-\nu)^{ti}$ ordinis, quarum coëfficientes arbitrariae sint; sit $f = 0$ aequatio μ^{ti} ordinis. Ipsi f addi potest expressio $u\varphi + v\psi$, quo facto in expressione $f + u\varphi + v\psi$ tot termini deleri possunt, quot continet $u\varphi + v\psi$ constantes arbitrarias. Sed quoties $\mu - \nu \geqq \nu$, expressio $u\varphi + v\psi$ non mutatur, si loco u ponitur $u + \lambda\psi$, loco v ponitur $v - \lambda\varphi$, designante λ expressionem ordinis $\mu - 2\nu$ quamcunque seu cuius coëfficientes et ipsae arbitrariae sunt. Unde a numero coëfficientium ipsarum u, v detrahi debet numerus coëfficientium expressionis λ, ut obtineatur verus numerus quantitatum, quae in expressione $u\varphi + v\psi$ arbitrariae sunt, hoc est, quae ad minorem numerum non revocari possunt. Unde sequitur, *si $\mu \geqq 2\nu$, numerum terminorum, qui in expressione μ^{ti} ordinis ope duarum aequationum ν^{ti} ordinis deleri possint, esse*

$$\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)(\mu-\nu+3)}{3} - \frac{(\mu-2\nu+1)(\mu-2\nu+2)(\mu-2\nu+3)}{2\cdot 3},$$

ideoque ope aequationum illarum expressionem μ^{ti} ordinis ad numerum terminorum

$$\frac{(\mu+1)(\mu+2)(\mu+3)}{2.3} - \frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)(\mu-\nu+3)}{3} + \frac{(\mu-2\nu+1)(\mu-2\nu+2)(\mu-2\nu+3)}{2.3}$$
$$= \nu^2(\mu-\nu+2)$$

revocari posse. Si $\mu < 2\nu$, numerus terminorum, qui in expressione μ^{ti} ordinis ope duarum aequationum ν^{ti} ordinis deleri possunt, erit



$$\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)(\mu-\nu+3)}{3},$$

unde sequitur, *si* $\mu \geqq \nu$, $\mu < 2\nu$, *expressionem* μ^{ti} *ordinis ope duarum aequationum* ν^{ti} *ordinis ad numerum terminorum*

$$\frac{(\mu+1)(\mu+2)(\mu+3)}{2.3} - \frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)(\mu-\nu+3)}{3}$$
$$= \nu^2(\mu-\nu+2) + \frac{(2\nu-\mu-1)(2\nu-\mu-2)(2\nu-\mu-3)}{2.3}$$

revocari posse.

E propositione antecedente videmus, numerum $\nu^2(\mu-\nu+2)$ etiam valere, si $\mu \geqq 2\nu-3$.

Ex antecedentibus deducitur propositio haec:

Sit $\mu \geqq \nu$, *data curva intersectionis duarum superficierum* ν^{ti} *ordinis, puncta in ea posita, per quae superficiem* μ^{ti} *ordinis ducere licet, per ipsam curvam non transeuntem, non plura ex arbitrio accipi possunt, si* $\mu \geqq 2\nu-3$, *quam*

$$\nu^2(\mu-\nu+2)-1,$$

si $\mu < 2\nu$, *non plura quam*

$$\nu^2(\mu-\nu+2) + \frac{(2\nu-\mu-1)(2\nu-\mu-2)(2\nu-\mu-3)}{2.3} - 1;$$

et vice versa; si $\mu \geqq 2\nu-3$, *per quaelibet eius puncta*

$$\nu^2(\mu-\nu+2)-1;$$

si $\mu < 2\nu$, *per quaelibet eius puncta*

$$\nu^2(\mu-\nu+2) + \frac{(2\nu-\mu-1)(2\nu-\mu-2)(2\nu-\mu-3)}{2.3} - 1$$

ducere licet superficiem μ^{ti} *ordinis, quae per ipsam curvam non transit.*

Si $\nu = 2$, sequitur e propositione antecedente: *si curva intersectionis duarum superficierum secundi ordinis per superficiem* μ^{ti} *ordinis ubi* $\mu \geqq 2$, *in* 4μ *punctis secetur, unum ex his per reliqua* $4\mu-1$ *determinatum esse.*

7.

Vidimus supra, intersectionem duarum superficierum ν^{ti} ordinis determinari per puncta

$$\frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{2.3} - 2;$$

unde, si p isto numero maior est, ut p puncta in intersectione duarum superficierum ν^{ti} ordinis posita esse possint, inter coordinatas eorum locum habere

debent conditiones

$$2\left[p-\frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{2.3}+2\right].$$

Statuamus iam, tres superficies, duas ν^{ti}, tertiam μ^{ti} ordinis, ubi $\mu>\nu$, se mutuo intersecare in $\nu^2\mu$ punctis; sitque

1) $\mu \geqq 2\nu-3$;

puncta illa $\nu^2\mu$ e §. antec. omnia determinata erunt per $\nu^2(\mu-\nu+2)-1$ ex eorum numero, in intersectione duarum superficierum ν^{ti} ordinis posita; inter quorum igitur coordinatas intercedere debent conditiones

$$2\left[\nu^2(\mu-\nu+2)-\frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{2.3}+1\right],$$

unde *numerus totus conditionum, quae inter coordinatas omnium $\nu^2\mu$ punctorum locum habere debent, fit:*

$$3[\nu^2\mu-\nu^2(\mu-\nu+2)+1]+2\left[\nu^2(\mu-\nu+2)-\frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{2.3}+1\right]$$
$$=2\nu^2(\mu-2\nu)+(\nu-1)\frac{(14\nu^2+2\nu-9)}{3}.$$

Sit

2) $\mu<2\nu$;

puncta $\nu^2\mu$ omnia determinata erunt per

$$\nu^2(\mu-\nu+2)+\frac{(2\nu-\mu-1)(2\nu-\mu-2)(2\nu-\mu-3)}{2.3}-1$$

ex eorum numero, in intersectione duarum superficierum ν^{ti} ordinis posita; inter quorum igitur coordinatas intercedere debent relationes

$$2\left[\nu^2(\mu-\nu+2)+\frac{(2\nu-\mu-1)(2\nu-\mu-2)(2\nu-\mu-3)}{2.3}-\frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{2.3}+1\right],$$

unde *numerus totus conditionum, quae inter $\nu^2\mu$ punctorum illorum coordinatas locum habere debent, fit:*

$$3\left[\nu^2\mu-\nu^2(\mu-\nu+2)-\frac{(2\nu-\mu-1)(2\nu-\mu-2)(2\nu-\mu-3)}{2.3}+1\right]$$
$$+2\left[\nu^2(\mu-\nu+2)+\frac{(2\nu-\mu-1)(2\nu-\mu-2)(2\nu-\mu-3)}{2.3}-\frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{2\cdot 3}+1\right]$$
$$=3\nu^2\mu-\nu^2(\mu-\nu+2)-\frac{(2\nu-\mu-1)(2\nu-\mu-2)(2\nu-\mu-3)}{2.3}-\frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{3}+5$$
$$=3\nu^2\mu-\frac{(\mu+1)(\mu+2)(\mu+3)}{2.3}+\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)(\mu-\nu+3)}{3}-\frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{3}+5.$$

Si $\mu=\nu$, fit

$$\nu^2(\mu-\nu+2)+\frac{(2\nu-\mu-1)(2\nu-\mu-2)(2\nu-\mu-3)}{2.3}-1=\frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{2.3}-3;$$

qui numerus punctorum semper in curva intersectionis duarum superficierum ν^{ti} ordinis iacere potest, quippe quae $\frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{2.3}-2$ punctis determinatur. Quo igitur casu reiici debet conditionum numerus

$$2\left[\nu^2(\mu-\nu+2)+\frac{(2\nu-\mu-1)(2\nu-\mu-2)(2\nu-\mu-3)}{2.3}-\frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{2.3}+1\right]=-2.$$

Unde, si $\mu=\nu$, *duobus* augeri debet totus numerus conditionum antecc. propositus

$$3\nu^2\mu-\frac{(\mu+1)(\mu+2)(\mu+3)}{2.3}+\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)(\mu-\nu+3)}{3}-\frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{3}+5$$
$$=3\nu^3-\frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{2}+7=\frac{5\nu^3-6\nu^2-11\nu+8}{2}.$$

Quod, si loco n scribimus ν, bene congruit cum numero supra invento

$$\frac{(\nu-1)(5\nu^2-\nu-12)}{2}=\frac{5\nu^3-6\nu^2-11\nu+12}{2},$$

qui numero antecedente duobus maior est.

8.

Consideremus iam casum, quo una superficies sit ν^{ti} ordinis, duae μ^{ti} ordinis, ubi rursus $\mu\geqq\nu$. Cum in aequatione superficiei μ^{ti} ordinis per aequationem superficiei ν^{ti} ordinis deleri possint termini

$$\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)(\mu-\nu+3)}{2.3},$$

facile patet per considerationes antecedentibus similes, *si $\mu\geqq\nu$, in superficie ν^{ti} ordinis ex arbitrio assumi posse*

$$\frac{(\mu+1)(\mu+2)(\mu+3)}{2.3}-\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)(\mu-\nu+3)}{2.3}-2$$

puncta nec plura, per quae ducatur curva intersectionis duarum superficierum μ^{ti} ordinis, quae non tota in superficie ν^{ti} ordinis iaceat.

Hinc sequitur, *ut $\mu^2\nu$ puncta, ubi $\mu>\nu$, considerari possint ut intersectiones communes superficiei ν^{ti} ordinis cum duabus superficiebus μ^{ti} ordinis, inter coordinatas eorum intercedere debere conditiones*

$$3\left[\mu^2\nu-\frac{(\mu+1)(\mu+2)(\mu+3)}{2.3}+\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)(\mu-\nu+3)}{2.3}+2\right]$$
$$+\frac{(\mu+1)(\mu+2)(\mu+3)}{2.3}-\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)(\mu-\nu+3)}{2.3}-\frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{2.3}-1$$
$$=3\mu^2\nu-\frac{(\mu+1)(\mu+2)(\mu+3)}{3}+\frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)(\mu-\nu+3)}{3}-\frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{2.3}+5$$
$$=\mu\nu(2\mu+\nu-4)-\frac{\nu^3-2\nu^2+11\nu-8}{2},$$

qui numerus, si $\mu=\nu$, duobus augeri debet.

9.

Sit denique trium superficierum neutra eiusdem ordinis; sive sint tres superficies μ^{ti}, ν^{ti}, ϖ^{ti} ordinis, ubi $\mu > \nu > \varpi$; quae superficies se in $\mu\nu\varpi$ punctis intersecent. Puncta $\mu\nu\varpi$ ut in superficie ϖ^{ti} ordinis iaceant, conditionibus opus est

$$\mu\nu\varpi - \frac{(\varpi+1)(\varpi+2)(\varpi+3)}{2.3} + 1.$$

Aequatio superficiei ν^{ti} ordinis per aequationem superficiei ϖ^{ti} ordinis revocari potest ad terminos

$$\frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{2.3} - \frac{(\nu-\varpi+1)(\nu-\varpi+2)(\nu-\varpi+3)}{2.3};$$

cuiusmodi aequationi ut satisfaciant coordinatae $\mu\nu\varpi$ punctorum, conditiones habentur

$$\mu\nu\varpi - \frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{2.3} + \frac{(\nu-\varpi+1)(\nu-\varpi+2)(\nu-\varpi+3)}{2.3} + 1.$$

Iam quod superficiem μ^{ti} ordinis attinet, distinguendi sunt duo casus.

Sit

1) $\mu \geqq \nu + \varpi$;

considerationibus iisdem atque supra factis probatur, aequationem μ^{ti} ordinis per aequationes ν^{ti} et ϖ^{ti} ordinis revocari posse ad terminos

$$\frac{(\mu+1)(\mu+2)(\mu+3)}{2.3} - \frac{(\mu-\nu+1)(\mu-\nu+2)(\mu-\nu+3)}{2.3} - \frac{(\mu-\varpi+1)(\mu-\varpi+2)(\mu-\varpi+3)}{2.3}$$
$$+ \frac{(\mu-\nu-\varpi+1)(\mu-\nu-\varpi+2)(\mu-\nu-\varpi+3)}{2.3} = \frac{\nu\varpi(2\mu-\nu-\varpi+4)}{2};$$

cuiusmodi aequationi ut satisfacere possint coordinatae $\mu\nu\varpi$ punctorum, conditiones habentur

$$\mu\nu\varpi - \frac{\nu\varpi(2\mu-\nu-\varpi+4)}{2} + 1 = \frac{\nu\varpi(\nu+\varpi-4)}{2} + 1.$$

Unde *fit totus numerus conditionum, quibus satisfacere debent* $\mu\nu\varpi$ *puncta, ut considerari possint tamquam intersectiones communes trium superficierum* μ^{ti}, ν^{ti}, ϖ^{ti} *ordinis, quae curvam intersectionis communem non habent, siquidem* $\nu > \varpi$, $\mu \geqq \nu + \varpi$,

$$2\mu\nu\varpi - \frac{(\varpi+1)(\varpi+2)(\varpi+3)}{2.3} - \frac{(\nu+1)(\nu+2)(\nu+3)}{2.3} + \frac{(\nu-\varpi+1)(\nu-\varpi+2)(\nu-\varpi+3)}{2.3}$$
$$+ \frac{\nu\varpi(\nu+\varpi-4)}{2} + 3 = 2\mu\nu\varpi + \nu\varpi^2 - 4\nu\varpi + 2\varpi^3 - \frac{(\varpi-1)(\varpi-2)(\varpi-3)}{3}.$$

Qui numerus, si $\nu = \varpi$, unitate augeri debet, ut cum numero, quem supra eo casu invenimus, conveniat. Ac reapse, si $\nu = \varpi$, aequatio ϖ^{ti} ordinis

per aequationem ν^{ti} ordinis ad numerum terminorum unitate minorem, sc. $\frac{(\varpi+1)(\varpi+2)(\varpi+3)}{2.3}-1$ revocari potest, ideoque numerus conditionum, ut coordinatae $\mu\nu\varpi$ punctorum eiusmodi aequationi satisfacere possint, fit

$$\mu\nu\varpi-\frac{(\varpi+1)(\varpi+2)(\varpi+3)}{2.3}+2,$$

qui est unitate maior atque supra assignatus.

Sit

2) $\mu<\nu+\varpi$;

omnia eadem atque casu priore manent, nisi quod reiici debet numerus

$$\frac{(\mu-\nu-\varpi+1)(\mu-\nu-\varpi+2)(\mu-\nu-\varpi+3)}{2.3}.$$

Unde *fit numerus conditionum*

$$2\mu\nu\varpi+\nu^2\varpi-4\nu\varpi-2\varpi^2-\frac{(\varpi-1)(\varpi-2)(\varpi-3)}{3}$$
$$-\frac{(\nu+\varpi-\mu-1)(\nu+\varpi-\mu-2)(\nu+\varpi-\mu-3)}{2.3}.$$

Qui numerus, si $\mu=\nu$ aut $\nu=\varpi$, *unitate*, si $\mu=\nu=\varpi$, *tribus* augeri debet.

Si $\mu\geqq\nu+\varpi$, numerus punctorum, per quae superficiem μ^{ti} ordinis ducere licet, quae in curva intersectionis duarum superficierum ν^{ti} et ϖ^{ti} ordinis ex arbitrio accipere licet, est

$$\nu\varpi\left(\mu+2-\frac{\nu+\varpi}{2}\right)-1.$$

Si $\mu>\nu$, $\mu>\varpi$, sed $\mu<\nu+\varpi$, fit idem numerus

$$\nu\varpi\left(\mu+2-\frac{\nu+\varpi}{2}\right)+\frac{(\nu+\varpi-\mu-1)(\nu+\varpi-\mu-2)(\nu+\varpi-\mu-3)}{2.3}-1.$$

10.

Sint $f=0$, $\varphi=0$, $\psi=0$ aequationes μ^{ti}, ν^{ti}, ϖ^{ti} ordinis, inter tres incognitas x, y, z propositae, ac ponamus, tribus illis aequationibus satisfieri per $\mu\nu\varpi$ systemata valorum incognitarum $x=x_m$, $y=y_m$, $z=z_m$, ipsi m tributis valoribus $1, 2, 3, \ldots, \mu\nu\varpi$. Sit porro

$$R=\frac{\partial f}{\partial x}\left(\frac{\partial\varphi}{\partial y}\cdot\frac{\partial\psi}{\partial z}-\frac{\partial\varphi}{\partial z}\cdot\frac{\partial\psi}{\partial y}\right)+\frac{\partial f}{\partial y}\left(\frac{\partial\varphi}{\partial z}\cdot\frac{\partial\psi}{\partial x}-\frac{\partial\varphi}{\partial x}\cdot\frac{\partial\psi}{\partial z}\right)+\frac{\partial f}{\partial z}\left(\frac{\partial\varphi}{\partial x}\cdot\frac{\partial\psi}{\partial y}-\frac{\partial\varphi}{\partial y}\cdot\frac{\partial\psi}{\partial x}\right),$$

ac designemus per R_m valorem ipsius R, posito simul $x=x_m$, $y=y_m$, $z=z_m$. Quibus positis, demonstrari potest per methodum similem atque pro duabus incognitis adhibuimus, fieri

$$\frac{x_1^a y_1^b z_1^c}{R_1}+\frac{x_2^a y_2^b z_2^c}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu\varpi}^a y_{\mu\nu\varpi}^b z_{\mu\nu\varpi}^c}{R_{\mu\nu\varpi}}=0,$$

designantibus a, b, c numeros integros positivos, quorum summa

$$a+b+c \leqq \mu+\nu+\varpi-4.$$

Numerus harum aequationum, qui pro diversis ipsorum a, b, c valoribus obtinetur, est

$$\frac{(\mu+\nu+\varpi-3)(\mu+\nu+\varpi-2)(\mu+\nu+\varpi-1)}{2.3}=A.$$

Multiplicando aequationes $f=0$, $\varphi=0$, $\psi=0$ respective per singulos terminos expressionum, quae respective non superant $(\nu+\varpi-4)^{\text{tum}}$, $(\varpi+\mu-4)^{\text{tum}}$, $(\mu+\nu-4)^{\text{tum}}$ ordinem, e tribus aequationibus propositis eruuntur aliae numero

$$\frac{(\nu+\varpi-1)(\nu+\varpi-2)(\nu+\varpi-3)}{2.3}+\frac{(\varpi+\mu-1)(\varpi+\mu-2)(\varpi+\mu-3)}{2.3}$$
$$+\frac{(\mu+\nu-1)(\mu+\nu-2)(\mu+\nu-3)}{2.3}=B,$$

in quibus singuli termini dimensionem $\mu+\nu+\varpi-4$ non superant. Quarum aequationum unaquaque efficitur, ut e toto numero aequationum

$$\frac{x_1^a y_1^b z_1^c}{R_1}+\frac{x_2^a y_2^b z_2^c}{R_2}+\cdots+\frac{x_{\mu\nu\varpi}^a y_{\mu\nu\varpi}^b z_{\mu\nu\varpi}^c}{R_{\mu\nu\varpi}}=u_{a,b,c}=0$$

una ad reliquos revocetur. Sed B aequationes illae non a se omnes independentes sunt, sed pars novas non suppeditat relationes inter ipsarum x, y potestates earumque producta. Sit enim λ terminus expressionis, quae non superat $(\mu-4)^{\text{tum}}$ ordinem, aequatio

$$\lambda.\varphi\psi=0$$

et ex aequatione $\varphi=0$, et ex aequatione $\psi=0$ provenit. Unde de numero B deduci debet numerus

$$\frac{(\mu-1)(\mu-2)(\mu-3)}{2.3}$$

aequationum, quae duplici modo inveniuntur; eodemque modo videmus, ex aequationibus $\psi=0$, $f=0$ easdem provenire $\frac{(\nu-1)(\nu-2)(\nu-3)}{2.3}$ aequationes; ex aequationibus $f=0$, $\varphi=0$ easdem provenire $\frac{(\varpi-1)(\varpi-2)(\varpi-3)}{2.3}$ aequationes. Qua de re, posito

$$\frac{(\mu-1)(\mu-2)(\mu-3)}{2.3}+\frac{(\nu-1)(\nu-2)(\nu-3)}{2.3}+\frac{(\varpi-1)(\varpi-2)(\varpi-3)}{2.3}=C,$$

tantum numerari debent $B-C$ aequationes, quarum unaquaque una ex A aequationibus $u_{a,b,c}=0$ ad reliquas revocetur. Quae igitur omnes revocantur ad

numerum earum

$$A - B + C = \mu\nu\varpi - 1.$$

Unde patet, ipsis R_m seu earum rationibus per $\mu\nu\varpi - 1$ ex aequationibus $u_{a,b,c} = 0$ determinatis, reliquas

$$\frac{(\mu+\nu+\varpi-1)(\mu+\nu+\varpi-2)(\mu+\nu+\varpi-3)}{2.3} - \mu\nu\varpi + 1$$

ex iis sponte fluere; sive, quod novi doceant aequationes $u_{a,b,c} = 0$, tantum spectare significationem quantitatum R_m.

Eliminatis R_m ex aequationibus $u_{a,b,c} = 0$, habentur inter ipsas x_m, y_m, z_m aequationes

$$\frac{(\mu+\nu+\varpi-1)(\mu+\nu+\varpi-2)(\mu+\nu+\varpi-3)}{2.3} - \mu\nu\varpi + 1 = D,$$

quae nonnisi inde proveniunt, quod $\mu\nu\varpi$ systemata valorum $x = x_m$, $y = y_m$, $z = z_m$ satisfaciant tribus aequationibus μ^{ti}, ν^{ti}, ϖ^{ti} ordinis. Si $\mu = \nu = \varpi$, fit

$$D = \frac{\mu-1}{2}\cdot(3\mu-1)(3\mu-2) - (\mu-1)(\mu^2+\mu+1) = \frac{(\mu-1)(7\mu^2-11\mu)}{2}.$$

Sed supra per alias considerationes invenimus, numerum conditionum a se independentium, quem per E designemus, esse

$$E = \frac{(\mu-1)(5\mu^2-\mu-12)}{2}.$$

Unde e D conditionibus numerus

$$D - E = (\mu-1)(\mu-2)(\mu-3)$$

e reliquis sponte fluit; *sive si* $\mu = \nu = \varpi$, *ex aequationibus* $u_{a,b,c} = 0$ *numerus* $(\mu-1)(\mu-2)(\mu-3)$ *reliquis continetur seu conditiones novas non suppeditat.*

Eodem modo, si μ, ν, ϖ inter se diversi sunt, per comparationem numeri D cum numero conditionum a se independentium, quem pro singulis casibus per alias considerationes supra invenimus, eruis numerum aequationum $u_{a,b,c} = 0$, qui reliquis continetur seu conditiones novas non suggerit.

Antecedentia pro tribus incognitis breviter adnotasse sufficiat. Nec non disquisitiones antecedentes ad numerum quemlibet incognitarum extendi possunt.

DE FORMATIONE ET PROPRIETATIBUS DETERMINANTIUM.

AUCTORE

Dr. C. G. J. JACOBI,
PROF. ORD. MATH. REGIOM.

Crelle Journal für die reine und angewandte Mathematik, Bd. 22. p. 285—318.

DE FORMATIONE ET PROPRIETATIBUS DETERMINANTIUM.

1.

Sunt quidem notissimi Algorithmi, qui aequationum linearium litteralium resolutioni inserviunt. Neque tamen video eorum proprietates praecipuas ita breviter enarratas atque in conspectum positas esse, quantum optare debemus propter earum in gravissimis quaestionibus Analyticis usum. Scilicet illae proprietates quamvis elementares non omnes ita tritae sunt, ut quas indemonstratas relinquere deceat, et valde molestum est earum demonstrationibus altiorum ratiociniorum decursum interrumpere. Cui defectui hic supplere volo quo commodius in aliis commentationibus ad hanc recurrere possim; neutiquam vero mihi propono totam illam materiam absolvere. Adjeci sub finem Propositiones quasdam ad Methodum minimorum Quadratorum pertinentes, quibus explicetur quomodo incognitarum valores eorumque Pondera, Methodo illa determinata, pendeant a diversis valoribus et ponderibus quae obtinentur pro diversis Combinationibus numeri Observationum numero incognitarum aequalis, qui earum determinationi sufficit. Quae, ad computum inutilia, facere tamen possunt ad naturam illorum valorum et Ponderum melius cognoscendam.

2.

Proponatur productum conflatum ex omnibus $\frac{n(n+1)}{2}$ differentiis $n+1$ quantitatum $a_0,\ a_1,\ \ldots,\ a_n$,

$$\begin{aligned} P = (a_1-a_0)(a_2-a_0)(a_3-a_0)&\ldots(a_n-a_0)\\ (a_2-a_1)(a_3-a_1)&\ldots(a_n-a_1)\\ (a_3-a_2)&\ldots(a_n-a_2)\\ &\cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\\ &(a_n-a_{n-1}); \end{aligned}$$

quod productum omnimodis permutando quantitates a_i valorem absolutum mutare non potest, sed aut valorem eundem servat aut in oppositum abit. Vocemus eas indicum $0,\ 1,\ \ldots,\ n$ Permutationes, pro quibus P valorem eundem servat,

positivas, eas, pro quibus P valorem oppositum induit, *negativas;* sive priores dicamus pertinere ad *classem positivam Permutationum*, posteriores ad *classem negativam*. Binis propositis Permutationibus quibuscunque, certa exstabit Permutatio, qua post alteram adhibita altera prodit. *Pertinebunt duae Permutationes propositae ad classem eandem aut ad classes oppositas, prout Permutatio, qua altera ex altera obtinetur, ad classem positivam aut negativam pertinet.* Tribus enim Permutationibus abeat P respective in εP, $\varepsilon' P$, $\varepsilon'' P$, ipsis ε, ε', ε'' denotantibus ± 1; si secunda Permutatio *post* primam adhibetur, abit P successive in εP, $\varepsilon . \varepsilon' P$; unde si secundam Permutationem post primam adhibendo nascitur tertia, fit

$$\varepsilon'' = \varepsilon\varepsilon'.$$

Hinc prout ε' aut $+1$ aut -1, hoc est prout Permutatio, qua tertia e prima obtinetur, ad classem positivam aut negativam pertinet, Permutationes prima et tertia ad classem eandem aut oppositam pertinent, et vice versa. Sequitur ex antecc., Permutationes ad eandem classem pertinentes, si nova fiat Permutatio, aut cunctas simul in eadem classe manere aut cunctas simul in alteram classem transire. Scilicet fit illud aut hoc, prout Permutatio ad classem positivam aut negativam pertinet. Si plures Permutationes aliae post alias adhibentur, diversae nasci possunt Permutationes pro diverso quo aliae post alias adhibentur *ordine*. Etenim Permutatione aliqua loco 0, 1, 2 etc. ponatur i_0, i_1, i_2 etc. atque alia quadam Permutatione k_0, k_1, k_2 etc.; secunda post primam adhibita, ipsorum 0, 1, 2 etc. locum occupabunt

$$k_{i_0}, \quad k_{i_1}, \quad k_{i_2} \quad \text{etc.};$$

prima vero post secundum adhibita,

$$i_{k_0}, \quad i_{k_1}, \quad i_{k_2} \quad \text{etc.};$$

neque necessarium est fieri

$$k_{i_m} = i_{k_m}.$$

At prorsus eadem methodo, qua Propositio praecedens, demonstratur, *Permutationes diversas quae nascantur pro diverso ordine, quo Permutationes complures aliae post alias adhibentur, ad eandem pertinere classem.*

Designantibus i et i' binos indices quoscunque, productum P sic exhibere licet:

$$P = \pm(a_i - a_{i'}) . \Pi(a_k - a_i)(a_k - a_{i'}) . \Pi(a_k - a_{k'}),$$

siquidem designant

$$\Pi(a_k - a_i)(a_k - a_{i'}), \quad \Pi(a_k - a_{k'})$$



producta omnium ipsius P factorum $(a_k - a_i)(a_k - a_{i'})$ vel $a_k - a_{k'}$, qui obtinentur tribuendo ipsi k vel utrique k, k' valores ab i et i' diversos. Quae duo producta alterum ipsorum i, i' respectu symmetricum est, alterum iis vacat, unde permutando indices i et i' non mutantur. Contra ex permutatione factor singularis $a_i - a_{i'}$ valorem oppositum induit; unde *ipsum productum propositum P permutando binos indices valorem oppositum induit.* Duorum igitur indicum commutatio est Permutatio negativa, unde Permutationes positivae, si denuo bini indices commutantur, cunctae in negativas, negativae cunctae in positivas transeunt.

Reciprocas vocare licet binas Permutationes, quibus altera post alteram adhibitis positio primitiva non mutatur. Statuamus Permutatione aliqua loco 0, 1, 2 etc. poni i_0, i_1, i_2 etc.; erit Permutatio reciproca, qua 0, 1, 2 etc. loco i_0, i_1, i_2 etc. ponitur. Binae Permutationes reciprocae ad eandem classem pertinent, cum altera post alteram adhibita ipsum P non mutetur.

3.

Ut cognoscatur an Permutatio proposita sit positiva an negativa, variae assignari possunt regulae. Statuamus indicibus permutatis loco

$$0, \quad 1, \quad 2, \quad \ldots, \quad n$$

respective positos esse

$$i_0, \quad i_1, \quad i_2, \quad \ldots, \quad i_n,$$

ac quaeratur an hac permutatione productum P immutatum maneat an signum mutet. Producti P factores singuli ita exhibiti sunt, ut elementum minore indice affectum de elemento maiore indice affecto detrahatur. Itaque si r et s bini sunt indicum 0, 1, 2, ..., n, atque $r < s$, erit ipsius P factor

$$a_s - a_r,$$

qui factor permutatione assignata abit in

$$a_{i_s} - a_{i_r},$$

qui et ipse seu illi oppositus erit inter ipsius P factores prout $i_s > r$ aut $i_s < r$. Itaque si in serie numerorum

$$i_0, \quad i_1, \quad i_2, \quad \ldots, \quad i_n$$

m vicibus evenit, ut post numerum aliquem i_r inveniatur minor numerus i_s, totidem vicibus producti P factor aliquis signum mutat, sive Permutatione indicata mutatur P in

$$(-1)^m P,$$

eritque Permutatio positiva aut negativa prout m par aut impar est. Quam regulam olim Cel. Cramer dedit, Ill. Laplace demonstravit.

Sint

$$i_0, \quad i_1, \quad i_2, \quad \ldots, \quad i_m$$

quicunque indicum $0, 1, 2, \ldots, n-1$, ac consideremus eam Permutationem, qua mutatur i_0 in i_1, i_1 in i_2 etc. ac postremo i_m in i_0. Ad eandem Permutationem pervenimus, si primum i_0 cum i_1, deinde i_0 cum i_2 etc., postremo i_0 cum i_m commutamus. Unde una illa Permutatio obtinetur m vicibus commutando duo elementa, ideoque est Permutatio positiva aut negativa prout m par aut impar sive prout indicum numerus $m+1$ impar aut par est.

Ponamus Permutatione aliqua proposita quacunque mutari indices i_0 in i_1, i_1 in i_2, i_2 in i_3 ac generaliter i_{k-1} in i_k: pervenitur tandem ad indicem i_m, qui in i_0 mutatur, neque antea ad aliquem praecedentium indicum reditur. Ponamus enim in serie indicum $i_0, i_1, i_2, \ldots$ inveniri indicem i_λ, qui in indicem aliquem praecedentem i_k mutetur; cum Permutatione quacunque unus tantum index in datum quendam indicem mutetur, fieri debet $i_\lambda = i_{k-1}$, ideoque etiam $i_{\lambda-1} = i_{k-2}$, $i_{\lambda-2} = i_{k-3}$ et ita porro usque dum habeatur $i_{\lambda-k+1} = i_0$. Unde fit $i_{\lambda-k+1} = i_m$, ideoque indicem i_λ, qui in indicem aliquem praecedentem i_k mutatur, semper antecedit index i_m, qui in i_0 mutatur. Si indices $i_0, i_1, \ldots, i_m$ non cunctos effingunt indices $0, 1, 2, \ldots, n$, et Permutatione proposita reliqui indices quoque inter se commutantur: sit eorum aliquis h_0, rursus habetur *cyclus* indicum

$$h_0, \quad h_1, \quad h_2, \quad \ldots, \quad h_l,$$

qui Permutatione proposita quilibet in proxime sequentem, ultimus in primum mutantur. Si ita pergimus usque dum omnes indices exhauriantur, patet pro unaquaque Permutatione indices una quadam et necessaria ratione disponi posse in cyclos, ita ut indices in singulos cyclos dispositi ea Permutatione quilibet in proxime sequentem, ultimus in primum abeant.

Proposita Permutatione aliqua, disponantur secundum antecedentia indices $0, 1, 2, \ldots, n$ in cyclos, quorum numerus sit p, singulique cycli respective formentur

$$\alpha_1, \quad \alpha_2, \quad \alpha_3, \quad \ldots, \quad \alpha_p$$

indicibus ita ut sit

$$\alpha_1+\alpha_2+\alpha_3+\cdots+\alpha_p = n+1.$$

Si cyclus aliquis unico indice constat sive antecedentium numerorum α_1 etc.



aliquis unitati aequalis est, index ille non in alium neque alius in eum mutatur. Cuilibet cyclo k indicibus constanti vidimus respondere Permutationem, quae obtineri potest $k-1$ vicibus duos indices inter se commutando. Unde Permutatio proposita obtineri potest

$$\alpha_1+\alpha_2+\alpha_3+\cdots+\alpha_p-p = n+1-p$$

vicibus duo elementa inter se permutando*). Unde Permutatio proposita est positiva aut negativa prout $n+1-p$ par aut impar est, sive *prout detrahendo de numero indicum numerum cyclorum, in quos indices Permutatione proposita discedunt, residuum par aut impar fit.* Hanc pulchram regulam, qua Permutatio proposita positiva an negativa sit cognoscatur, dedit Ill. Cauchy *(Éc. Pol. cah. 17 p. 41).*

4.

Propositis $(n+1)^2$ quantitatibus

$$a_k^{(i)},$$

in quibus indices et superiores i et inferiores k valores omnes $0, 1, 2, \ldots, n$ induant, producatur terminus

$$a\,a_1'\,a_2''\ldots a_n^{(n)}\text{ **)};$$

ex eoque numerus $1.2.3\ldots(n+1)$ terminorum similium formetur indices aut superiores aut inferiores omnimodis inter se permutando. Singulis deinde terminis signum aut positivum aut negativum praefigatur, prout Permutationes, quibus e termino $a\,a_1'a_2''\ldots a_n^{(n)}$ obtinentur, positivae aut negativae sunt, omniumque $1.2.3\ldots(n+1)$ terminorum suis signis acceptorum fiat Aggregatum, quod designabo per

$$R = \Sigma \pm a\,a_1'\,a_2''\ldots a_n^{(n)}.$$

Eiusmodi Aggregatum R praeunte Ill. Gauss aliisque *Determinans* appellabo, ipsas quantitates $a_k^{(i)}$ Determinantis *elementa,* et cum ipsius R terminus quilibet e $n+1$ elementis producatur, ipsum R dicam Determinans $(n+1)^{\text{ti}}$ *gradus.*

Quilibet Determinantis R *terminus*

$$a_k\,a'_{k'}\,a''_{k''}\ldots a^{(n)}_{k^{(n)}}$$

---

*) Patet simul, paucioribus commutationibus duorum elementorum Permutationem propositam obtineri non posse.

**) Indicem (0) in genere non scribo ita ut $a^{(i)}$, a_k, a loco $a_0^{(i)}$, $a_k^{(0)}$, $a_0^{(0)}$ ponatur vel quantitates $a^{(i)}$, a_k, a respective dicantur inferiore aut superiore aut utroque indice (0) affecti.

e termino $a_0 a'_1 a''_2 \dots a^{(n)}_n$ duplici modo obtineri potest, sive loco indicum inferiorum 0, 1, 2, ..., n ponendo respective $k, k', k'', \dots, k^{(n)}$, sive ponendo 0, 1, 2, ..., n loco indicum superiorum $k, k', k'', \dots, k^{(n)}$. Quae Permutationes sunt reciprocae ideoque ad eandem classem pertinent; unde Determinantis termini iisdem signis afficiuntur, regula signorum apposita sive inferiorum sive superiorum indicum permutationibus adhibeatur. Cum nova Permutatione quacunque facta eiusdem classis Permutationes simul omnes in eadem classe maneant sive omnes simul in oppositam classem transeant, sequitur, *quacunque indicum superiorum inferiorumve Permutatione Determinans aut non mutari aut valorem oppositum induere.* Porro cum binorum indicum Permutatione classis Permutationum positiva in negativam, negativa in positivam abeat, sequitur, *binos quoscunque sive superiores sive inferiores indices permutando Determinans valorem oppositum induere.* Quae Determinantis proprietas principalis et characteristica est. Unde haec altera fluit propositio fundamentalis, *evanescere Determinans quoties bini indices sive superiores sive inferiores inter se aequales existant,* siquidem breviter indices inter se aequales dicimus, ubi quantitates iis affectae aequales sunt. Scilicet si duo indices inter se aequales sunt, eorum permutatione nihil mutatur, qua tamen permutatione cum per proprietatem characteristicam Determinans in valorem oppositum abeat, fieri debet $R = -R$ sive $R = 0$.

5.

Adnotamus casus quosdam speciales, quibus Determinantia in simpliciorem formam sive etiam in unicum terminum redeunt. Exhibito Determinante R sequente modo:

$$(1) \qquad R = \Sigma \pm a\, a'_1 \dots a^{(m)}_m a^{(m+1)}_{m+1} \dots a^{(n)}_n,$$

ubi $m < n$; ponamus, pro omnibus ipsius i valoribus

$$0, \ 1, \ 2, \ \dots, \ m-1$$

esse

$$(2) \qquad a^{(m)}_i = a^{(m+1)}_i = \dots = a^{(n)}_i = 0.$$

Reiiciendo Determinantis terminos evanescentes, ii tantum remanent termini

$$\pm a_i a'_{i'} \dots a^{(m)}_{i^{(m)}} \dots a^{(n)}_{i^{(n)}},$$

in quibus indices inferiores

$$i^{(m)}, \quad i^{(m+1)}, \quad \dots, \quad i^{(n)},$$

conveniunt cum numeris

$$m, \quad m+1, \quad \ldots, \quad n;$$

ordinis respectu non habito. Nam si indicum $i^{(m)}$, $i^{(m+1)}$ etc. vel unus aequaret aliquem numerorum $0, 1, 2, \ldots, m-1$, terminus ex hypothesi facta evanesceret. Unde sequitur, quia in quolibet Determinantis termino indices elementis subscripti omnes inter se diversi esse debent, reliquos indices inferiores

$$i, \quad i', \quad i'', \quad \ldots, \quad i^{(m-1)}$$

ordinis respectu non habito, convenire cum numeris

$$0, \quad 1, \quad 2, \quad \ldots, \quad m-1,$$

neque valores m, $m+1$ etc. induere. Qua de re eruuntur cuncti Determinantis termini ex uno

$$\pm a a'_1 a''_2 \ldots a^{(m-1)}_{m-1} . \pm a^{(m)}_m a^{(m+1)}_{m+1} \ldots a^{(n)}_n,$$

seorsim inter se permutando indices

$$0, \quad 1, \quad 2, \quad \ldots, \quad m-1$$

atque indices

$$m, \quad m+1, \quad m+2, \quad \ldots, \quad n,$$

signis insuper ancipitibus $\pm$ ita determinatis, ut termini, qui binorum indicum permutatione alter in alterum abeunt, signis oppositis afficiantur. Unde fit

$$(3) \qquad R = \Sigma \pm a a'_1 \ldots a^{(m-1)}_{m-1} . \Sigma \pm a^{(m)}_m a^{(m+1)}_{m+1} \ldots a^{(n)}_n,$$

sive habetur Propositio:

I. Quoties pro indicis k valoribus $0, 1, 2, \ldots, m-1$ evanescant elementa $a^{(m)}_k$, $a^{(m+1)}_k$, $\ldots$, $a^{(n)}_k$, Determinans

$$\Sigma \pm a a'_1 a''_2 \ldots a^{(n)}_n$$

abire in productum e duobus Determinantibus

$$\Sigma \pm a a'_1 \ldots a^{(m-1)}_{m-1} . \Sigma \pm a^{(m)}_m a^{(m+1)}_{m+1} \ldots a^{(n)}_n .$$

Prorsus eadem valet Propositio, si pro indicis i valoribus $0, 1, 2, \ldots, m-1$ elementa $a^{(i)}_m$, $a^{(i)}_{m+1}$, $\ldots$, $a^{(i)}_n$ evanescunt. Si in Propositione antecedente insuper pro indicis i valoribus $0, 1, \ldots, l-1$ evanescunt elementa $a^{(l)}_i$, $a^{(l+1)}_i$, $\ldots$, $a^{(m)}_i$, Determinans R in productum e tribus Determinantibus abit et ita porro.

Est casus simplicissimus Propositionis antecedentis, quo elementa certo quodam indice superiore affecta pro indicibus inferioribus praeter unum omnibus evanescunt, quippe quo casu alterum Determinantium, e quibus R producitur,

in simplex elementum abit. Sit enim

$$a^{(n)} = a_1^{(n)} = \cdots = a_{n-1}^{(n)} = 0,$$

fit:

$$(4) \qquad \Sigma \pm a a_1' a_2'' \dots a_{n-1}^{(n-1)} a_n^{(n)} = a_n^{(n)} \Sigma \pm a a_1' \dots a_{n-1}^{(n-1)}.$$

Si insuper fit

$$a^{(n-1)} = a_1^{(n-1)} = \cdots = a_{n-2}^{(n-1)} = 0,$$

eadem ratione e (4) sequitur:

$$\Sigma a a_1' a_2'' \dots a_n^{(n)} = a_{n-1}^{(n-1)} a_n^{(n)} . \Sigma \pm a a_1' \dots a_{n-2}^{(n-2)}.$$

Sic pergendo eruimus Propositionem hanc:

II. Evanescentibus elementis omnibus

$$a_k^{(m)}, \quad a_k^{(m+1)}, \quad \dots, \quad a_k^{(n)},$$

in quibus respective index inferior k indicibus superioribus m, $m+1$, ..., n minor est, fieri

$$\Sigma \pm a a_1' a_2'' \dots a_n^{(n)} = a_m^{(m)} a_{m+1}^{(m+1)} \dots a_n^{(n)} \Sigma \pm a a_1' \dots a_{m-1}^{(m-1)}.$$

Unde ponendo $m = 1$ sequitur:

III. Evanescentibus elementis omnibus, in quibus index inferior indice superiore minor est, Determinans in unicum terminum abire vel fieri

$$\Sigma \pm a a_1' a_2'' \dots a_n^{(n)} = a a_1' a_2'' \dots a_n^{(n)}.$$

E Propositione II. sequitur hoc Corollarium:

IV. Evanescentibus elementis omnibus

$$a_k^{(m)}, \quad a_k^{(m+1)}, \quad \dots, \quad a_k^{(n)},$$

in quibus indices inferiores superioribus minores sunt, si insuper habetur

$$a_m^{(m)} = a_{m+1}^{(m+1)} = \cdots = a_n^{(n)} = 1,$$

fit

$$\Sigma \pm a a_1' a_2'' \dots a_n^{(n)} = \Sigma \pm a a_1' \dots a_{m-1}^{(m-1)}.$$

E qua Propositione patet, quodlibet inferioris gradus Determinans haberi posse pro Determinantis altioris gradus casu speciali.

6.

Designemus per

$$a_g^{(f)} A_g^{(f)}$$

Aggregatum omnium Determinantis R terminorum, qui per quantitatem $a_g^{(f)}$ multi-

plicati sunt. In quovis ipsius R termino

$$\pm a_k a'_{k'} a''_{k''} \ldots a^{(n)}_{k^{(n)}}$$

elementa a_k, $a_{k'}$ etc. indicibus cum superioribus tum inferioribus omnibus inter se diversis gaudent. Unde terminos Aggregati $A^{(f)}_g$ non ingredi possunt quantitates $a^{(i)}_k$, in quibus index superior valorem f vel inferior valorem g habet. Porro cum in quovis ipsius R termino elementum unum sit nec plura, quod datum indicem superiorem i, unum nec plura, quod datum indicem inferiorem k habeat, sequitur, singulos Determinantis R terminos per unum elementorum $a^{(i)}$, $a^{(i)}_1$, ..., $a^{(i)}_n$ neque vero per plura eorum simul multiplicari nec non per unum elementorum a_k, a'_k, ..., $a^{(n)}_k$ neque vero per plura eorum simul multiplicari. Vocabantur autem

$$a^{(i)}A^{(i)}, \quad a^{(i)}_1 A^{(i)}_1, \quad \ldots, \quad a^{(i)}_n A^{(i)}_n$$

Aggregata terminorum Determinantis R respective per $a^{(i)}$, $a^{(i)}_1$, ..., $a^{(i)}_n$ multiplicatorum, unde fieri debet

$$R = a^{(i)}A^{(i)} + a^{(i)}_1 A^{(i)}_1 + \cdots + a^{(i)}_n A^{(i)}_n; \tag{1}$$

porro erant

$$a_k A_k, \quad a'_k A'_k, \quad \ldots, \quad a^{(n)}_k A^{(n)}_k$$

Aggregata terminorum Determinantis R respective per a_k, a'_k, ..., $a^{(n)}_k$ multiplicatorum, unde fieri debet

$$R = a_k A_k + a'_k A'_k + \cdots + a^{(n)}_k A^{(n)}_k. \tag{2}$$

Tribuendo indici i vel k valores 0, 1, 2, ..., n, e quaque duarum formularum (1) et (2) obtinentur $n+1$ repraesentationes diversae Determinantis R.

Determinans R est singularum quantitatum $a^{(i)}_k$ respectu expressio linearis, atque ipsius $a^{(i)}_k$ Coefficientem, qua in Determinante R afficitur, vocavimus $A^{(i)}_k$; unde adhibita differentialium notatione ipsum $A^{(i)}_k$ exhibere licet per formulam

$$A^{(i)}_k = \frac{\partial R}{\partial a^{(i)}_k}. \tag{3}$$

Hinc si quantitatibus $a^{(i)}_k$ incrementa infinite parva tribuimus

$$da^{(i)}_k,$$

simulque R incrementum dR capit, fit

$$dR = \Sigma A^{(i)}_k da^{(i)}_k, \tag{4}$$

siquidem sub signo summatorio utrique indici i et k valores 0, 1, 2, ..., n conferuntur.

Binos indices superiores i et i' commutando cum R in $-R$ abeat, sequitur, Aggregatum terminorum ipsius R per $a_k^{(i)}$ multiplicatorum, $a_k^{(i)}A_k^{(i)}$, ea commutatione abire in Aggregatum terminorum ipsius $-R$ per $a_k^{(i')}$ multiplicatorum, $-a_k^{(i')}A_k^{(i')}$. Unde sequitur, *ponendo i loco i' abire $A_k^{(i)}$ in $-A_k^{(i')}$*; eademque ratione probatur, *ponendo k loco k' abire $A_k^{(i)}$ in $-A_{k'}^{(i)}$*. Unde etiam sequitur, *simul ponendo i loco i', k loco k', siquidem i et i', k et k' inter se diversi sint, abire $A_k^{(i)}$ in $A_{k'}^{(i')}$*.

Obtinetur $a_i^{(i)}A_i^{(i)}$, si in termino

$$\pm a a_1' a_2'' \dots a_i^{(i)} \dots a_n^{(n)}$$

elementum $a_i^{(i)}$ immutatum manet reliquorum indicibus superioribus vel inferioribus permutatis, unde fit

$$A_i^{(i)} = \Sigma \pm a a_1' \dots a_{i-1}^{(i-1)} a_{i+1}^{(i+1)} \dots a_n^{(n)},$$

unde prodit $A_k^{(i)}$ loco inferioris indicis k ponendo i et signa mutando, sive fit

$$A_k^{(i)} = -\Sigma \pm a a_1' \dots a_{i-1}^{(i-1)} a_{i+1}^{(i+1)} \dots a_{k-1}^{(k-1)} a_i^{(k)} a_{k+1}^{(k+1)} \dots a_n^{(n)}.$$

Vel etiam si i et k a 0 diversi, obtinetur $A_k^{(i)}$ ex

$$A = \Sigma \pm a_1' a_2'' \dots a_n^{(n)},$$

loco indicis superioris i et inferioris k ponendo 0.

Commutando indices inferiores cum superioribus non mutatur Determinans R; simul termini in $a_k^{(i)}$ ducti, $a_k^{(i)}A_k^{(i)}$, abeunt in terminos in $a_i^{(k)}$ ductos, $a_i^{(k)}A_i^{(k)}$; unde *in quantitatibus $a_k^{(i)}$ commutando indices inferiores cum superioribus abeunt quantitates $A_k^{(i)}$ in $A_i^{(k)}$ sive etiam in quantitatibus $A_k^{(i)}$ indices inferiores cum superioribus commutantur*. Hinc etiam sequitur, *quoties pro omnibus indicibus i et k fiat*

$$a_k^{(i)} = a_i^{(k)},$$

fieri etiam

$$A_k^{(i)} = A_i^{(k)}.$$

Commutatis enim indicibus superioribus et inferioribus omnium $a_k^{(i)}$, ipsa $A_k^{(i)}$ non mutatur, cum eius elementis aequivalentia substituantur; ea autem commutatione vidimus abire $A_k^{(i)}$ in $A_i^{(k)}$, unde utrumque inter se aequale evadere debet.

Statuamus, pro *datis* duobus indicibus i et i' fieri

(5) $$a^{(i)} = a^{(i')},\quad a_1^{(i)} = a_1^{(i')},\quad \ldots,\quad a_n^{(i)} = a_n^{(i')},$$

propter proprietatem eius fundamentalem evanescit valor Determinantis R. Hinc repraesentando Determinans R per formulam (1) ac substituendo (5) eruimus:

(6) $$0 = a^{(i')} A^{(i)} + a_1^{(i')} A_1^{(i)} + \cdots + a_n^{(i')} A_n^{(i)}.$$

Haec aequatio inventa quidem est supponendo, quantitates $a_k^{(i')}$ ipsis $a_k^{(i)}$ respective aequales esse, sed cum expressionem ad dextram aequationis (6) quantitates $a_1^{(i)}$, $a_2^{(i)}$, ..., $a_n^{(i)}$ omnino non indegrediantur, *aequatio* (6) *identica esse debet.* Ac perinde invenitur, designante k' indicem quemcunque a k diversum, quoties sit

(7) $$a_k = a_{k'},\quad a_k' = a_{k'}',\quad \ldots,\quad a_k^{(n)} = a_{k'}^{(n)},$$

identice fieri:

(8) $$0 = a_{k'} A_k + a_{k'}' A_k' + \cdots + a_{k'}^{(n)} A_k^{(n)}.$$

Substituendo formulas (3), inventas formulas (1), (2), (6), (8) sic quoque exhibere licet:

(9) $$\begin{cases} R = a^{(i)} \dfrac{\partial R}{\partial a^{(i)}} + a_1^{(i)} \dfrac{\partial R}{\partial a_1^{(i)}} + \cdots + a_n^{(i)} \dfrac{\partial R}{\partial a_n^{(i)}} \\ \quad = a_k \dfrac{\partial R}{\partial a_k} + a_k' \dfrac{\partial R}{\partial a_k'} + \cdots + a_k^{(n)} \dfrac{\partial R}{\partial a_k^{(n)}}, \end{cases}$$

(10) $$\begin{cases} 0 = a^{(i')} \dfrac{\partial R}{\partial a^{(i)}} + a_1^{(i')} \dfrac{\partial R}{\partial a_1^{(i)}} + \cdots + a_n^{(i')} \dfrac{\partial R}{\partial a_n^{(i)}}, \\ 0 = a_{k'} \dfrac{\partial R}{\partial a_k} + a_{k'}' \dfrac{\partial R}{\partial a_k'} + \cdots + a_k^{(n)} \dfrac{\partial R}{\partial a_k^{(n)}}. \end{cases}$$

Quae sunt aequationes differentiales partiales, quibus Determinans R satisfacit.

7.

Per formulas §. pr. traditas theoria resolutionis algebraicae aequationum linearium facile absolvitur.

Proponantur enim aequationes lineares

(1) $$\begin{cases} u = at + a_1 t_1 + \cdots + a_n t_n, \\ u_1 = a't + a_1' t_2 + \cdots + a_n' t_n, \\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot \\ u_n = a^{(n)} t + a_1^{(n)} t_1 + \cdots + a_n^{(n)} t_n; \end{cases}$$

ut eruatur incognita t_k, aequationes propositae respective per A_k, A_k', ..., $A_k^{(n)}$

multiplicentur et post multiplicationem factam instituatur summatio: in summa illa evanescunt e (8) §. pr. Coëfficientes ipsarum t, t_1, $\ldots$, t_n praeter Coefficientem ipsius t_k, quae e (2) §. pr. aequalis evadit Determinanti R, sive fit

$$Rt_k = A_k u + A'_k u_1 + \cdots + A_k^{(n)} u_n. \tag{2}$$

Qua in formula tribuendo ipsi k valores 0, 1, 2, $\ldots$, n, eruimus hoc systema aequationum, quod incognitarum valores suppeditat:

$$\left\{\begin{array}{l} Rt = Au + A'u_1 + \cdots + A^{(n)} u_n, \\ Rt_1 = A_1 u + A'_1 u_1 + \cdots + A_1^{(n)} u_n, \\ \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \\ Rt_n = A_n u + A'_n u_1 + \cdots + A_n^{(n)} u_n. \end{array}\right. \tag{3}$$

Prorsus eadem ratione, propositis aequationibus linearibus

$$\left\{\begin{array}{l} s = ar + a'r_1 + \cdots + a^{(n)} r_n, \\ s_1 = a_1 r + a'_1 r_1 + \cdots + a_1^{(n)} r_n, \\ \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \\ s_n = a_n r + a'_n r_1 + \cdots + a_n^{(n)} r_n, \end{array}\right. \tag{4}$$

eruimus e (6), (2) §. pr.:

$$\left\{\begin{array}{l} Rr = As + A_1 s_1 + \cdots + A_n s_n, \\ Rr_1 = A's + A'_1 s_1 + \cdots + A'_n s_n, \\ \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \\ Rr_n = A^{(n)} s + A_1^{(n)} s_1 + \cdots + A_n^{(n)} s_n. \end{array}\right. \tag{5}$$

Commutando elementorum $a_n^{(i)}$ indices superiores et inferiores aequationes (1) et (4) in se abeunt; et cum simul ipsorum $A_k^{(i)}$ indices superiores et inferiores commutentur, Determinans R immutatum maneat, simul etiam aequationes (3) in (5) abire debent. Unde alterum aequationum systema de altero derivari potest. Sed idem obtinetur absque ulla cognitione rationis, qua quantitates R et $A_k^{(i)}$ ex elementis $a_k^{(i)}$ componuntur, observando e (1) et (4) fieri:

$$ur + u_1 r_1 + \cdots + u_n r_n = ts + t_1 s_1 + \cdots + t_n s_n, \tag{6}$$

ac substituendo in hac aequatione ipsarum t, t_1 etc. valores e (3) petitos. Ipsum Determinans R dicamus ad aequationes (1) vel (4) *pertinere* sive *earum aequationum Determinans esse.*

Aequationes (6) §. pr. docent, propositis n aequationibus

$$\left\{\begin{array}{l} 0 = at + a_1 t_1 + \cdots + a_n t_n, \\ 0 = a't + a'_1 t_1 + \cdots + a'_n t_n, \\ \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \\ 0 = a^{(n)} t + a_1^{(n)} t_1 + \cdots + a_n^{(n)} t_n, \end{array}\right. \tag{7}$$

in quibus ipsi a non tribuatur index superior i, fieri

$$(8) \qquad t : t_1 : \ldots : t_n = A^{(i)} : A_1^{(i)} : \ldots : A_n^{(i)},$$

nisi omnes t, t_1, ..., t_n simul evanescant. Ut etiam aequatio

$$0 = a^{(i)} t + a_1^{(i)} t_1 + \cdots + a_n^{(i)} t_n$$

locum habeat sive ut in (1) quantitates u, u' etc. simul omnes evanescere possint, fieri debet e (1) §. pr.

$$(9) \qquad R = 0.$$

Eademque ratione patet, evanescere Determinans, si exstent $n+1$ quantitates non simul omnes evanescentes r, r_1, ..., r_n tales, ut simul locum habeant $n+1$ aequationes

$$(10) \qquad \begin{cases} 0 = ar + a' r_1 + \cdots + a^{(n)} r_n, \\ 0 = a_1 r + a_1' r_1 + \cdots + a_1^{(n)} r_n, \\ \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \\ 0 = a_n r + a_n' r_1 + \cdots + a_n^{(n)} r_n. \end{cases}$$

Scilicet, multiplicentur aequationes praecedentes per $A^{(i)}$, $A_1^{(i)}$, ..., $A_n^{(i)}$, invenitur addendo e (1), (6) §. pr.

$$0 = r_i R,$$

qua aequatione, cum e suppositione facta unum certe non evanescat r_i, Determinans R evanescere patet. *Quoties igitur aequationes* (7) *vel* (10) *locum habent neque earum Determinans R evanescit, certo incognitae t, t_1, ..., t_n vel r, r_1, ..., r_n omnes simul evanescere debent.*

Quaecunque proponantur aequationes lineares (1), ex iis semper sequuntur aequationes (3) neque ullus est exceptionis locus. Eruntque incognitarum valores aequationibus (3) prorsus determinati iique finiti, nisi evanescat Determinans. Evanescente autem Determinante usu venit, ut incognitae aut in infinitum abeant aut indeterminatae evadant. Scilicet aequationum (3) parte dextra simul evanescente atque Determinante, incognitarum valores formam indeterminatam

$$\frac{0}{0}$$

induunt. Sed haec res variis adhuc quaestionibus ansam praebet. Fieri enim potest, ut inter quantitates infinitas vel indeterminatas variae relationes locum habeant, unde evanescente Determinante varii casus evenire possunt et pro singulis criteria propria assignanda erunt. Afferam exemplum geometricum.

Proposita superficie secundi gradus, dantur Coordinatae centri tribus aequationibus linearibus. Quarum aequationum Determinante non evanescente, habentur Ellipsoidae et Hyperboloidae. Sed evanescente Determinante habentur Paraboloidae, si Coordinatarum valores evadunt infiniti, ita tamen ut centrum licet infinite remotum in data recta iaceat. Prodit Cylindrus ellipticus aut hyperbolicus aut systema duorum Planorum se intersecantium, si evanescente Determinante Coordinatarum valores indeterminati evadunt, ita tamen ut centrum rursus in data recta sed ubicunque iaceat. Cylindrus fit parabolicus si centrum in infinitum removetur, ita tamen ut in dato plano iaceat. Determinante igitur evanescente inter varios adhuc casus naturae maxime diversae distinguendum est et pro singulis criteria algebraica afferenda erunt. Quod tamen pro numero quocunque aequationum linearium paullo prolixum videtur negotium.

8.

Adnotavit Ill. Laplace, unumquodque Determinans repraesentari posse ut Aggregatum productorum plurium Determinantium inferiorum graduum. Quae res ita se habet. Discerpatur numerus n in plures alios numeros veluti in *quatuor*, ita ut sit

$$n = i+k+l+m;$$

distribuantur indices 0, 1, 2, ..., n in quatuor classes $i+1$, k, l, m indicibus constantes. Ex. gr. constituant indices

$0,$	$1,$	$\ldots,$	i	primam,
$i+1,$	$i+2,$	$\ldots,$	k	secundam,
$k+1,$	$k+2,$	$\ldots,$	l	tertiam,
$l+1,$	$l+2,$	$\ldots,$	n	quartam

classem. Quae classes omnimodis sibi invicem inserantur ordine numerorum cuiusvis classis non mutato, ita ut in Permutatione proveniente non fiat ut index minorem aliquem eiusdem classis antecedat. Sit eiusmodi Permutatio

$$\alpha^{(0)}, \quad \alpha^{(1)}, \quad \alpha^{(2)}, \quad \ldots, \quad \alpha^{(n)}$$

ac designemus per

$$S \pm \alpha^{(0)} \alpha^{(1)} \alpha^{(2)} \ldots \alpha^{(n)}$$

Aggregatum omnium expressionum, quae e data expressione eiusmodi Permutationibus proveniunt, signis + aut -1 praefixis prout Permutatio positiva aut negativa est. His positis in singulis terminis expressionis

$$S \pm a^{(0)}_{\alpha^0} a^{(1)}_{\alpha^1} \ldots a^{(i)}_{\alpha^i} . a^{(i+1)}_{\alpha^{i+1}} a^{(i+2)}_{\alpha^{i+2}} \ldots a^{(k)}_{\alpha^k} \ldots a^{(n)}_{\alpha^n}$$

loco factorum

$$a^{(0)}_{\alpha^0} a^{(1)}_{\alpha^1} \dots a^{(i)}_{\alpha^i}, \quad a^{(i+1)}_{\alpha^{i+1}} a^{(i+2)}_{\alpha^{i+2}} \dots a^{(k)}_{\alpha^k},$$
$$a^{(k+1)}_{\alpha^{k+1}} a^{(k+2)}_{\alpha^{k+2}} \dots a^{(l)}_{\alpha^l}, \quad a^{(l+1)}_{\alpha^{l+1}} a^{(l+2)}_{\alpha^{l+2}} \dots a^{(n)}_{\alpha^n}$$

scribantur Determinantia

$$\Sigma \pm a^{(0)}_{\alpha^0} a^{(1)}_{\alpha^1} \dots a^{(i)}_{\alpha^i}, \quad \Sigma \pm a^{(i+1)}_{\alpha^{i+1}} a^{(i+2)}_{\alpha^{i+2}} \dots a^{(k)}_{\alpha^k},$$
$$\Sigma \pm a^{(k+1)}_{\alpha^{k+1}} a^{(k+2)}_{\alpha^{k+2}} \dots a^{(l)}_{\alpha^l}, \quad \Sigma \pm a^{(l+1)}_{\alpha^{l+1}} a^{(l+2)}_{\alpha^{l+2}} \dots a^{(n)}_{\alpha^n},$$

prodit:

$$R = \Sigma \pm a a'_1 a''_2 \dots a^{(n)}_n$$
$$= S \pm \left(\Sigma \pm a^{(0)}_{\alpha^0} a^{(1)}_{\alpha^1} \dots a^{(i)}_{\alpha^i} . \Sigma \pm a^{(i+1)}_{\alpha^{i+1}} a^{(i+2)}_{\alpha^{i+2}} \dots a^{(k)}_{\alpha^k} . \Sigma \pm a^{(k+1)}_{\alpha^{k+1}} a^{(k+2)}_{\alpha^{k+2}} \dots a^{(l)}_{\alpha^l} . \Sigma \pm a^{(l+1)}_{\alpha^{l+1}} a^{(l+2)}_{\alpha^{l+2}} \dots a^{(n)}_{\alpha^n}\right).$$

Demonstratio inde patet, quod *omnes* obtineantur Permutationes, primum indices ita permutando, ut indices eiusdem classis certum quendam ordinem servent, ac deinde rursus eiusmodi classis indices omnimodis permutando. Numerus productorum Determinantium, quae Aggregatum S amplectitur, est

$$\frac{1.2.3\dots(n+1)}{1.2.3\dots(i+1).1.2.3\dots k.1.2.3\dots l.1.2.3\dots m}.$$

Formula proposita expediri potest Determinantis indagatio, si Determinantia partialia, quae singulorum productorum factores constituunt, valoribus simplicibus gaudent.

9.

Accuratius examinemus Determinantia $(n-1)^{\text{ti}}$ gradus, e quibus per Determinantia secundi gradus multiplicatis Determinans R componitur. Proposito Determinante

$$R = \Sigma \pm a a'_1 \dots a^{(n)}_n,$$

terminorum eius per $a^{(f)}_g a^{(f')}_{g'}$ multiplicatorum vocemus Aggregatum

(1) $$a^{(f)}_g a^{(f')}_{g'} . A^{f,f'}_{g,g'}.$$

Ipsi f et f' nec non g et g' quilibet esse possunt indices ex ipsis 0, 1, ..., n a se diversi. In terminis Aggregati

(2) $$A^{f,f'}_{g,g'}$$

non inveniuntur elementa indicibus superioribus f et f' neque elementa indicibus inferioribus g et g' affecta, quippe idem Determinantis R terminus binos non habet factores eodem indice superiore vel inferiore affectos. Qua de re

indices f et f' vel g et g' inter se permutando ipsum $A^{f,f'}_{g,g'}$ mutationem non subit, ideoque abit expressio (1) in

$$(3) \qquad a^{(f')}_{g} a^{(f)}_{g'} . A^{f,f'}_{g,g'}.$$

Eadem autem permutatione cum R in $-R$ mutetur, erit (3) Aggregatum ipsius $-R$ terminorum, qui per

$$a^{(f')}_{g} a^{(f)}_{g'}$$

multiplicantur, ideoque erit

$$(4) \qquad -a^{(f')}_{g} a^{(f)}_{g'} . A^{f,f'}_{g,g'}$$

terminorum ipsius R per $a^{(f')}_{g} a^{(f)}_{g'}$ multiplicatorum Aggregatum sive

$$(5) \qquad A^{f,f'}_{g',g} = A^{f',f}_{g,g'} = -A^{f,f'}_{g,g'}.$$

Qua de re continebit R terminos provenientes e producto

$$(6) \qquad \left(a^{(f)}_{g} a^{(f')}_{g'} - a^{(f)}_{g'} a^{(f')}_{g}\right) A^{f,f'}_{g,g'},$$

iique termini Determinantis R erunt omnes, in quibus duo elementa indicibus superioribus f et f' affecta indicibus inferioribus g et g' gaudent. At quivis ipsius R terminus continet duo elementa alterum indice superiore f alterum indice superiore f' affectum nec non duo elementa alterum indice inferiore g alterum indice inferiore g' affectum, quia cuiusvis termini elementa singula singulis indicibus cum superioribus tum inferioribus afficiuntur. Unde obtinetur R summando omnes expressiones (6), in quibus pro iisdem f et f' sumuntur pro g et g' bini indicum $0, 1, 2, \ldots, n$ vel etiam in quibus pro iisdem g et g' bini indicum $0, 1, 2, \ldots, n$ ipsis f et f' substituuntur. Qua de re si pro i, i' vel pro k, k' bini diversi indicum $0, 1, 2, \ldots, n$ sumuntur, ipsi autem f, f', g, g' dati indices sunt, obtinetur

$$(7) \qquad \begin{cases} R = \Sigma\left(a^{(f)}_{k} a^{(f')}_{k'} - a^{(f)}_{k'} a^{(f')}_{k}\right) A^{f,f'}_{k,k'} \\ = \Sigma\left(a^{(i)}_{g} a^{(i')}_{g'} - a^{(i)}_{g'} a^{(i')}_{g}\right) A^{i,i'}_{g,g'}. \end{cases}$$

Facile etiam ipsa $A^{(f)}_{g}$ e quantitatibus $A^{f,f'}_{g,g'}$ componitur. Erat enim $a^{(f)}_{g} A^{(f)}_{g}$ Aggregatum terminorum Determinantis R per $a^{(f)}_{g}$ multiplicatorum; qui termini cum insuper per unum elementorum

$$a^{(f')}, \quad a^{(f')}_{1}, \quad a^{(f')}_{2}, \quad \ldots, \quad a^{(f')}_{n},$$

omisso elemento $a^{(f')}_{g}$, vel etiam per unum elementorum

$$a_{g'}, \quad a'_{g'}, \quad a''_{g'}, \quad \ldots, \quad a^{(n)}_{g'},$$

omisso elemento $a_{g'}^{(f)}$ multiplicati esse debeant, obtinetur:

$$A_g^{(f)} = a^{(f')} A_{g,0}^{f,f'} + a_1^{(f')} A_{g,1}^{f,f'} + \cdots + a_n^{(f')} A_{g,n}^{f,f'} \tag{8}$$

sive

$$A_g^{(f)} = a_{g'} A_{g,g'}^{f,0} + a'_{g'} A_{g,g'}^{f,1} + \cdots + a_{g'}^{(n)} A_{g,g'}^{f,n}, \tag{9}$$

ubi respective termini per $a_g^{(f')}$, $a_{g'}^{(f)}$ multiplicati omittendi sunt.

Designemus br. causa per (k, k') expressionem

$$A_{k,k'}^{f,f'} = (k, k'), \tag{10}$$

ita ut sit

$$(k, k') = -(k', k).$$

Fit e (8) ipsi g substituendo numeros $0, 1, 2, \ldots, n$:

$$\tag{11} \begin{cases} A^{(f)} = \quad * \quad + a_1^{(f')}(0, 1) + a_2^{(f')}(0, 2) + \cdots + a_n^{(f')}(0, n), \\ A_1^{(f)} = a^{(f')}(1, 0) + \quad * \quad + a_2^{(f')}(1, 2) + \cdots + a_n^{(f')}(1, n), \\ A_2^{(f)} = a^{(f')}(2, 0) + a_1^{(f')}(2, 1) + \quad * \quad + \cdots + a_n^{(f')}(2, n), \\ \cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots \\ A_n^{(f)} = a^{(f')}(n, 0) + a_1^{(f')}(n, 1) + a_2^{(f')}(n, 2) + \cdots + \quad * \end{cases}$$

Similes formulae e (9) derivari possunt. In aequationibus (11) ipsorum $a^{(f')}$, $a_1^{(f')}$, etc. Coëfficientes in Diagonali positi evanescunt, bini quilibet Coëfficientes Diagonalis respectu symmetrice positi valoribus oppositis gaudent. Quae est species aequationum linearium memorabilis in variis quaestionibus analyticis obveniens.

10.

Quomodum supra differentiando R elementi $a_g^{(f)}$ respectu ipsum $A_g^{(f)}$ obtinuimus, ita ipsum $A_{g,g'}^{f,f'}$ obtinetur bis differentiando R elementorum $a_g^{(f)}$, $a_{g'}^{(f')}$ respectu. Ex ipsa enim Aggregati $A_{g,g'}^{f,f'}$ definitione eruimus formulas

$$\tag{1} \begin{cases} A_{g,g'}^{f,f'} = \dfrac{\partial^2 R}{\partial a_g^{(f)} \partial a_{g'}^{(f')}} = -\dfrac{\partial^2 R}{\partial a_g^{(f')} \partial a_{g'}^{(f)}} \\ = \dfrac{\partial A_g^{(f)}}{\partial a_{g'}^{(f')}} = \dfrac{\partial A_{g'}^{(f')}}{\partial a_g^{(f)}} = -\dfrac{\partial A_g^{(f')}}{\partial a_{g'}^{(f)}} = -\dfrac{\partial A_{g'}^{(f)}}{\partial a_g^{(f')}}. \end{cases}$$

In aequationibus (10) §. 6 ponatur i'', k'' loco i', k', fit:

$$0 = a^{(i'')} \frac{\partial R}{\partial a^{(i)}} + a_1^{(i'')} \frac{\partial R}{\partial a_1^{(i)}} + \cdots + a_n^{(i'')} \frac{\partial R}{\partial a_n^{(i)}},$$

$$0 = a_{k''} \frac{\partial R}{\partial a_k} + a'_{k''} \frac{\partial R}{\partial a'_k} + \cdots + a_k^{(n)} \frac{\partial R}{\partial a_k^{(n)}}.$$

Quas aequationes elementorum $a_k^{(i')}$, $a_{k'}^{(i)}$ respectu differentiamus. Ubi i, i', i'' nec non k, k', k'' a se diversi sunt, obtinemus:

$$(2)\qquad \begin{cases} 0 = a^{(i'')} A_{0,k}^{i,i'} + a_1^{(i'')} A_{1,k}^{i,i'} + \cdots + a_n^{(i'')} A_{n,k}^{i,i'}, \\ 0 = a_{k''} A_{k,k'}^{0,i} + a'_{k''} A_{k,k'}^{1,i} + \cdots + a_{k''}^{(n)} A_{k,k'}^{n,i}. \end{cases}$$

Si i'' ipsi i' vel i aut k'' ipsi k' aut k aequalis est, eruimus:

$$(3)\qquad \begin{cases} -A_k^{(i)} = a^{(i')} A_{0,k}^{i,i'} + a_1^{(i')} A_{1,k}^{i,i'} + \cdots + a_n^{(i')} A_{n,k}^{i,i'}, \\ -A_k^{(i)} = a_{k'} A_{k,k'}^{0,i} + a'_{k'} A_{k,k'}^{1,i} + \cdots + a_{k'}^{(n)} A_{k,k'}^{n,i}. \end{cases}$$

In formulis (2), (3) statuendum est:

$$A_{k,k'}^{i,i} = A_{k,k}^{i,i'} = 0,$$

sive omittendi sunt termini in quibus ipsius $A_{k,k'}^{i,i'}$ indices sive superiores sive inferiores aequales existunt.

Multiplicemus aequationes sequentes,

$$\begin{aligned} 0 &= a\, A_k + a'\, A'_k + \cdots + a^{(n)} A_k^{(n)}, \\ 0 &= a_1 A_k + a'_1 A'_k + \cdots + a_1^{(n)} A_k^{(n)}, \\ &\cdots\cdots\cdots\cdots \\ R &= a_k A_k + a'_k A'_k + \cdots + a_k^{(n)} A_k^{(n)}, \\ &\cdots\cdots\cdots\cdots \\ 0 &= a_n A_k + a'_n A'_k + \cdots + a_n^{(n)} A_k^{(n)} \end{aligned}$$

per factores

$$A_{0,k'}^{i,i'},\quad A_{1,k'}^{i,i'},\quad \ldots,\quad A_{k,k'}^{i,i'},\quad \ldots,\quad A_{n,k'}^{i,i'},$$

additione facta secundum (2) evanescunt in dextra parte termini omnes per A_k, A'_k etc. multiplicati praeter eos, qui per $A_k^{(i)}$, $A_k^{(i')}$ multiplicati sunt et qui secundum (3) evadunt,

$$A_{k'}^{(i')}.A_k^{(i)},\quad -A_{k'}^{(i)}.A_k^{(i')}.$$

Unde prodit formula:

$$(4)\qquad R.A_{k,k'}^{i,i'} = A_k^{(i)} A_{k'}^{(i')} - A_{k'}^{(i)} A_k^{(i')}$$

sive

$$(5)\qquad R\cdot\frac{\partial^2 R}{\partial a_k^{(i)}\partial a_{k'}^{(i')}} = \frac{\partial R}{\partial a_k^{(i)}}\cdot\frac{\partial R}{\partial a_{k'}^{(i')}} - \frac{\partial R}{\partial a_{k'}^{(i)}}\cdot\frac{\partial R}{\partial a_k^{(i')}}.$$

Evolutione productorum facta habetur formula identica:

$$\begin{aligned} &\left(A_k^{(i)} A_{k'}^{(i')} - A_{k'}^{(i)} A_k^{(i')}\right)\left(A_{k''}^{(i)} A_{k'''}^{(i')} - A_{k'''}^{(i)} A_{k''}^{(i')}\right) \\ +&\left(A_k^{(i)} A_{k''}^{(i')} - A_{k''}^{(i)} A_k^{(i')}\right)\left(A_{k'''}^{(i)} A_{k'}^{(i')} - A_{k'}^{(i)} A_{k'''}^{(i')}\right) \\ +&\left(A^{(i)} A_{k'''}^{(i')} - A_{k'''}^{(i)} A_k^{(i')}\right)\left(A_{k'}^{(i)} A_{k''}^{(i')} - A_{k''}^{(i)} A_{k'}^{(i')}\right) = 0. \end{aligned}$$

In qua substituendo (4) et dividendo per R prodit formula:

$$(6) \qquad A^{i,i'}_{k,k'} A^{i,i'}_{k'',k'''} + A^{i,i'}_{k,k''} A^{i,i'}_{k''',k'} + A^{i,i'}_{k,k'''} A^{i,i'}_{k',k''} = 0,$$

ac similiter demonstratur

$$(7) \qquad A^{i,i'}_{k,k'} A^{i'',i'''}_{k,k'} + A^{i,i''}_{k,k'} A^{i''',i'}_{k,k'} + A^{i,i'''}_{k,k'} A^{i',i''}_{k,k'} = 0.$$

Per aliam formulam identicam notissimam obtinetur e (4):

$$(8) \qquad \begin{cases} A^{(i)}_{k} A^{i,i'}_{k',k''} + A^{(i)}_{k'} A^{i.i'}_{k'',k} + A^{(i)}_{k''} A^{i,i'}_{k,k'} = 0, \\ A^{(i)}_{k} A^{i',i''}_{k,k'} + A^{(i')}_{k} A^{i'',i}_{k,k'} + A^{(i'')}_{k} A^{i,i'}_{k,k'} = 0, \end{cases}$$

sive

$$(9) \qquad \begin{cases} \frac{\partial R}{\partial a^{(i)}_{k}} \cdot \frac{\partial^2 R}{\partial a^{(i)}_{k'} \partial a^{(i')}_{k''}} + \frac{\partial R}{\partial a^{(i)}_{k'}} \cdot \frac{\partial^2 R}{\partial a^{(i)}_{k''} \partial a^{(i')}_{k}} + \frac{\partial R}{\partial a^{(i)}_{k''}} \cdot \frac{\partial^2 R}{\partial a^{(i)}_{k} \partial a^{(i')}_{k'}} = 0, \\ \frac{\partial R}{\partial a^{(i)}_{k}} \cdot \frac{\partial^2 R}{\partial a^{(i')}_{k} \partial a^{(i'')}_{k'}} + \frac{\partial R}{\partial a^{(i')}_{k}} \cdot \frac{\partial^2 R}{\partial a^{(i'')}_{k} \partial a^{(i)}_{k'}} + \frac{\partial R}{\partial a^{(i'')}_{k}} \cdot \frac{\partial^2 R}{\partial a^{(i)}_{k} \partial a^{(i')}_{k'}} = 0. \end{cases}$$

Advocando formulas (1) obtines e (8)

$$(10) \qquad \frac{\partial \frac{A^{(i)}_{k'}}{A^{(i)}_{k}}}{\partial a^{(i')}_{k''}} = -\frac{A^{(i)}_{k''} A^{i,i'}_{k,k'}}{A^{(i)}_{k} A^{(i)}_{k}}, \qquad \frac{\partial \frac{A^{(i)}_{k}}{A^{(i')}_{k}}}{\partial a^{(i'')}_{k'}} = -\frac{A^{(i'')}_{k} A^{i,i'}_{k,k'}}{A^{(i)}_{k} A^{(i)}_{k}}.$$

Formulae praecedentes Cl. Bézout bene innotuerunt, earumque in variis quaestionibus usus est.

11.

Formula (4) §. pr. ad generalius formularum systema pertinet. Vidimus §. 7, ex aequationibus

$$(1) \qquad \begin{cases} at + a_1 t_1 + \cdots + a_n t_n = u, \\ a't + a'_1 t_1 + \cdots + a'_n t_n = u_1, \\ \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \\ a^{(n)} t + a^{(n)}_1 t_1 + \cdots + a^{(n)}_n t_n = u_n, \end{cases}$$

sequi

$$(2) \qquad \begin{cases} Au + A' u_1 + \cdots + A^{(n)} u_n = R.t, \\ A_1 u + A'_1 u_1 + \cdots + A^{(n)}_1 u_n = R.t_1, \\ \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \\ A_n u + A'_n u_1 + \cdots + A^{(n)}_n u_n = R.t_n, \end{cases}$$

quibus in formulis erat

$$(3)\qquad R=\Sigma\pm aa'\dots a_n^{(n)},\quad A_n^{(n)}=\Sigma\pm aa_1'\dots a_{n-1}^{(n-1)},\quad A=\Sigma\pm AA_1'\dots A_{n-1}^{(n-1)}.$$

Aequationum (1) tantum $k+1$ primas consideremus:

$$(4)\qquad \begin{cases} at\ +a_1t_1\ +\cdots+a_kt_k\ +a_{k+1}t_{k+1}+\cdots+a_nt_n\ =u,\\ a't\ +a_1't_1\ +\cdots+a_k't_k\ +a_{k+1}'t_{k+1}+\cdots+a_n't_n\ =u_1,\\ \dots\dots\dots\dots\dots\dots\dots\dots\\ a^{(k)}t+a_1^{(k)}t_1+\cdots+a_k^{(k)}t_k+a_{k+1}^{(k)}t_{k+1}+\cdots+a_n^{(k)}t_n=u_k,\end{cases}$$

earumque ope determinemus t, t_1, ..., t_k per reliquas quantitates t_{k+1}, t_{k+2} etc., atque per u, u_1, ..., u_k. Prodeat

$$(5)\qquad C_kt_k+C_{k+1}t_{k+1}+\cdots+C_nt_n=Du+D_1u_1+\cdots+D_ku_k,$$

qua in formula erit

$$(6)\qquad C_k=\Sigma\pm aa_1'a_2''\dots a_k^{(k)},\quad D_k=\Sigma\pm aa_1'a_2''\dots a_{k-1}^{(k-1)}.$$

Quod patet observando, obtineri aequationes (4) e (1) ponendo $n=k$ ac ipsorum u_i loco ponendo

$$u_i-a_{k+1}^{(i)}t_{k+1}-a_{k+2}^{(i)}t_{k+2}-\cdots-a_n^{(i)}t_n.$$

Similiter e $n-k+1$ postremis aequationum (2) determinemus quantitates u_k, u_{k+1}, ..., u_n per reliquas u, u_1, ..., u_{k-1} et per quantitates t_k, t_{k+1}, ..., t_n: quo facto prodeat:

$$(7)\qquad Eu+E_1u_1+\cdots+E_ku_k=F_kt_k+F_{k+1}t_{k+1}+\cdots+F_nt_n,$$

erit

$$(8)\qquad E_k=\Sigma\pm A_k^{(k)}A_{k+1}^{(k+1)}\dots A_n^{(n)},\quad F_k=R.\Sigma\pm A_{k+1}^{(k+1)}A_{k+2}^{(k+2)}\dots A_n^{(n)}.$$

Aequationes (5) et (7) inter se convenire debent, nam per aequationes propositas (1) unico tantum modo exprimi potest t_k per t_{k+1}, t_{k+2}, ..., t_n, u, u_1, ..., u_k. Unde fieri debet

$$\frac{D_k}{C_k}=\frac{E_k}{F_k}$$

sive

$$(9)\qquad \frac{\Sigma\pm aa_1'a_2''\dots a_{k-1}^{(k-1)}}{\Sigma\pm aa_1'a_2''\dots a_k^{(k)}}=\frac{\Sigma\pm A_k^{(k)}A_{k+1}^{(k+1)}\dots A_n^{(n)}}{R.\Sigma\pm A_{k+1}^{(k+1)}A_{k+2}^{(k+2)}\dots A_n^{(n)}}.$$

In hac formula generali ipsi k tribuendo valores

$$n-1,\quad n-2,\quad n-3,\quad \dots,\quad 1,$$

prodit:

$$(10)\quad \begin{cases} \dfrac{\Sigma \pm a a_1' \dots a_{n-2}^{(n-2)}}{\Sigma \pm a a_1' \dots a_{n-1}^{(n-1)}} = \dfrac{\Sigma \pm A_{n-1}^{(n-1)} A_n^{(n)}}{R A_n^{(n)}}, \\ \dfrac{\Sigma \pm a a_1' \dots a_{n-3}^{(n-3)}}{\Sigma \pm a a_1' \dots a_{n-2}^{(n-2)}} = \dfrac{\Sigma \pm A_{n-2}^{(n-2)} A_{n-1}^{(n-1)} A_n^{(n)}}{R \Sigma \pm A_{n-1}^{(n-1)} A_n^{(n)}}, \\ \dots\dots\dots\dots\dots\dots \\ \dfrac{a}{\Sigma \pm a a_1'} = \dfrac{\Sigma \pm A_1' A_2'' \dots A_n^{(n)}}{R \Sigma \pm A_2'' A_3''' \dots A_n^{(n)}}, \end{cases}$$

Harum aequationum prima suppeditat

$$\Sigma \pm A_{n-1}^{(n-1)} A_n^{(n)} = R \Sigma \pm a a_1' \dots a_{n-2}^{(n-2)} = R A_{n-1,n}^{n-1,n},$$

quae cum formula (4) §. pr. convenit. Deinde aequationum (10) duas, tres, quatuor etc. primas inter se multiplicando, prodit formularum systema hoc:

$$(11)\quad \begin{cases} \Sigma \pm A_{n-1}^{(n-1)} A_n^{(n)} = R\, \Sigma \pm a a_1' \dots a_{n-2}^{(n-2)}, \\ \Sigma \pm A_{n-2}^{(n-2)} A_{n-1}^{(n-1)} A_n^{(n)} = R^2 \Sigma \pm a a_1' \dots a_{n-3}^{(n-3)}, \\ \dots\dots\dots\dots\dots\dots \\ \Sigma \pm A_1' A_2'' \dots A_n^{(n)} = R^{n-1} a. \end{cases}$$

Quas formulas amplectitur formula generalis

$$(12)\quad \Sigma \pm A_{k+1}^{(k+1)} A_{k+2}^{(k+2)} \dots A_n^{(n)} = R^{n-k-1} \Sigma \pm a a_1' \dots a_k^{(k)}.$$

E qua aliae plurimae profluunt, indices

$$0,\ 1,\ 2,\ \dots,\ k,\ k+1,\ k+2,\ \dots,\ n$$

omnimodis permutando. Veluti si formularum (11) postremam sic repraesentamus:

$$\frac{\partial \Sigma \pm A A_1' A_2'' \dots A_n^{(n)}}{\partial A} = a R^{n-1},$$

generaliter habebitur:

$$\frac{\partial \Sigma \pm A A_1' A_2'' \dots A_n^{(n)}}{\partial A_k^{(i)}} = a_k^{(i)} R^{n-1}.$$

Ponendo

$$\Sigma \pm A A_1' \dots A_n^{(n)} = r,$$

fit

$$r = A \frac{\partial r}{\partial A} + A_1 \frac{\partial r}{\partial A_1} + \dots + A_n \frac{\partial r}{\partial A_n}$$
$$= R^{n-1}(A a + A_1 a_1 + \dots + A_n a_n),$$

sive e §. 6:

$$(13)\quad \Sigma \pm A A_1' \dots A_n^{(n)} = R^n.$$

Quae notissima formula est.

12.

Substituendo secundum (3) §. 6 ipsis $A_k^{(i)}$ expressiones

$$A_k^{(i)} = \frac{\partial R}{\partial a_k^{(i)}}, \tag{1}$$

sequitur e formulis §. 7, *propositis aequationibus linearibus*

$$\left\{\begin{array}{l} u \;= at \;+a_1 t_1 \;+\cdots+a_n t_n, \\ u_1 = a' t \;+a'_1 t_1 \;+\cdots+a'_n t_n, \\ \cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot \\ u_n = a^{(n)} t + a_1^{(n)} t_1 + \cdots + a_n^{(n)} t_n, \end{array}\right. \tag{2}$$

fieri

$$\left\{\begin{array}{l} R.t \;= \frac{\partial R}{\partial a} u + \frac{\partial R}{\partial a'} u_1 + \cdots + \frac{\partial R}{\partial a^{(n)}} u_n, \\ R.t_1 = \frac{\partial R}{\partial a_1} u + \frac{\partial R}{\partial a'_1} u_1 + \cdots + \frac{\partial R}{\partial a_1^{(n)}} u_n, \\ \cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot \\ R.t_n = \frac{\partial R}{\partial a_n} u + \frac{\partial R}{\partial a'_n} u_1 + \cdots + \frac{\partial R}{\partial a_n^{(n)}} u_n. \end{array}\right. \tag{3}$$

Proponamus systemata aequationum linearium, in quibus omnibus iidem sint incognitarum Coëfficientes, et quae solis terminis mere constantibus inter se differunt. Quarum aequationum typus generalis sit

$$\left\{\begin{array}{l} at \;+a_1 t_1 \;+\cdots+a_n t_n \;= \delta a_k, \\ a't \;+a'_1 t_1 \;+\cdots+a'_n t_n \;= \delta a'_k, \\ \cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot \\ a^{(n)} t + a_1^{(n)} t_1 + \cdots + a_n^{(n)} t_n = \delta a_k^{(n)}, \end{array}\right. \tag{4}$$

e quibus aequationibus $n+1$ systemata proposita obtineantur ponendo ipsius k loco indices $0,\ 1,\ 2,\ \ldots,\ n$. Valores incognitarum e systemate aequationum (4) provenientes vocemus

$$t^{(k)},\quad t_1^{(k)},\quad \ldots,\quad t_n^{(k)},$$

erit secundum (3):

$$R.t_k^{(k)} = \frac{\partial R}{\partial a_k} \delta a_k + \frac{\partial R}{\partial a'_k} \delta a'_k + \cdots + \frac{\partial R}{\partial a_k^{(n)}} \delta a_k^{(n)}. \tag{5}$$

Unde tribuendo indici k cunctos valores $0,\ 1,\ 2,\ \ldots,\ n$ et summando prodit formula:

$$R(t + t'_1 + t''_2 + \cdots + t_n^{(n)}) = \delta R \tag{6}$$

sive etiam

$$(7)\qquad t+t_1'+t_2''+\cdots+t_n^{(n)} = \delta \log R.$$

Expressio ad dextram formulae praecedentis est summa e valore primae incognitae e primo aequationum systemate, e valore secundae incognitae e secundo systemate eruto etc. Signum variationis — δ — functioni alicui U elementorum $a_k^{(i)}$ praefigendo intelligo summam

$$(8)\qquad \delta U = \Sigma \frac{\partial U}{\partial a_k^{(i)}} \delta a_k^{(i)},$$

designantibus $\delta a_k^{(i)}$ quantitates quascunque et summa ad utriusque indicis i et k cunctos valores $0, 1, \ldots, n$ sive quod idem est ad cuncta Determinantis elementa extensa.

Supponamus typum aequationum propositarum esse

$$(9)\qquad \begin{cases} a t^{(k)} + a_1 t_1^{(k)} + \cdots + a_n t_n^{(k)} = \delta a_k + (0, k), \\ a' t^{(k)} + a_1' t_1^{(k)} + \cdots + a_n' t_n^{(k)} = \delta a_k' + (1, k), \\ \dots\dots\dots\dots\dots\dots \\ a^{(n)} t^{(k)} + a_1^{(n)} t_1^{(k)} + \cdots + a_n^{(n)} t_n^{(k)} = \delta a_k^{(n)} + (n, k); \end{cases}$$

mutabitur formula (5) in hanc:

$$(10)\qquad \begin{cases} R t_k^{(k)} = \frac{\partial R}{\partial a_k} \delta a_k + \frac{\partial R}{\partial a_k'} \delta a_k' + \cdots + \frac{\partial R}{\partial a_k^{(n)}} \delta a_k^{(n)} \\ \qquad + \frac{\partial R}{\partial a_k}(0, k) + \frac{\partial R}{\partial a_k'}(1, k) + \cdots + \frac{\partial R}{\partial a_k^{(n)}}(n, k), \end{cases}$$

ideoque mutabitur (6) in hanc:

$$(11)\qquad R(t+t_1'+t_2''+\cdots+t_n^{(n)}) = \delta R + \Sigma \frac{\partial R}{\partial a_k^{(i)}}(i, k),$$

summa ad indicum i et k cunctos valores $0, 1, 2, \ldots, n$ extensa.

Ponamus inter Coëfficientes aequationum linearium propositarum locum habere aequationes

$$a_k^{(i)} = a_i^{(k)},$$

unde etiam quantitates

$$\frac{\partial R}{\partial a_k^{(i)}} = A_k^{(i)}, \quad \frac{\partial R}{\partial a_i^{(k)}} = A_i^{(k)}$$

inter se aequales existunt (§. 6). Supponamus porro quantitates (i, k) indicum i et k permutatione valores induere oppositos, sive fieri

$$(12)\qquad (k, i) = -(i, k), \quad (k, k) = 0.$$

Quibus positis in summa

$$\Sigma \frac{\partial R}{\partial a_k^{(i)}}(i,k)$$

termini

$$\frac{\partial R}{\partial a_k^{(k)}}(k,k)$$

evanescunt; porro pro i et k diversis bini termini

$$\frac{\partial R}{\partial a_k^{(i)}}(i,k)+\frac{\partial R}{\partial a_i^{(k)}}(k,i)$$

sese mutuo destruunt, unde tota summa

$$\Sigma \frac{\partial R}{\partial a_k^{(i)}}(i,k)$$

evanescit. Habemus igitur hanc Propositionem.

Propositio.

„Proponatur aequationum linearium systema

$$\begin{array}{l} a t^{(k)} + a_1 t_1^{(k)} + \cdots + a_n t_n^{(k)} = \delta a_k + (0, k), \\ a' t^{(k)} + a_1' t_1^{(k)} + \cdots + a_n' t_n^{(k)} = \delta a_k' + (1, k), \\ \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \\ a^{(n)} t^{(k)} + a_1^{(n)} t_1^{(k)} + \cdots + a_n^{(n)} t_n^{(k)} = \delta a_k^{(n)} + (n, k), \end{array}$$

in quibus

$$a_k^{(i)} = a_i^{(k)}$$

atque (i, k) sunt quantitates quaecunque, pro quibus fit

$$(i,k) = -(k,i), \quad (k,k) = 0;$$

e systemate aequationum proposito formentur $n+1$ systemata, ponendo pro ipso k indices $0, 1, 2, \ldots, n$, atque e primo systemate eruatur valor primae incognitae, e secundo secundae etc.: omnium summa aequatur variationi logarithmi Determinantis aequationum propositarum, sive fit

$$t + t_1' + t_2'' + \cdots + t_n^{(n)} = \delta \log \Sigma \pm a a_1' a_2'' \ldots a_n^{(n)}.\text{“}$$

Hac interdum Propositione solvere licet quaestiones Analyticas gravissimas, quae primo intuitu valde complicatae videntur. Cuius rei alia occasione tradam exempla.



13.

Statuamus

(1) $$c_k^{(i)} = S\alpha^{(i)}\alpha^{(k)} = \alpha^{(i)}\alpha^{(k)} + \alpha_1^{(i)}\alpha_1^{(k)} + \cdots + \alpha_p^{(i)}\alpha_p^{(k)},$$

ac vocemus P Determinans ad elementa $c_k^{(i)}$ pertinens, quod rursus $(n+1)^{\text{ti}}$ gradus sit, ita ut habeatur

(2) $$P = \Sigma \pm c c_1' c_2'' \ldots c_n^{(n)}.$$

Est productum

(3) $$\pm c c_1' c_2'' \ldots c_n^{(n)} = \pm S\alpha\alpha . S\alpha'\alpha' . S\alpha''\alpha'' \ldots S\alpha^{(n)}\alpha^{(n)},$$

quod summarum productum per unam summam repraesentare licet

(4) $$\begin{cases} \pm c c_1' c_2'' \ldots c_n^{(n)} = \pm S\alpha_m\alpha_m . \alpha'_{m'}\alpha'_{m'} . \alpha''_{m''}\alpha''_{m''} \ldots \alpha^{(n)}_{m^{(n)}}\alpha^{(n)}_{m^{(n)}} \\ \qquad = \pm S\alpha_m\alpha'_{m'} \ldots \alpha^{(n)}_{m^{(n)}} . \alpha_m\alpha'_{m'} \ldots \alpha^{(n)}_{m^{(n)}}, \end{cases}$$

siquidem signum summatorium S ad solos indices inferiores m, m' etc. referimus, quibus singulis cuncti valores tribuendi sunt

$$0, \ 1, \ 2, \ \ldots, \ p.$$

Permutando quantitatum c indices superiores, indices superiores ipsorum α easdem Permutationes subeunt; contra permutando quantitatum c indices inferiores, elementorum α indices superiores easdem Permutationes subeunt. Prodit Determinans P ex aequationis (4) laeva parte, indices ipsius c superiores $0, 1, 2, \ldots, n$ omnibus modis permutando simulque signum positivum aut negativum praefigendo, prout eorum indicum permutatio positiva aut negativa est. Qua de re obtinetur P ex expressione

$$S \pm \alpha_m\alpha'_{m'} \ldots \alpha^{(n)}_{m^{(n)}} . \alpha_m\alpha'_{m'} \ldots \alpha^{(n)}_{m^{(n)}},$$

indices ipsius α superiores omnimodis permutando, signo positivo aut negativo praefixo, prout Permutatio positiva aut negativa est, unde fit

(5) $$P = S\left(\alpha_m\alpha'_{m'} \ldots \alpha^{(n)}_{m^{(n)}} . \Sigma \pm \alpha_m\alpha'_{m'} \ldots \alpha^{(n)}_{m^{(n)}}\right).$$

At secundum Determinantium proprietatem fundamentalem evanescit Determinans

$$\Sigma \pm \alpha_m\alpha'_{m'} \ldots \alpha^{(n)}_{m^{(n)}},$$

quoties indicum

$$m, \ m', \ \ldots, \ m^{(n)}$$

duo quicunque inter se aequales existunt. Qua de re sufficit in aequatione (5) signum S referre ad indicum m, m' etc. *valores a se diversos* quocunque modo

e numero indicum 0, 1, 2, ..., p petitos. Distinguamus iam inter tres casus, quibus $p < n$, $p = n$, $p > n$.

Sit $p < n$; non licet indicibus m, m', ..., $m^{(n)}$, quorum numerus est $n+1$, valores inter se diversos e numero $p+1$ indicum 0, 1, 2, ..., p tribuere; qua de re semper evanescit Determinans

$$\Sigma \pm \alpha_m \alpha'_{m'} \dots \alpha^{(n)}_{m^{(n)}},$$

ideoque totum Aggregatum, quod signum S amplectitur. Qua de re hanc habemus Propositionem.

Propositio I.

„Sit

$$c^{(i)}_k = a^{(i)} a^{(k)} + a^{(i)}_1 a^{(k)}_1 + \dots + a^{(i)}_p a^{(k)}_p,$$

quoties $p < n$, evanescit Determinans

$$\Sigma \pm c c'_1 c''_2 \dots c^{(n)}_n.\text{“}$$

Iam secundum casum examinemus, qui prae ceteris momenti est.

Sit $p = n$; indices inter se diversi m, m', ..., $m^{(n)}$ ex indicibus 0, 1, 2, ..., n sumi debent ideoque, cum utrorumque idem numerus sit, indices m, m' etc. cum indicibus 0, 1, 2, ..., n conveniunt, ordinis respectu non habito. Qua de re eruitur P e formula:

$$P = S a a'_1 \dots a^{(n)}_n \Sigma \pm \alpha \alpha'_1 \dots \alpha^{(n)}_n,$$

indicibus inferioribus 0, 1, ... omnimodis permutatis, ita tamen ut in utroque factore

$$a a'_1 \dots a^{(n)}_n, \quad \Sigma \pm \alpha \alpha'_1 \dots \alpha^{(n)}_n$$

eadem adhibeatur Permutatio. At iis Permutationibus Determinans

$$\Sigma \pm \alpha \alpha'_1 \dots \alpha^{(n)}_n$$

aut non mutatur aut tantum signum mutat, prout Permutatio positiva aut negativa est. Qua de re eruimus P, si in expressione

$$\pm a a'_1 \dots a^{(n)}_n . \Sigma \pm \alpha \alpha'_1 \dots \alpha^{(n)}_n$$

indices ipsorum α inferiores omnimodis permutantur signo positivo aut negativo electo, prout Permutatio positiva aut negativa est. Unde si ponimus

$$\Sigma \pm a a'_1 \dots a^{(n)}_n = R, \quad \Sigma \pm \alpha \alpha'_1 \dots \alpha^{(n)}_n = \mathrm{P}, \tag{6}$$

fit

$$P = \mathrm{P} R. \tag{7}$$

Qua formula haec continetur Propositio in his quaestionibus fundamentalis.

Propositio II.

„Datis binis quibuscunque eiusdem gradus Determinantibus eorum productum exhiberi potest ut eiusdem gradus Determinans, cuius elementa sunt expressiones rationales integrae elementorum Determinantium propositorum; videlicet posito

$$c_k^{(i)} = \alpha^{(i)} a^{(k)} + \alpha_1^{(i)} a_1^{(k)} + \cdots + \alpha_n^{(i)} a_n^{(k)}$$

atque

$$R = \Sigma \pm a a_1' \ldots a_n^{(n)}, \quad \mathrm{P} = \Sigma \pm \alpha \alpha_1' \ldots \alpha_n^{(n)}, \quad P = \Sigma \pm c c_1' \ldots c_n^{(n)},$$

fit

$$P = \mathrm{P} R.“$$

E Propositione antecedente fluit generalior:

datis quotcunque eiusdem gradus Determinantibus eorum productum ut eiusdem gradus exhiberi posse Determinans, cuius elementa expressiones sint rationales integrae elementorum Determinantium propositorum.

Non essentiale est, quod Prop. II. supponitur, utriusque Determinantis eundem gradum esse; vidimus enim §. 5, quodlibet Determinans $(m+1)^{\text{ti}}$ gradus

$$\Sigma \pm \alpha \alpha_1' \ldots \alpha_m^{(m)}$$

etiam pro altioris gradus Determinante haberi posse. Sit $m < n$ atque supponamus evanescere cuncta elementa

$$\alpha_k^{(m+1)}, \quad \alpha_k^{(m+2)}, \quad \ldots, \quad \alpha_k^{(n)},$$

in quibus inferior index superiore minor est, porro esse

$$\alpha_{m+1}^{(m+1)} = \alpha_{m+2}^{(m+2)} = \cdots = \alpha_n^{(n)} = 1;$$

erit secundum §. 5, IV.:

$$\Sigma \pm \alpha \alpha_1' \alpha_2'' \ldots \alpha_n^{(n)} = \Sigma \pm \alpha \alpha_1' \ldots \alpha_m^{(m)}.$$

Eo igitur casu fit:

$$(8) \qquad \Sigma \pm \alpha \alpha_1' \alpha_2'' \ldots \alpha_m^{(m)} . \Sigma \pm a a_1' a_2'' \ldots a_n^{(n)} = \Sigma \pm c c_1' c_2'' \ldots c_n^{(n)},$$

sive habetur

Propositio III.

„Sit pro indicis i valoribus $0, 1, 2, \ldots, m$

$$c_k^{(i)} = \alpha^{(i)} a^{(k)} + \alpha_1^{(i)} a_1^{(k)} + \cdots + \alpha_n^{(i)} a_n^{(k)},$$

pro indicibus i valoribus maioribus quam m

$$c_k^{(i)} = a_i^{(k)} + \alpha_{i+1}^{(i)} a_{i+1}^{(k)} + \alpha_{i+2}^{(i)} a_{i+2}^{(k)} + \cdots + \alpha_n^{(i)} a_n^{(k)},$$

erit

$$\Sigma \pm \alpha \alpha_1' \dots \alpha_m^{(m)} \Sigma \pm a a_1' \dots a_n^{(n)} = \Sigma \pm c c_1' c_2'' \dots c_n^{(n)}.\text{“}$$

In parte laeva aequationis (8) non inveniuntur elementa α, quorum index superior ipso m maior est, unde in Prop. antec. de valoribus eorum ex arbitrio statuere licet. Quos si evanescere ponimus, fit pro ipso $i \leqq m$

$$c_k^{(i)} = \alpha^{(i)} a^{(k)} + \alpha_1^{(i)} a_1^{(k)} + \dots + \alpha_m^{(i)} a_m^{(k)},$$

pro $i > m$

$$c_k^{(i)} = a_i^{(k)}.$$

14.

Accedamus ad casum, quo $p > n$; secundum formulam (5) §. pr. fit P summa expressionum

$$a_m a'_{m'} \dots a^{(n)}_{m^{(n)}} . \Sigma \pm \alpha_m \alpha'_{m'} \dots \alpha^{(n)}_{m^{(n)}},$$

indicibus m, m' etc. tributis quibuscunque $n+1$ valoribus a se diversis e numero indicum 0, 1, 2, ..., p. Qua de re ex ipsis 0, 1, 2, ..., p electis $n+1$ numeris diversis, hi numeri omnimodis inter se permutati pro indicibus inferioribus m, m', ..., $m^{(n)}$ sumi debent, omnibusque illis Permutationibus pro quibuscunque $n+1$ numeris factis, singula Aggregata $1.2\dots(n+1)$ terminorum sic provenientia summanda sunt. At illis indicum inferiorum m, m' etc. Permutationibus Determinans

$$\Sigma \pm \alpha_m \alpha'_{m'} \dots \alpha^{(n)}_{m^{(n)}}$$

non mutatur aut solum signum mutat, prout Permutatio positiva aut negativa est. Qua de re fit

$$P = S \Sigma \pm \alpha_m \alpha'_{m'} \dots \alpha^{(n)}_{m^{(n)}} \Sigma \pm a_m a'_{m'} \dots a^{(n)}_{m^{(n)}},$$

sive fit P Aggregatum e

$$\frac{(p+1).p.(p-1)\dots(p-n+1)}{1.2.3\dots(n+1)} = \frac{(p+1).p.(p-1)\dots(n+2)}{1.2.3\dots(p-n)}$$

productis binorum Determinantium

$$\Sigma \pm \alpha_m \alpha'_{m'} \dots \alpha^{(n)}_{m^{(n)}} . \Sigma \pm a_m a'_{m'} \dots a^{(n)}_{m^{(n)}},$$

quae obtinentur quoscunque $n+1$ diversos numeros ex ipsis 0, 1, 2, ..., p pro indicibus inferioribus m, m', ..., $m^{(n)}$ sumendo. Habemus igitur sequentem Propositionem:

Propositio IV.

„Formentur producta binorum Determinantium

$$\Sigma \pm a_m a'_{m'} \dots a^{(n)}_{m^{(n)}} . \Sigma \pm a_m a'_{m'} \dots a^{(n)}_{m^{(n)}},$$

pro indicibus inferioribus m, m' etc. quoscunque sumendo $n+1$ numeros ex ipsis $0, 1, 2, \dots, p$, ubi $p > n$: cunctorum eiusmodi productorum summa aequatur Determinanti

$$\Sigma \pm c c'_1 \dots c^{(n)}_n,$$

cuius elementa dantur per formulam

$$c^{(i)}_k = \alpha^{(i)} a^{(k)} + \alpha^{(i)}_1 a^{(k)}_1 + \dots + \alpha^{(i)}_p a^{(k)}_p.\text{“}$$

Casu particulari, quo pro omnibus ipsorum i et k valoribus fit

$$\alpha^{(i)}_m = a^{(i)}_m,$$

e Propp. antecc. haec fluit:

Propositio V.

„Posito

$$c^{(i)}_k = c^{(k)}_i = a^{(i)} a^{(k)} + a^{(i)}_1 a^{(k)}_1 + \dots + a^{(i)}_p a^{(k)}_p,$$

sit Determinans

$$\Sigma \pm c c'_1 \dots c^{(n)}_n = P;$$

ubi $p < n$, fit

$$P = 0;$$

ubi $p = n$, fit

$$P = \{\Sigma \pm a a'_1 \dots a^{(n)}_n\}^2;$$

ubi $p > n$, fit

$$P = S\{\Sigma \pm a_m a'_{m'} \dots a^{(n)}_{m^{(n)}}\}^2,$$

siquidem pro indicibus inferioribus m, m' etc. sumuntur quilibet $n+1$ diversi e numeris $0, 1, 2, \dots, p$.“

Hinc ut Corollarium sequitur, *quoties quantitates $a^{(i)}_k$ reales sint, Determinans*

$$\Sigma \pm c c'_1 \dots c^{(n)}_n$$

evanescere non posse, nisi Determinantia

$$\Sigma \pm a_m a'_{m'} \dots a^{(n)}_{m^{(n)}}$$

singula evanescant.

Propositiones II., IV. Ill. Cauchy demonstravit loco citato.

15.

Proponantur aequationes lineares

$$(1)\qquad \begin{cases} cx\;\; +c_1x_1\;\; +\cdots+c_nx_n\;\; = \gamma, \\ c'x\;\; +c_1'x_1\;\; +\cdots+c_n'x_n\;\; = \gamma', \\ \cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot \\ c^{(n)}x+c_1^{(n)}x_1+\cdots+c_n^{(n)}x_n = \gamma^{(n)}, \end{cases}$$

ubi

$$(2)\qquad c_k^{(i)} = \alpha^{(i)}\alpha^{(k)}+\alpha_1^{(i)}\alpha_1^{(k)}+\cdots+\alpha_p^{(i)}\alpha_p^{(k)},$$

$$(3)\qquad \gamma_k^{(i)} = \alpha^{(i)}l+\alpha_1^{(i)}l_1+\cdots+\alpha_p^{(i)}l_p.$$

Quae proveniunt aequationes, si $p+1$ aequationes

$$(4)\qquad \begin{cases} \alpha x\;\; +\alpha'x_1+\cdots+\alpha^{(n)}x_n = l, \\ \alpha_1x+\alpha_1'x_1+\cdots+\alpha_1^{(n)}x_n = l_1, \\ \cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot \\ \alpha_px+\alpha_p'x_1+\cdots+\alpha_p^{(n)}x_n = l_p \end{cases}$$

per factores

$$\alpha^{(i)},\quad \alpha_1^{(i)},\quad \ldots,\quad \alpha_p^{(i)}$$

multiplicatae adduntur. Si $p<n$, aequationum (1) Determinans secundum Prop. I. §. 13 evanescit, quo casu incognitarum valores aut infiniti aut indeterminati evadunt. Indeterminatos eos evadere inde patet, quod aequationibus (1) satisfit quoties aequationibus (4) satisfactum est; si vero $p<n$, aequationum (4) numerus numero incognitarum minor est ideoque aequationibus illis infinitis modis satisfieri potest.

Sit $p \geqq n$, ac statuamus rursus

$$(5)\qquad P = \Sigma \pm cc_1'\ldots c_n^{(n)};$$

resolvendo (1) provenit

$$(6)\qquad \begin{cases} P.x\;\; = \dfrac{\partial P}{\partial c}\gamma+\dfrac{\partial P}{\partial c'}\gamma'+\cdots+\dfrac{\partial P}{\partial c^{(n)}}\gamma^{(n)}, \\ P.x_1 = \dfrac{\partial P}{\partial c_1}\gamma+\dfrac{\partial P}{\partial c_1'}\gamma'+\cdots+\dfrac{\partial P}{\partial c_1^{(n)}}\gamma^{(n)}, \\ \cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot\;\;\cdot \\ P.x_n = \dfrac{\partial P}{\partial c_n}\gamma+\dfrac{\partial P}{\partial c_n'}\gamma'+\cdots+\dfrac{\partial P}{\partial c_n^{(n)}}\gamma^{(n)}. \end{cases}$$

In quibus valoribus ipsius $\gamma^{(i)}$ expressiones (3) substituamus, quo facto prodeat:

$$(7)\qquad \begin{cases} P.x = \beta l + \beta_1 l_1 + \cdots + \beta_p l_p, \\ P.x_1 = \beta' l + \beta'_1 l_1 + \cdots + \beta'_p l_p, \\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot \\ P.x_n = \beta^{(n)} l + \beta_1^{(n)} l_1 + \cdots + \beta_p^{(n)} l_p; \end{cases}$$

erit

$$(8)\qquad \beta_m^{(k)} = \alpha_m \frac{\partial P}{\partial c_k} + \alpha'_m \frac{\partial P}{\partial c'_k} + \cdots + \alpha_m^{(n)} \frac{\partial P}{\partial c_k^{(n)}}.$$

Quas expressiones secundum (2) sic quoque exhibere licet:

$$(9)\qquad \beta_m^{(k)} = \frac{\partial P}{\partial c_k} \cdot \frac{\partial c_k}{\partial a_m^{(k)}} + \frac{\partial P}{\partial c'_k} \cdot \frac{\partial c'_k}{\partial a_m^{(k)}} + \cdots + \frac{\partial P}{\partial c_k^{(n)}} \cdot \frac{\partial c_k^{(n)}}{\partial a_m^{(k)}}.$$

Inter omnes quantitates c solae sunt quantitates c_k, c'_k, ..., $c_k^{(n)}$, quae elementum $a_m^{(k)}$ implicant; expresso igitur P per quantitates α, a ope formularum (2) fit

$$(10)\qquad \beta_m^{(k)} = \frac{\partial P}{\partial a_m^{(k)}}.$$

Unde incognitarum valores (7) per has formulas exhiberi possunt:

$$(11)\qquad \begin{cases} P.x = \frac{\partial P}{\partial a} l + \frac{\partial P}{\partial a_1} l_1 + \cdots + \frac{\partial P}{\partial a_p} l_p, \\ P.x_1 = \frac{\partial P}{\partial a'} l + \frac{\partial P}{\partial a'_1} l_1 + \cdots + \frac{\partial P}{\partial a'_p} l_p, \\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot \\ P.x_n = \frac{\partial P}{\partial a^{(n)}} l + \frac{\partial P}{\partial a_1^{(n)}} l_1 + \cdots + \frac{\partial P}{\partial a_p^{(n)}} l_p. \end{cases}$$

Ponamus rursus

$$(12)\qquad R = \Sigma \pm a_m a'_{m'} \ldots a^{(n)}_{m^{(n)}}, \quad \mathrm{P} = \Sigma \pm \alpha_m \alpha'_{m'} \ldots \alpha^{(n)}_{m^{(n)}},$$

atque signum summatorium — S — extendamus ad quaelibet ipsorum m, m', ..., $m^{(n)}$ systemata, in quibus m, m' etc. $n+1$ diversis numeris ex ipsis 0, 1, 2, ..., p aequantur. Erit secundum Prop. IV. §. pr.

$$(13)\qquad P = S.\mathrm{P}R.$$

Qua formula in (11) substituta fit

$$(14)\qquad \begin{cases} \{S.\mathrm{P}R\} x = S.\mathrm{P}\left\{\frac{\partial R}{\partial a} l + \frac{\partial R}{\partial a_1} l_1 + \cdots + \frac{\partial R}{\partial a_p} l_p\right\}, \\ \{S.\mathrm{P}R\} x_1 = S.\mathrm{P}\left\{\frac{\partial R}{\partial a'} l + \frac{\partial R}{\partial a'_1} l_1 + \cdots + \frac{\partial R}{\partial a'_p} l_p\right\}, \\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot \\ \{S.\mathrm{P}R\} x_n = S.\mathrm{P}\left\{\frac{\partial R}{\partial a^{(n)}} l + \frac{\partial R}{\partial a_1^{(n)}} l_1 + \cdots + \frac{\partial R}{\partial a_p^{(n)}} l_p\right\}. \end{cases}$$

Expressionem R non ingrediuntur omnia elementa

$$a^{(i)},\quad a_1^{(i)},\quad \ldots,\quad a_p^{(i)},$$

sed tantum elementa

$$a_m^{(i)},\quad a_{m'}^{(i)},\quad \ldots,\quad a_{m^{(n)}}^{(i)}.$$

Qua de re valores (14) sic quoque exhibere licet:

$$(15)\qquad \begin{cases} \{S.\mathrm{P}R\}x \;\;= S.\mathrm{P}\left\{\dfrac{\partial R}{\partial a_m}\, l_m + \dfrac{\partial R}{\partial a_{m'}}\, l_{m'} + \cdots + \dfrac{\partial R}{\partial a_{m^{(n)}}}\, l_{m^{(n)}}\right\}, \\ \{S.\mathrm{P}R\}x_1 = S.\mathrm{P}\left\{\dfrac{\partial R}{\partial a'_m}\, l_m + \dfrac{\partial R}{\partial a'_{m'}}\, l_{m'} + \cdots + \dfrac{\partial R}{\partial a'_{m^{(n)}}}\, l_{m^{(n)}}\right\}, \\ \cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots \\ \{S.\mathrm{P}R\}x_n = S.\mathrm{P}\left\{\dfrac{\partial R}{\partial a_m^{(n)}}\; {}_{m} + \dfrac{\partial R}{\partial a_{m'}^{(n)}}\, l_{m'} + \cdots + \dfrac{\partial R}{\partial a_{m^{(n)}}^{(n)}}\, l_{m^{(n)}}\right\}. \end{cases}$$

Designemus per

$$(x),\quad (x_1),\quad \ldots,\quad (x_n),$$

valores incognitarum $x, x_1, \ldots, x_n$ provenientes e $n+1$ aequationibus e numero aequationum (4), in quibus termini constantes sint

$$l_m,\quad l_{m'},\quad \ldots,\quad l_{m^{(n)}};$$

erunt expressiones uncis inclusae, quae in dextra parte aequationum (15) sub signo S inveniuntur per P multiplicatae, aequales ipsis

$$R(x),\quad R(x_1),\quad \ldots,\quad R(x_n).$$

Unde poterunt iam formulae (15) sic exhiberi:

$$(16)\qquad \begin{cases} \{S.\mathrm{P}R\}x \;\;= S.\mathrm{P}R(x), \\ \{S.\mathrm{P}R\}x_1 = S.\mathrm{P}R(x_1), \\ \cdots\cdots\cdots\cdots \\ \{S.\mathrm{P}R\}x_n = S.\mathrm{P}R(x_n), \end{cases}$$

unde

$$(17)\qquad x = \frac{S.\mathrm{P}R(x)}{S.\mathrm{P}R},\quad x_1 = \frac{S.\mathrm{P}R(x_1)}{S.\mathrm{P}R},\quad \ldots,\quad x_n = \frac{S.\mathrm{P}R(x_n)}{S.\mathrm{P}R}.$$

Quae sequens est Propositio:

Propositio I.

„Quascunque $n+1$ combinando e $p+1$ aequationibus (4) veluti $(m+1)^{\text{tam}}$, $(m'+1)^{\text{tam}}$, $\ldots$, $(m^{(n)}+1)^{\text{tam}}$, eruantur incognitarum $x, x_1, \ldots, x_n$ valores

$$(x),\quad (x_1),\quad \ldots,\quad (x_n);$$

qui valores omnes per *eandem* quantitatem multiplicentur

$$\mathrm{P}R = \Sigma \pm a_m a'_{m'} \ldots a^{(n)}_{m^{(n)}} . \Sigma \pm a_m a'_{m'} \ldots a^{(n)}_{m^{(n)}};$$

pro omnibus illis combinationibus, quarum numerus est

$$\frac{(p+1).p\ldots(p-n+1)}{1.2\ldots(n+1)} = \frac{(p+1).(p\ldots n+2)}{1.2\ldots(p-n)},$$

producta singula

$$\mathrm{P}R.(x),\quad \mathrm{P}R.(x_1),\quad \ldots,\quad \mathrm{P}R.(x_n)$$

summando ac dividendo per summam ipsorum $\mathrm{P}R$ prodeunt incognitarum valores, quales per aequationes (1) determinantur,

$$x = \frac{S.\mathrm{P}R(x)}{S.\mathrm{P}R},\quad x_1 = \frac{S.\mathrm{P}R(x_1)}{S.\mathrm{P}R},\quad \ldots,\quad x_n = \frac{S.\mathrm{P}R(x_n)}{S.R\mathrm{P}}.\text{“}$$

Si rursus fit

$$\alpha^{(i)}_m = a^{(i)}_m,$$

abeunt aequationes (1) in sequentes:

$$(18)\qquad \begin{cases} (aa)x \;+(aa')x_1 \;+\cdots+(aa^{(n)})x_n \;= (al), \\ (a'a)x \;+(a'a')x_1 +\cdots+(a'a^{(n)})x_n \;= (a'l), \\ \cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots \\ (a^{(n)}a)x+(a^{(n)}a')x_1+\cdots+(a^{(n)}a^{(n)})x_n = (a^{(n)}l), \end{cases}$$

siquidem

$$(a^{(i)}a^{(k)}) = (a^{(k)}a^{(i)}) = a^{(i)}a^{(k)}+a^{(i)}_1 a^{(k)}_1+\cdots+(a^{(i)}_p a^{(k)}_p)$$
$$(a^{(i)}l) = (a^{(i)}l \;+a^{(i)}_1 l_1 \;+\cdots+a^{(i)}_p l_p.$$

Aequationes (18) eaedem sunt atque adhibentur ad determinationem incognitarum x, x_1 etc. per *Methodum Minimorum Quadratorum*, si Observationes numerum aequationum (4) suppeditarunt ipsum incognitarum numerum excedentem. Ponendo enim

$$U = S.(a_m x + a'_m x_1 + \cdots + a^{(n)}_m x_n - l_m)^2,$$

summa S extensa ad ipsius m valores $0, 1, \ldots, p$, aequationes (18) conveniunt cum his

$$\tfrac{1}{2}\frac{\partial U}{\partial x} = 0,\quad \tfrac{1}{2}\frac{\partial U}{\partial x_1} = 0,\quad \ldots,\quad \tfrac{1}{2}\frac{\partial U}{\partial x_n} = 0,$$

pro quibus U valorem Minimum nanciscitur.

Habemus igitur hanc Propositionem:

Propositio II.

„Proponantur aequationes

$$ax+a'x_1+a''x_2+\cdots+a^{(n)}x_n = l,$$
$$a_1x+a_1'x_1+a_1''x_2+\cdots+a_1^{(n)}x_n = l_1,$$
$$\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots$$
$$a_px+a_p'x_1+a_p''x_2+\cdots+a_p^{(n)}x_n = l_p,$$

quarum numerus incognitarum numerum excedat; e quolibet systemate $n+1$ aequationum praecedentium valor incognitae eruatur atque per quadratum Determinantis eius systematis, RR, multiplicetur; quibus factis pro singulis aequationum propositarum combinationibus omnium illorum productorum summa per summam omnium RR dividatur: eruitur incognitae valor idem atque invenitur, si aequationes propositae per Methodum Minimorum Quadratorum tractantur.“

Observandum est, valores omnium incognitarum, qui ex eadem aequationum propositarum combinatione proveniant, secundum Prop. praec. per *eandem* quantitatem RR multiplicari, quam ideo in applicationibus ad *Methodum Minimorum Quadratorum* convenit appellare *Pondus Combinationis*, a pondere valoris incognitae bene distinguendum.

16.

Statuamus ex aequationibus (18) §. pr. sequi

$$P.x = H(al)+H'(a'l)+\cdots+H^{(n)}(a^{(n)}l),$$

ubi P sicuti supra designat aequationum illarum Determinans. Consueverunt Astronomi, quantitatem

$$\frac{P}{H} = \mathfrak{P}$$

appellare incognitae x *Pondus* seu potius Pondus determinationis incognitae x, quae omnibus Observationibus per Methodum Min. Quadr. combinatis eruitur. Restituendo ipsius $(a^{(i)}a^{(k)})$ loco elementum $c_k^{(i)}$ fit

$$P = \Sigma\pm cc_1'c_2''\ldots c_n^{(n)},\quad H = \Sigma\pm c_1'c_2''\ldots c_n^{(n)}.$$

Unde secundum Prop. V. §. 14

$$P = S\{\Sigma\pm a_m a'_{m'} a''_{m''}\ldots a^{(n)}_{m^{(n)}}\}^2,$$
$$H = S\{\Sigma\pm a'_{m'} a''_{m''}\ldots a^{(n)}_{m^{(n)}}\}^2,$$

siquidem in altera formula pro ipsis m, m', m'', $\ldots$, $m^{(n)}$, in altera pro ipsis m', m'', $\ldots$, $m^{(n)}$ omnibus modis quibus fieri potest sumuntur indicum 0, 1,

2, ..., p seu $n+1$ seu n diversi. Si tantummodo tot combinamus Observationes quot sunt incognitae, ex. gr. Observationes quantitatibus

$$l_0,\quad l_1,\quad \ldots,\quad l_n$$

respondentes, fit Pondus ipsius x ea Combinatione determinatae:

$$\frac{\{\Sigma \pm a_0 a_1' a_2'' \ldots a_n^{(n)}\}^2}{S\{\Sigma \pm a_1' a_2'' \ldots a_n^{(n)}\}^2} = (\mathfrak{P}),$$

siquidem in denominatore sub signo S pro indicibus inferioribus sumuntur omnibus modis n diversi e $n+1$ indicibus 0, 1, 2, ..., n. Si vocamus quantitatem

$$\{\Sigma \pm a_0 a_1' a_2'' \ldots a_n^{(n)}\}^2 = RR$$

Combinationis Pondus, erit

$$S\{\Sigma \pm a_1' a_2'' \ldots a_n^{(n)}\}^2 = \frac{RR}{(\mathfrak{P})}$$

ipsius x per Combinationem illam determinatae Pondus inversum, multiplicatum per Pondus Combinationis RR. Quantitas, quae Aggregato praecedente continetur,

$$\{\Sigma \pm a_0' a_1'' \ldots a_{n-1}^{(n)}\}^2$$

etiam in aliis Combinationibus obvenit, videlicet in iis, quae quantitatibus l_0, l_1, ..., l_{n-1} atque uni e reliquis l_n, l_{n+1}, ..., l_p respondent, ideoque in

$$p+1-n$$

Combinationibus. Quamobrem si pro singulis Combinationibus $p+1$ Observationum ad numerum $n+1$, qui determinandis incognitis sufficit, determinamus ipsius x Pondus inversum, multiplicatum per Combinationis Pondus: omnium eiusmodi productorum summa aequatur quantitati

$$(p+1-n)S\{\Sigma \pm a'_{m'} a''_{m''} \ldots a^{(n)}_{m^{(n)}}\}^2 = (p+1-n)H,$$

sive fit

$$S\frac{RR}{(\mathfrak{P})} = (p+1-n)H = (p+1-n)\cdot\frac{P}{\mathfrak{P}} = (p+1-n)\cdot\frac{S.RR}{\mathfrak{P}},$$

unde

$$\frac{S\cdot\frac{RR}{(\mathfrak{P})}}{S.RR} = \frac{p+1-n}{\mathfrak{P}}.$$

Hac formula incognitae per M.M.Q. ex omnibus $p+1$ Obss. determinatae pondus $\mathfrak{P}$ determinatur eiusdem quantitatis ponderibus, quae pro numero Observationum $n+1$ aequali numero incognitarum obtinentur, advocatis singulis

Combinationum Ponderibus RR. Videmus ipsorum $\frac{1}{(\mathfrak{P})}$ valorem quodammodo medium in parte laeva aequationis praecedentis formatum non ipsi $\frac{1}{\mathfrak{P}}$ aequari, sicuti in Prop. II. §. antec. de incognitarum valoribus usu venit, sed ipsi $\frac{1}{\mathfrak{P}}$ multiplicato per $p+1-n$, hoc est per excessum Observationum numeri unitate aucti super numerum incognitarum. Quod bene quadrat, quia determinationum pondera cum Observationum numero crescunt.

Regiom. 17 Martii 1841.

DE DETERMINANTIBUS FUNCTIONALIBUS.

AUCTORE

Dr. C. G. J. JACOBI,
PROF. ORD. MATH. REGIOM.

Crelle Journal für die reine und angewandte Mathematik, Bd. 22. p. 319—352.

DE DETERMINANTIBUS FUNCTIONALIBUS*).

1.

In Commentatione anteriore proprietates praecipuas Determinantium enarravi, quae ad quodcunque elementorum systema pertinent. In hac Commentatione supponam, elementa Determinantis esse differentialia partialia systematis functionum totidem variabilium, harum variabilium respectu sumta. Eiusmodi Determinantia per totam Analysin gravissimas partes agere constat, quin etiam in variis quaestionibus ad systema functionum plurium variabilium pertinentibus similes vices gerere atque quotientem differentialem functionis unius variabilis. Quod egregie declarant varia theoremata, quae de Determinantibus illis aliis occasionibus proposui. Qua de re fortasse convenit ea Determinantia propria appellatione *Determinantium functionalium* insignire. Quemadmodum autem Determinantium functionalium proprietates ex iis, quae de Determinantibus algebraicis constant, derivabimus, ita Determinantium algebraicorum proprietates vice versa e Determinantium functionalium proprietatibus deduci possunt. Statuendo enim, ipsas

$$f, \quad f_1, \quad f_2, \quad \ldots, \quad f_n$$

esse functiones lineares variabilium $x, x_1, \ldots, x_n$,

$$f_k = a_k x + a'_k x_1 + a''_k x_2 + \cdots + a^{(n)}_k x_n,$$

fit

$$\frac{\partial f_k}{\partial x_i} = a^{(i)}_k,$$

ideoque Determinans, ad systema elementorum $a^{(i)}_k$ quodcunque pertinens, haberi potest pro Determinante ad systema differentialium partialium

$$\frac{\partial f_k}{\partial x_i}$$

pertinente sive pro Determinante functionali.

*) Quae e theoria aequationum linearium et Determinantium algebraicorum nota supponuntur, demonstrata inveniuntur in Commentatione praecedente „*De Determinantibus*"; ad hanc pertinent Commentationis paragraphi quas asteriscis superpositis notavi.

Sed antequam ad rem propositam accedam, pauca de notatione differentialium partialium antemittam. Et cum in hac Commentatione saepius de functionibus a se independentibus vel non a se independentibus sermo fiat, etiam de his rebus dilucidationes quasdam elementares annectere ratum videbatur.

2.

Ut distinguerentur differentialia *partialia* a *vulgaribus* seu in quibus variabiles omnes ut unius variabilis functiones considerantur, Eulerus aliique differentialia partialia uncis includere consueverunt. Sed quia uncorum accumulatio et legenti et scribenti molestior fieri solet, praetuli characteristica

$$d$$

differentialia vulgaria, differentialia autem partialia characteristica

$$\partial$$

denotare. De qua re ubi convenitur, erroris locus esse non potest. Itaque si f ipsarum x et y functio est, scribam

$$df = \frac{\partial f}{\partial x}dx + \frac{\partial f}{\partial y}dy.$$

Si qua unam tantum variabilem continet functio, perinde characteristica d vel ∂ uti licet. Eadem uti licet distinctione in denotandis integrationibus, ita ut expressiones

$$\int f(x, y)dx, \quad \int f(x, y)\partial x,$$

inter se distinguantur; scilicet in illa consideratur y ideoque etiam $f(x, y)$ ut ipsius x functio, in hac integratio respectu solius x perficienda est atque y inter integrationem pro Constante habetur.

Alias proposuit notationes Ill. Lagrange, quibus et ipsis saepenumero cum commodo uti licet. Etenim si f plurium variabilium x, y, z functio est, denotat per f' differentiale totale, hoc est expressionem

$$f' = \frac{\partial f}{\partial x}x' + \frac{\partial f}{\partial y}y' + \frac{\partial f}{\partial z}z',$$

ubi x', y', z' sunt differentialia ipsarum x, y, z eius respectu variabilis sumta, quae pro independente assumta est. Contra differentialia *partialia* denotat scribendo post signum f' eam variabilem, cuius respectu differentiatio partialis instituenda est dum reliquae pro Constantibus habentur, ita ut sit

$$f'(x) = \frac{\partial f}{\partial x}, \quad f'(y) = \frac{\partial f}{\partial y}, \quad f'(z) = \frac{\partial f}{\partial z}.$$

Si duarum tantum variabilium functiones proponuntur, ille super et supponendo lineolas denotat, quot vicibus functio respectu alterutrius variabilis differentianda sit, ita ut ex. gr. $f''_{'''}$ idem sit atque $\frac{\partial^5 f}{\partial x^2 \partial y^3}$. Deficit Lagrangiana notatio, si functionis trium pluriumve variabilium differentialia altiora quam prima exhibenda sunt, neque eiusmodi differentialia in *Theoria Functionum* obveniunt.

Ut functionis plures variabiles involventis differentiale partiale sit definitum, non sufficit indicare et functionem differentiandam et variabilem, cuius respectu differentiandum est, sed insuper necesse est indicetur, quaenam sint quantitates, quae inter differentiandum constantes manent. Sit enim f ipsarum $x, x_1, \ldots, x_n$ functio, assumtis illarum variabilium n functionibus $\omega_1, \omega_2, \ldots, \omega_n$, si ipsa f pro variabilium $x, \omega_1, \omega_2, \ldots, \omega_n$ functione habetur, variante x non amplius constantes erunt $\omega_1, \omega_2, \ldots, \omega_n$, si $x_1, x_2, \ldots, x_n$ constantes manent, neque si $\omega_1, \omega_2, \ldots, \omega_n$ constantes manent, etiam constantes erunt $x_1, x_2, \ldots, x_n$. Expressio autem $\frac{\partial f}{\partial x}$ prorsus diversos valores indicabit, sive hae sive illae quantitates inter differentiandum constantes sunt. Ex. gr. in functione f duarum variabilium x et y ipsius y loco introducatur ipsarum x, y functio quaedam u pro altera variabili independente; quod antea erat differentiale $\frac{\partial f}{\partial x}$, iam erit

$$\frac{\partial f}{\partial x} + \frac{\partial f}{\partial u} \cdot \frac{\partial u}{\partial x},$$

ita ut idem signum $\frac{\partial f}{\partial x}$ valores prorsus diversos significet, prout y vel u constans manet, dum f respectu ipsius x differentiatur. Qua de re et in hac et in aliis Commentationibus, quoties differentialium partialium usus erit, dicendo variabilium $x, x_1, \ldots, x_n$ ipsam f esse functionem, non tantum indicabo, ipsam f a variabilibus illis pendere, constantem manere si illae constantes maneant, variari si varientur, quod idem locum haberet, si ipsarum $x, x_1, \ldots, x_n$ loco aliae quaecunque variabiles $\omega, \omega_1, \ldots, \omega_n$, earum functiones, ut independentes introducerentur: sed *ipso dicendo f variabilium $x, x_1, \ldots, x_n$ esse functionem subintelligam, quoties ea functio per partes differentietur, ita instituendam esse differentiationem, ut ex ipsis illis variabilibus semper una tantum varietur, dum reliquae omnes constantes maneant.*

Nec minus quoad signa, ut formulae omni ambiguitate eximerentur, necesse esset, ut non tantum indicaretur, variabilis cuius respectu differentiatur,

sed simul totum systema variabilium independentium, quarum functio per partes differentianda proponitur, ut ipso signo eae quoque quantitates, quae inter differentiandum *constantes* maneant, cognoscerentur. Quod eo magis necessarium possit videri, quia evitari nequit, quin in eadem Ratiocinatione vel etiam in una eademque formula inveniantur differentialia partialia ad diversa variabilium independentium systemata referenda, veluti in expressione supra proposita

$$\frac{\partial f}{\partial x}+\frac{\partial f}{\partial u}\cdot\frac{\partial u}{\partial x},$$

in qua f pro ipsarum quidem x et u, sed u pro ipsarum x et y functio habenda est. In quam expressionem mutabatur $\frac{\partial f}{\partial x}$, si u loco y pro variabili independente introducitur. Quod, si adscribuntur variabili dependenti independentes, ad quas differentiationes partiales referuntur, indicari poterit per hanc formulam, omni ambiguitate exemtam:

$$\frac{\partial f(x,y)}{\partial x}=\frac{\partial f(x,u)}{\partial x}+\frac{\partial f(x,u)}{\partial u}\cdot\frac{\partial u(x,y)}{\partial x}.$$

Sed notatio, in aequatione antecedente adhibita, sicuti aliae omnes, quae fingi possunt ad differentialia partialia ipsa significandi ratione omnino definienda, in quaestionibus certe generalioribus et formulis magis complicatis molestissima evaderet nec ferenda esset; scilicet pro maiore variabilium independentium numero pluribusque terminis eveniret ut formula, quam una tantum linea repraesentare licet, totam paginam occuparet. Quando sine graviore incommodo licet, quamquam maxime affectanda sunt signa, quibus et omnis ambiguitas tollatur et formulae sine interpretatione verbali adiecta per se clarae et intelligibiles fiant, in hoc tamen casu propter summam illam nec evitandam prolixitatem acquiescendum esse putavi in notatione differentialium, quae variabilium independentium indicationi supersedet. Neque eveniet ut lectori intelligenti et ratiocinia sedulo persequenti in dubitationem venire possit, ad quodnam variabilium independentium systema singula differentialia partialia referantur. Interim ubi ratum videtur, quo facilius duo differentialium partialium systemata diversis variabilium systematis respondentia inter se distinguantur, alterum more Euleriano uncis includam.

3.

Quacunque aequatione inter plures quantitates proposita, nisi aequatio identica est, quantitatum illarum unaquaeque per reliquas determinari potest.

Identicam dico aequationem, in qua termini omnes se mutuo destruunt, unde quantitati determinandae inservire nequit. Si ex aequatione proposita quantitatis alicuius valor petitur isque valor in aequatione proposita ipsi quantitati substituitur, aequatio identica emergit, seu potius hunc ipsum dicimus valorem quantitatis ex aequatione petitum sive aequationi satisfacientem, qui quantitati substitutus aequationem identicam reddat. Quia nullitatem differentiando rursus nullitatem ideoque terminos se destruentes differentiando rursus terminos se destruentes obtines, sequitur, aequationem identicam cuiuscunque quantitatis respectu differentiando rursus aequationem identicam prodire.

Voco aequationes *a se independentes*, quarum nulla neque ipsa identica est neque reliquarum ope ad identicam reduci potest. Proponantur inter quantitates $x, x_1, \ldots, x_n$ aequationes

$$u = 0, \quad u_1 = 0, \quad \ldots, \quad u_m = 0;$$

ex aequatione $u = 0$ petatur quantitatis alicuius x valor per x_1, x_2 etc. expressus atque in reliquis aequationibus $u_1 = 0$, $u_2 = 0$ etc. substituatur: deinde ex aequatione $u_1 = 0$ petatur alterius quantitatis x_1 valor per x_2, x_3 etc. expressus atque in ipsius x expressione inventa et in reliquis aequationibus $u_2 = 0$ etc. substituatur, etc. etc. Si hac ratione pergimus, aequationibus

$$(1) \qquad u = 0, \quad u_1 = 0, \quad \ldots, \quad u_k = 0$$

et ipsarum $x, x_1, \ldots, x_k$ valores per reliquas quantitates x_{k+1}, x_{k+2} etc. expressi erunt, et reliquae aequationes

$$(2) \qquad u_{k+1} = 0, \quad u_{k+2} = 0, \quad \ldots, \quad u_m = 0,$$

solas x_{k+1}, x_{k+2} etc. continebunt, sive quantitates $x, x_1, \ldots, x_k$ ex iis *eliminatae* erunt. Si pro nullo ipsius k valore minore quam m evenit, ut substituendo ipsarum $x, x_1, \ldots, x_k$ valores, ex aequationibus (1) petitos, una aliqua aequationum (2) identica evadat, praecedente methodo totidem quantitates. atque proponuntur aequationes, determinari seu per reliquas quantitates exprimi possunt. Si vero pro certo ipsius k valore evenit ut substituendo ipsarum $x, x_1, \ldots, x_k$ valores ex aequationibus (1) petitos reliquarum aequationum $u_{k+1} = 0$, $u_{k+2} = 0$ etc. una identica evadat, aequatio illa identica ad unam quantitatem per reliquas determinandam adhiberi non poterit, unde eo casu non totidem quantitates per reliquas exprimi possunt atque aequationes propositae sunt. Qua de re *aequationes propositae a se invicem independentes sunt aut non sunt, prout earum ope quantitatum, inter quas proponuntur, totidem aut non totidem per reliquas exprimi*

possunt. Nullo autem modo fieri potest ut aequationibus propositis determinetur quantitatum numerus maior numero aequationum; unde aequationum a se independentium numerum aut aequare aut excedere debet incognitarum quas involvunt numerus, numquam ei inferior esse potest. Si valores quantitatum e totidem aequationibus inventi rursus in his aequationibus substituuntur, aequationes identicae evadere debent.

Propositis aequationibus a se independentibus, quantitates earum ope per reliquas determinandae non semper ex arbitrio eligi possunt. Veluti si duae quantitates x et x_1 in omnibus aequationibus propositis nonnisi additione inter se junctae inveniuntur, ipsum quidem $x+x_1$ neque vero singulas x et x_1 per reliquas quantitates exprimere licet. Si aequationibus $u=0$, $u_1=0$, ..., $u_m=0$ quantitates x, x_1, ..., x_m determinari seu per reliquas quantitates x_{m+1} etc. exprimi possunt, ex aequationibus illis nulla deduci potest inter solas x_{m+1}, x_{m+2}, ..., x_n seu e qua simul omnes x, x_1, ..., x_m eliminatae sint. Nam eiusmodi aequatione quantitatum x_{m+1}, x_{m+2} etc. aliqua veluti x_{m+1} per reliquas x_{m+2} etc. exprimi posset, ideoque ope $m+1$ aequationum $m+2$ quantitates x, x_1, ..., x_{m+1} per reliquas x_{m+2} etc. determinarentur, quod fieri nequit. Contra si non fieri potest, ut ex aequationibus a se independentibus

$$u=0, \quad u_1=0, \quad \ldots, \quad u_m=0,$$

omnes x, x_1, ..., x_m determinentur, ex aequationibus illis semper aliam deducere licet inter solas x_{m+1}, x_{m+2} etc. seu e qua omnes x, x_1, ..., x_m eliminatae sunt. Faciamus enim, pro ipsius k valore aliquo minore quam m aequationibus

$$u=0, \quad u_1=0, \quad \ldots, \quad u_k=0$$

determinari x, x_1, ..., x_k, earumque valores substitui in aequationibus

$$u_{k+1}=0, \quad u_{k+2}=0, \quad \ldots, \quad u_m=0:$$

tum demum his aequationibus nulla amplius determinatur quantitatum x_{k+1}, x_{k+2}, ..., x_m, si per substitutionem factam quantitates illae ex aequationibus $u_{k+1}=0$ etc. omnino abeunt seu aequationes inter solas x_{m+1}, x_{m+2} etc. prodeunt.

Vidimus antecedentibus, propositis inter $n+1$ incognitas $m+1$ aequationibus independentibus, non tantum aequationum propositarum nullam reliquarum ope identicam reddi posse, sed etiam ex incognitarum numero assignari posse idque in genere variis modis incognitas $n-m$, inter quas nulla existat aequatio, quae e propositis aequationibus derivari possit. Aequationes $u=0$, $u_1=0$, ..., $u_m=0$, quibus totidem quantitates x, x_1, ..., x_m, quas involvunt, determinantur, *harum quantitatum respectu* dico a se independentes.

4.

Prorsus similia de functionibus a se independentibus valent. Functiones plurium variabilium voco a se invicem *independentes*, si earum nulla neque Constans est neque per reliquas exprimi potest vel, quod idem est, si inter functiones eas solas nulla locum habet aequatio ab ipsis praeterea variabilibus vacua, quae functionum expressiones substituendo identica fiat. Si inter functiones propositas eiusmodi habentur una pluresve aequationes, functionum totidem per reliquas determinari possunt, inter quas nulla amplius aequatio locum habet. Unde si functiones propositae non a se independentes sunt, earum aliae a se independentes erunt, reliquae per eas exprimi poterunt. Si functiones $f, f_1, \dots, f_n$ non a se independentes sunt, functiones autem $f_1, f_2, \dots, f_n$ a se independentes sunt, erit f ipsarum $f_1, f_2, \dots, f_n$ functio. Nam si functiones $f_1, f_2, \dots, f_n$ a se independentes sunt, aequatio inter omnes $f, f_1, \dots, f_n$ locum habens ipsa functione f vacare non potest, quae ideo ea aequatione ut reliquarum $f_1, f_2, \dots, f_n$ functio determinatur.

Si ipsarum $x, x_1, \dots, x_n$ functiones praeter has quantitates alias a, a_1, a_2 etc. involvunt, eas functiones *quantitatum* $x, x_1, \dots, x_n$ *respectu* a se independentes dicam, si inter solas functiones et quantitates a, a_1, a_2 etc. nulla aequatio locum habet. Si loco plurium functionum una tantum habetur unius variabilis functio, casus, quo functiones a se non independentes sunt, in eum redit, quo functio Constans est. Aequatione enim, quae inter functiones propositas locum habet, functio si unica antum proponitur, Constanti aequatur. Sint f, f_1, f_2 etc. functiones variabilium $x, x_1, \dots, x_n$ a se independentes, sitque x una variabilium, quas f continet: exprimere licet x per f reliquasque variabiles $x_1, x_2, \dots, x_n$. Qua ipsius x expressione substituta in functionibus f_1, f_2 etc. continebit f_1 praeter f quasdam variabilium $x_1, x_2, \dots, x_n$; alioquin enim f_1 per solam f exprimeretur, quod est contra suppositionem, functiones f, f_1 etc. a se independentes esse. Sit x_1 una variabilium, quas praeter f involvit f_1, exprimere licet x_1 per $f, f_1, x_2, x_3, \dots, x_n$, quae expressio substituatur in ipsarum x, f_2, f_3 etc. expressionibus inventis, quo facto illae et ipsae per $f, f_1, x_2, x_3, \dots, x_n$ exprimuntur. Et continebit rursus f_2 quasdam variabilium $x_2, x_3, \dots, x_n$, cum e suppositione facta f_2 per solas f, f_1 exprimi nequeat; unde rursus variabilium $x_2, x_3, \dots, x_n$ aliquam per reliquas atque ipsas f, f_1, f_2 exprimere licet. Hac ratione si pergimus, datis functionibus quibuscunque a se invicem independentibus, variabilium, quas continent, totidem per reliquas et

functiones illas determinantur. Neque plures variabilium x etc. per reliquas ipsasque f etc. exprimi posse, inde patet, quod ponendo $m+1$ aequationes

$$(1)\qquad \begin{cases} f(x,\, x_1,\, \ldots,\, x_n) = \omega, \\ f_1(x,\, x_1,\, \ldots,\, x_n) = \omega_1, \\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot \\ f_m(x,\, x_1,\, \ldots,\, x_n) = \omega_m, \end{cases}$$

non plures quam $m+1$ quantitates determinantur. Neque si praeter functiones a se independentes $f, f_1, \ldots, f_m$ aliae proponantur f_{m+1} etc., quae per solas $f, f_1, \ldots, f_m$ exprimi possunt, plures quam $m+1$ variabiles per reliquas ipsasque $f, f_1, \ldots, f_m, f_{m+1}$ etc. exprimere licet; nam cum ipsae f_{m+1} etc. per solas $f, f_1, \ldots, f_m$ exprimantur, hoc idem esset, ac si proponeretur plures quam $m+1$ variabiles per reliquas et $m+1$ functiones $f, f_1, \ldots, f_m$ exprimere. Videmus igitur, prout functiones plurium variabilium propositae a se independentes aut non independentes sint, variabilium totidem aut non totidem per reliquas et functiones illas exprimi posse, vel vice versa functiones a se independentes aut non independentes esse, prout variabilium totidem aut non totidem per reliquas functionesque propositas exprimere liceat. Sequitur ut Corollarium, functionum a se independentium numerum variabilium, quas continent, numerum superare non posse.

Si numerus functionum a se independentium minor est numero variabilium, quas continent, variabiles totidem per reliquas functionesque propositas determinandae non semper ex arbitrio sumi possunt. Veluti si in functionibus propositis duae variabiles x et x_1 tantum in binomia $x+x_1$ inter se iunctae obveniunt, certo non licet singulas x et x_1 seorsim per functiones illas et reliquas variabiles exprimere. Quoties $x, x_1, \ldots, x_m$ per reliquas x_{m+1} etc. functionesque $f, f_1, \ldots, f_m$ exprimi possunt, inter quantitates

$$f,\ f_1,\ \ldots,\ f_m,\ x_{m+1},\ \ldots,\ x_n$$

nulla locum habere potest aequatio, quae substituendo functionum $f, f_1, \ldots, f_m$ expressiones identica fiat. Si enim haberetur, eius ope una insuper variabilium x_{m+1}, x_{m+2} etc., veluti x_{m+1} per quantitates $f, f_1, \ldots, f_m, x_{m+2}, x_{m+3}, \ldots, x_n$ exprimi posset, ideoque propositis $m+1$ aequationibus (1) determinarentur $m+2$ quantitates $x, x_1, \ldots, x_{m+1}$, quod fieri nequit. Vice versa si inter functiones a se independentes $f, f_1, \ldots, f_m$ atque variabiles $x_{m+1}, x_{m+2}, \ldots, x_n$ nulla locum habet aequatio, quae substituendo functionum $f, f_1, \ldots, f_m$ expressiones identica fit, ipsas $x, x_1, \ldots, x_m$ per quantitates

$$f,\ f_1,\ \ldots,\ f_m,\ x_{m+1},\ x_{m+2},\ \ldots,\ x_n$$

exprimere licet. Vidimus enim §. pr., si $m+1$ aequationibus (1) incognitae $x, x_1, \ldots, x_m$ non determinantur, necessario eas incognitas ex aequationibus (1) eliminari posse; unde prodiret aequatio inter ipsas $\omega, \omega_1, \ldots, \omega_m, x_{m+1}, x_{m+2}, \ldots, x_n$, sive $f, f_1, \ldots, f_m, x_{m+1}, x_{m+2}, \ldots, x_n$, quod suppositioni factae contrarium est.

Sequitur ex antecedentibus, si $m+1$ functiones $n+1$ variabilium a se independentes proponantur, non modo nullam inter solas functiones illas aequationem locum habere, sed semper etiam e numero $n+1$ variabilium extare $n-m$, inter quas et functiones propositas nulla aequatio locum habeat, sive non modo functionum propositarum independentium nulla per reliquas functiones, sed ne per reliquas quidem illas $n-m$ variabiles exprimi poterit. Functiones $m+1$ a se independentes, per quas reliquasque variabiles totidem quantitates $x, x_1, \ldots, x_m$ exprimi possunt, secundum appellationem supra propositam designare licet ut functiones *variabilium* $x, x_1, \ldots, x_m$ *respectu* a se independentes, quippe inter quas nulla aequatio locum habere potest ab ipsis illis variabilibus vacua. Functiones propositae variabililium loco, quarum respectu independentes sunt, pro variabilibus independentibus sumi atque ut tales in aliis functionibus introduci possunt, quod fit variabiles illas per ipsas functiones aliasque, quas functiones involvunt, variabiles exprimendo.

5.

Propositis variabilium $x, x_1, \ldots, x_n$ functionibus totidem

$$f,\ f_1,\ \ldots,\ f_n,$$

formentur omnium differentialia partialia omnium variabilium respectu sumta, unde prodeunt $(n+1)^2$ quantitates

$$\frac{\partial f_i}{\partial x_k}.$$

Determinans ad harum quantitatum systema pertinens

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}$$

voco *Determinans functionale* vel, magis diserte, Determinans ad functiones $f, f_1, \ldots, f_n$ variabilium $x, x_1, \ldots, x_n$ pertinens sive functionum $f, f_1, \ldots, f_n$ Determinans variabilium $x, x_1, \ldots, x_n$ respectu formatum. Nam si plura variabilium systemata modo hoc modo illud pro independentibus sumuntur, accurate

indicandum est, quarum respectu functiones differentientur vel formetur Determinans functionale. Si una tantum habetur functio, redit Determinans functionale in Quotientem differentialem functionis.

In genere Determinantis gradus (4*) idem est atque functionum numerus; quoties vero functionum propositarum complures ipsis variabilibus aequantur, Determinantis gradus minuitur. Sit ex. gr.

$$f_{m+1} = x_{m+1}, \quad f_{m+2} = x_{m+2}, \quad \ldots, \quad f_n = x_n,$$

fit Determinans functionale propositum

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_m}{\partial x_m}.$$

Si omnes functiones propositae singulae singulis variabilibus aequantur, Determinans propositum in *unitatem* abit. Si functiones

$$f_{m+1}, \quad f_{m+2}, \quad \ldots, \quad f_n$$

ipsarum x_{m+1}, x_{m+2}, ..., x_n functiones quaecunque sunt, ipsas x, x_1, ..., x_m non involventes, fit Determinans propositum

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n}$$
$$= \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_m}{\partial x_m} \cdot \Sigma \pm \frac{\partial f_{m+1}}{\partial x_{m+1}} \cdot \frac{\partial f_{m+2}}{\partial x_{m+2}} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n}.$$

Quae omnia ex iis sequuntur, quae (5*) probavi, dummodo ipsius $\frac{\partial f_i}{\partial x_k}$ loco ponitur $a_k^{(i)}$.

6.

In limine quaestionum de Determinantibus functionalibus se offert Propositio, functionum a se non independentium evanescere Determinans, functiones, quarum Determinans evanescat, non esse a se independentes. Demonstremus primum, functionum a se non independentium evanescere Determinans. Sint f, f_1, ..., f_n non a se independentes, ita ut inter eas locum habeat aequatio

$$\Pi(f, f_1, \ldots, f_n) = 0,$$

quae identica fiat substituendo ipsis f, f_1, ..., f_n ipsas variabilium x, x_1, ..., x_n expressiones, quibus aequantur. Aequationem antecedentem singularum variabilium respectu differentiando obtinemus hoc aequationum systema:

$$0 = \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial \boldsymbol{\Pi}}{\partial f} + \frac{\partial f_1}{\partial x} \cdot \frac{\partial \boldsymbol{\Pi}}{\partial f_1} + \cdots + \frac{\partial f_n}{\partial x} \cdot \frac{\partial \boldsymbol{\Pi}}{\partial f_n},$$
$$0 = \frac{\partial f}{\partial x_1} \cdot \frac{\partial \boldsymbol{\Pi}}{\partial f} + \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdot \frac{\partial \boldsymbol{\Pi}}{\partial f_1} + \cdots + \frac{\partial f_n}{\partial x_1} \cdot \frac{\partial \boldsymbol{\Pi}}{\partial f_n},$$
$$\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots$$
$$0 = \frac{\partial f}{\partial x_n} \cdot \frac{\partial \boldsymbol{\Pi}}{\partial f} + \frac{\partial f_1}{\partial x_n} \cdot \frac{\partial \boldsymbol{\Pi}}{\partial f_1} + \cdots + \frac{\partial f_n}{\partial x_n} \cdot \frac{\partial \boldsymbol{\Pi}}{\partial f_n}.$$

Quae aequationes haberi possunt pro systemate aequationum linearium inter totidem incognitas

$$\frac{\partial \boldsymbol{\Pi}}{\partial f}, \quad \frac{\partial \boldsymbol{\Pi}}{\partial f_1}, \quad \ldots, \quad \frac{\partial \boldsymbol{\Pi}}{\partial f_n},$$

in quo termini constantes nihilo aequantur. De eiusmodi systemate constat (7*), nisi omnes simul evanescant incognitae, eius Determinans necessario evanescere. Quantitates autem $\frac{\partial \boldsymbol{\Pi}}{\partial f}$ etc. omnes simul evanescere nequeunt, quod idem foret, ac si $\boldsymbol{\Pi}$ omnibus $f, f_1, \ldots, f_n$ careret, unde, quoties functiones $f, f_1, \ldots, f_n$ a se independentes non sunt, fieri debet

$$\boldsymbol{\Sigma} \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n} = 0,$$

q. d. e.

7.

Paullo prolixior est demonstratio rigorosa Propositionis inversae, quoties evanescat Determinans, functiones non a se independentes esse. Quam ita adornabo demonstrationem, ut primum probem, si theorema antecedens de n functionibus propositum iustum sit, idem de $n+1$ functionibus valere. Unde valebit Propositio de quocunque functionum numero, ubi de duabus functionibus comprobata erit.

Vocemus

$$A, \quad A_1, \quad \ldots, \quad A_n$$

expressiones, quae in Determinante

$$\boldsymbol{\Sigma} \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n}$$

resp. multiplicatae inveniuntur per

$$\frac{\partial f}{\partial x}, \quad \frac{\partial f}{\partial x_1}, \quad \ldots, \quad \frac{\partial f}{\partial x_n};$$

habentur aequationes identicae (6*):

$$(1)\qquad \Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}=\frac{\partial f}{\partial x}A+\frac{\partial f}{\partial x_1}A_1+\cdots+\frac{\partial f}{\partial x_n}A_n,$$

$$(2)\qquad \begin{cases} 0=\dfrac{\partial f_1}{\partial x}A+\dfrac{\partial f_1}{\partial x_1}A_1+\cdots+\dfrac{\partial f_1}{\partial x_n}A_n, \\ \cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot\;\cdot \\ 0=\dfrac{\partial f_n}{\partial x}A+\dfrac{\partial f_n}{\partial x_1}A_1+\cdots+\dfrac{\partial f_n}{\partial x_n}A_n. \end{cases}$$

Statuamus, functiones $f_1, f_2, \ldots, f_n$ a se independentes esse; si enim non sunt, iam locum habet, quod demonstratu proponitur, functiones propositas non a se independentes esse. Poterunt variabilium $x, x_1, \ldots, x_n$ numerus n, veluti $x_1, x_2, \ldots, x_n$, per x ipsasque $f_1, f_2, \ldots, f_n$ exprimi, ita ut $f_1, f_2, \ldots, f_n$ ipsarum $x_1, x_2, \ldots, x_n$ respectu a se independentes sint (*v.* §. 4). Quas ipsarum $x_1, x_2, \ldots, x_n$ expressiones in functione f introducendo, ipsa f evadit functio variabilium

$$x,\quad f_1,\quad f_2,\quad \ldots,\quad f_n.$$

Differentialia partialia harum variabilium respectu sumta uncis includamus: fit

$$\frac{\partial f}{\partial x}=\left(\frac{\partial f}{\partial x}\right)+\left(\frac{\partial f}{\partial f_1}\right)\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x}+\left(\frac{\partial f}{\partial f_2}\right)\cdot\frac{\partial f_2}{\partial x}+\cdots+\left(\frac{\partial f}{\partial f_n}\right)\cdot\frac{\partial f_n}{\partial x},$$

porro si i quemcunque indicum $1, 2, \ldots, n$ designat,

$$\frac{\partial f}{\partial x_i}=\left(\frac{\partial f}{\partial f_1}\right)\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_i}+\left(\frac{\partial f}{\partial f_2}\right)\cdot\frac{\partial f_2}{\partial x_i}+\cdots+\left(\frac{\partial f}{\partial f_n}\right)\cdot\frac{\partial f_n}{\partial x_i}.$$

Quibus expressionibus substitutis in (1), expressiones resp. multiplicatae per

$$\left(\frac{\partial f}{\partial f_1}\right),\quad \left(\frac{\partial f}{\partial f_2}\right),\quad \ldots,\quad \left(\frac{\partial f}{\partial f_n}\right)$$

propter formulas (2) identice evanescunt. Unde prodit formula memorabilis:

$$\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}=\left(\frac{\partial f}{\partial x}\right)A$$

sive

$$(3)\qquad \Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}=\left(\frac{\partial f}{\partial x}\right)\Sigma\pm\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_2}{\partial x_2}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}.$$

Evanescente igitur Determinante ad laevam, evanescere debet aut $\left(\frac{\partial f}{\partial x}\right)$ aut Determinans

$$\Sigma\pm\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_2}{\partial x_2}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}=A.$$

Supponimus, propositum de n functionibus valere, sive, Determinante n functionum evanescente, functiones non a se independentes esse. Unde evanescente Determinante praecedente A, functiones $f_1, f_2, \ldots, f_n$ ipsarum $x_1, x_2, \ldots, x_n$ respectu non a se independentes forent, quod suppositioni factae contrarium est. Evanescere igitur debet alter factor $\left(\frac{\partial f}{\partial x}\right)$, unde sequitur, f per solas $f_1, f_2, \ldots, f_n$ absque variabili x exprimi posse. Itaque functiones $f, f_1, \ldots, f_n$ non a se independentes erunt, q. d. e.

Propositum postquam de $n+1$ functionibus est demonstratum, ubi de n functionibus valet, generaliter valebit, ubi de duabus functionibus comprobatum erit. Quod ita fit. Sint f, f_1 ipsarum x, x_1 functiones, quarum Determinans evanescat sive sit identice

$$\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}-\frac{\partial f}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x}=0.$$

Est f_1 aut Constans aut alteram certe variabilium veluti x_1 involvit, unde x_1 per x et f_1 exprimi potest. Qua expressione in f substituta fit

$$\frac{\partial f}{\partial x}=\left(\frac{\partial f}{\partial x}\right)+\left(\frac{\partial f}{\partial f_1}\right)\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x},$$

$$\frac{\partial f}{\partial x_1}=\left(\frac{\partial f}{\partial f_1}\right)\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1},$$

unde

$$0=\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}-\frac{\partial f}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x}=\left(\frac{\partial f}{\partial x}\right)\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}.$$

Alter factor $\frac{\partial f_1}{\partial x_1}$ non evanescit, cum f_1 ipsam x_1 implicare supponamus, unde fit

$$\left(\frac{\partial f}{\partial x}\right)=0,$$

sive functio f per x et f_1 expressa variabili x vacat soliusque f_1 functio fit. Evictum igitur est, quoties identice sit

$$\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}-\frac{\partial f}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x}=0,$$

aut esse f_1 Constantem aut f ipsius f_1 functionem, ideoque functiones f, f_1 non independentes esse, q. d. e.

E Propositione, functionum non a se independentium evanescere Determinans, sequitur functiones, quarum non evanescat Determinans, a se indepen-

dentes esse; e Propositione, functiones, quarum evanescat Determinans, non a se independentes esse, sequitur functionum a se independentium non evanescere Determinans.

Si una tantum haberetur functio, Propositiones antecedentibus probatae in hanc redirent, functionem esse Constantem aut non esse Constantem, prout eius differentiale aut evanescat aut non evanescat. Vice versa antecedentia docent, hanc Propositionem ad systema functionum plurium variabilium extendi posse, si conditioni functionem esse Constantem substituatur conditio functiones a se non independentes esse, differentiali autem substituatur Determinans functionale.

8.

Designantibus $f, f_1, \ldots, f_n$ variabilium $x, x_1, \ldots, x_n$ functiones a se independentes, si proponitur hoc systema aequationum linearium:

$$(1)\qquad \begin{cases} \frac{\partial f}{\partial x} r + \frac{\partial f}{\partial x_1} r_1 + \cdots + \frac{\partial f}{\partial x_n} r_n = s, \\ \frac{\partial f_1}{\partial x} r + \frac{\partial f_1}{\partial x_1} r_1 + \cdots + \frac{\partial f_1}{\partial x_n} r_n = s_1, \\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot \\ \frac{\partial f_n}{\partial x} r + \frac{\partial f_n}{\partial x_1} r_1 + \cdots + \frac{\partial f_n}{\partial x_n} r_n = s_n, \end{cases}$$

aut hoc:

$$(2)\qquad \begin{cases} \frac{\partial f}{\partial x} t + \frac{\partial f_1}{\partial x} t_1 + \cdots + \frac{\partial f_n}{\partial x} t_n = u, \\ \frac{\partial f}{\partial x_1} t + \frac{\partial f_1}{\partial x_1} t_1 + \cdots + \frac{\partial f_n}{\partial x_1} t_n = u_1, \\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot\ \cdot \\ \frac{\partial f}{\partial x_n} t + \frac{\partial f_1}{\partial x_n} t_1 + \cdots + \frac{\partial f_n}{\partial x_n} t_n = u_n, \end{cases}$$

earum aequationum resolutio semper possibilis et determinata est. Quippe secundum theoriam notam aequationum linearium tum demum accidit, ut aequationes lineares impossibiles aut ad determinandas incognitas insufficientes evadant, si earum Determinans evanescit (7*). At aequationum (1) aut (2) Determinans

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n},$$

quoties functiones $f, f_1, \ldots, f_n$ a se independentes sunt, non evanescere §. pr. demonstravi.

Ipsam resolutionem aequationum (1) aut (2) hac ratione eruimus. Cum $f, f_1, \ldots, f_n$ a se independentes sint, ipsas x, x_1 etc. per f, f_1 etc. exprimere licet. Quibus expressionibus substitutis in alia quacunque ipsarum x, x_1 etc. functione φ, ea in functionem ipsarum f, f_1 etc. abit. Eritque ipsius φ differentiale partiale quantitatis f_k respectu sumtum:

$$(3) \qquad \frac{\partial \varphi}{\partial f_k} = \frac{\partial \varphi}{\partial x} \cdot \frac{\partial x}{\partial f_k} + \frac{\partial \varphi}{\partial x_1} \cdot \frac{\partial x_1}{\partial f_k} + \cdots + \frac{\partial \varphi}{\partial x_n} \cdot \frac{\partial x_n}{\partial f_k}.$$

Hinc ponendo $\varphi = f_i$ prodit, prout $k = i$ aut k a i diversus est:

$$(4) \qquad \begin{cases} \dfrac{\partial f_i}{\partial x} \cdot \dfrac{\partial x}{\partial f_i} + \dfrac{\partial f_i}{\partial x_1} \cdot \dfrac{\partial x_1}{\partial f_i} + \cdots + \dfrac{\partial f_i}{\partial x_n} \cdot \dfrac{\partial x_n}{\partial f_i} = 1, \\ \dfrac{\partial f_i}{\partial x} \cdot \dfrac{\partial x}{\partial f_k} + \dfrac{\partial f_i}{\partial x_1} \cdot \dfrac{\partial x_1}{\partial f_k} + \cdots + \dfrac{\partial f_i}{\partial x_n} \cdot \dfrac{\partial x_n}{\partial f_k} = 0. \end{cases}$$

Si in ipsius x_k expressione per f, f_1 etc. exhibita substituimus ipsarum f, f_1 etc. expressiones propositas, ea identice ipsi x_k aequalis fit, qua de re eam ipsius x_k aut alius variabilis x_i respectu differentiando nanciscimur unitatem aut nihilum, sive fit:

$$(5) \qquad \begin{cases} \dfrac{\partial x_k}{\partial f} \cdot \dfrac{\partial f}{\partial x_k} + \dfrac{\partial x_k}{\partial f_1} \cdot \dfrac{\partial f_1}{\partial x_k} + \cdots + \dfrac{\partial x_k}{\partial f_n} \cdot \dfrac{\partial f_n}{\partial x_k} = 1, \\ \dfrac{\partial x_k}{\partial f} \cdot \dfrac{\partial f}{\partial x_i} + \dfrac{\partial x_k}{\partial f_1} \cdot \dfrac{\partial f_1}{\partial x_i} + \cdots + \dfrac{\partial x_k}{\partial f_n} \cdot \dfrac{\partial f_n}{\partial x_i} = 0. \end{cases}$$

Multiplicando (1) respective per

$$\frac{\partial x_k}{\partial f}, \quad \frac{\partial x_k}{\partial f_1}, \quad \ldots, \quad \frac{\partial x_k}{\partial f_n}$$

et addendo, fit aequationum (5) ope:

$$(6) \qquad r_k = \frac{\partial x_k}{\partial f} s + \frac{\partial x_k}{\partial f_1} s_1 + \cdots + \frac{\partial x_k}{\partial f_n} s_n.$$

Multiplicando (2) respective per

$$\frac{\partial x}{\partial f_i}, \quad \frac{\partial x_1}{\partial f_i}, \quad \ldots, \quad \frac{\partial x_n}{\partial f_i}$$

et addendo, fit aequationum (4) ope:

$$(7) \qquad t_i = \frac{\partial x}{\partial f_i} u + \frac{\partial x_1}{\partial f_i} u_1 + \cdots + \frac{\partial x_n}{\partial f_i} u_n.$$

Quae formulae has suppeditant Propositiones:

I. Sint variabilium $x, x_1, \ldots, x_n$ functiones $f, f_1, \ldots, f_n$ a se invicem independentes, si proponitur hoc aequationum linearium systema:

$$\begin{aligned}
&\frac{\partial f}{\partial x} r + \frac{\partial f}{\partial x_1} r_1 + \cdots + \frac{\partial f}{\partial x_n} r_n = s,\\
&\frac{\partial f_1}{\partial x} r + \frac{\partial f_1}{\partial x_1} r_1 + \cdots + \frac{\partial f_1}{\partial x_n} r_n = s_1,\\
&\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\\
&\frac{\partial f_n}{\partial x} r + \frac{\partial f_n}{\partial x_1} r_1 + \cdots + \frac{\partial f_n}{\partial x_n} r_n = s_n,
\end{aligned}$$

earum resolutio semper est possibilis et determinata eruntque incognitarum valores:

$$\begin{aligned}
r &= \frac{\partial x}{\partial f} s + \frac{\partial x}{\partial f_1} s_1 + \cdots + \frac{\partial x}{\partial f_n} s_n,\\
r_1 &= \frac{\partial x_1}{\partial f} s + \frac{\partial x_1}{\partial f_1} s_1 + \cdots + \frac{\partial x_1}{\partial f_n} s_n,\\
&\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\\
r_n &= \frac{\partial x_n}{\partial f} s + \frac{\partial x_n}{\partial f_1} s_1 + \cdots + \frac{\partial x_n}{\partial f_n} s_n.
\end{aligned}$$

II. Sint variabilium $x, x_1, \ldots, x_n$ functiones $f, f_1, \ldots, f_n$ a se invicem independentes, si proponitur hoc aequationum linearium systema:

$$\begin{aligned}
&\frac{\partial f}{\partial x} t + \frac{\partial f_1}{\partial x} t_1 + \cdots + \frac{\partial f_n}{\partial x} t_n = u,\\
&\frac{\partial f}{\partial x_1} t + \frac{\partial f_1}{\partial x_1} t_1 + \cdots + \frac{\partial f_n}{\partial x_1} t_n = u_1,\\
&\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\\
&\frac{\partial f}{\partial x_n} t + \frac{\partial f_1}{\partial x_n} t_1 + \cdots + \frac{\partial f_n}{\partial x_n} t_n = u_n,
\end{aligned}$$

earum resolutio semper est possibilis et determinata eruntque incognitarum valores:

$$\begin{aligned}
t &= \frac{\partial x}{\partial f} u + \frac{\partial x_1}{\partial f} u_1 + \cdots + \frac{\partial x_n}{\partial f} u_n,\\
t_1 &= \frac{\partial x}{\partial f_1} u + \frac{\partial x_1}{\partial f_1} u_1 + \cdots + \frac{\partial x_n}{\partial f_1} u_n,\\
&\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\\
t_n &= \frac{\partial x}{\partial f_n} u + \frac{\partial x_1}{\partial f_n} u_1 + \cdots + \frac{\partial x_n}{\partial f_n} u_n.
\end{aligned}$$

Ex his Propositionibus sequentia fluunt Corollaria:

III. Si variabilium $x, x_1, \ldots, x_n$ functiones $f, f_1, \ldots, f_n$ a se independentes sunt, ex aequationibus



$$\frac{\partial f}{\partial x}r+\frac{\partial f}{\partial x_1}r_1+\cdots+\frac{\partial f}{\partial x_n}r_n=0,$$
$$\frac{\partial f_1}{\partial x}r+\frac{\partial f_1}{\partial x_1}r_1+\cdots+\frac{\partial f_1}{\partial x_n}r_n=0,$$
$$\cdots\cdots\cdots\cdots$$
$$\frac{\partial f_n}{\partial x}r+\frac{\partial f_n}{\partial x_1}r_1+\cdots+\frac{\partial f_n}{\partial x_n}r_n=0$$

necessario sequitur

$$r=0,\quad r_1=0,\quad \ldots,\quad r_n=0.$$

IV. Si variabilium $x, x_1, \ldots, x_n$ functiones $f, f_1, \ldots, f_n$ a se independentes sunt, ex aequationibus

$$\frac{\partial f}{\partial x}t+\frac{\partial f_1}{\partial x}t_1+\cdots+\frac{\partial f_n}{\partial x}t_n=0,$$
$$\frac{\partial f}{\partial x_1}t+\frac{\partial f_1}{\partial x_1}t_1+\cdots+\frac{\partial f_n}{\partial x_1}t_n=0,$$
$$\cdots\cdots\cdots\cdots$$
$$\frac{\partial f}{\partial x_n}t+\frac{\partial f_1}{\partial x_n}t_1+\cdots+\frac{\partial f_n}{\partial x_n}t_n=0,$$

necessario sequitur

$$t=0,\quad t_1=0,\quad \ldots,\quad t_n=0.$$

Si in Propositione I. aut II. aequationes lineares et propositas et resolutas accuratius inspicimus, videmus alias ex aliis obtineri, incognitas r aut t cum terminis constantibus s aut u simulque quotientes differentiales $\frac{\partial f_i}{\partial x_k}$ cum quotientibus differentialibus $\frac{\partial x_k}{\partial f_i}$ commutando. Quod facilem suppeditat regulam pro eiusmodi aequationum linearium resolutione. Simul e formulis praecedentibus patet, quomodo quotientes differentiales $\frac{\partial x_k}{\partial f_i}$ e quotientibus differentialibus $\frac{\partial f_i}{\partial x_k}$ obtineantur. Collatis enim formulis praecedentibus cum iis, quae per notos algorithmos algebraicos resolutioni aequationum linearium inservientes obtinentur, formato Determinante

$$R=\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n},$$

sequitur

(8) $$R\cdot\frac{\partial x_k}{\partial f_i}=\frac{\partial R}{\partial\frac{\partial f_i}{\partial x_k}},$$

sive aequatur $R\cdot\frac{\partial x_k}{\partial f_i}$ Aggregato terminorum, quod in Determinante R per $\frac{\partial f_i}{\partial x_k}$ multiplicatum reperitur; unde ex. gr. fit

$$(9)\qquad R\cdot\frac{\partial x}{\partial f}=\Sigma\pm\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_2}{\partial x_2}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}.$$

9.

Adnotari potest succincta differentialium partialium Determinantis functionalis expressio, quam per formulam (8) §. pr. obtinere licet. Proponatur ipsum R differentiare quantitatis alicuius a respectu, quae *sive una variabilium x, x_1 etc. sive alia quaecunque quantitas sit,* quam functiones f, f_1 etc. implicant: fit

$$\frac{\partial R}{\partial a}=\Sigma\frac{\partial R}{\partial\frac{\partial f_i}{\partial x_k}}\cdot\frac{\partial^2 f_i}{\partial a\partial x_k},$$

utrique i et k sub signo Σ tributis valoribus omnibus $0, 1, 2, \ldots, n$. Formula praecedens per (8) §. pr. in hanc abit:

$$\frac{\partial R}{\partial a}=R\Sigma\frac{\partial^2 f_i}{\partial a\,\partial x_k}\cdot\frac{\partial x_k}{\partial f_i};$$

fit autem

$$\frac{\partial^2 f_i}{\partial a\partial x}\cdot\frac{\partial x}{\partial f_i}+\frac{\partial^2 f_i}{\partial a\,\partial x_1}\cdot\frac{\partial x_1}{\partial f_i}+\cdots+\frac{\partial^2 f_i}{\partial a\,\partial x_n}\cdot\frac{\partial x_n}{\partial f_i}=\frac{\partial\frac{\partial f_i}{\partial a}}{\partial f_i},$$

unde prodit formula:

$$(1)\qquad \frac{\partial\log R}{\partial a}=\frac{\partial\frac{\partial f}{\partial a}}{\partial f}+\frac{\partial\frac{\partial f_1}{\partial a}}{\partial f_1}+\cdots+\frac{\partial\frac{\partial f_n}{\partial a}}{\partial f_n}.$$

Itaque ad obtinendum $\frac{\partial\log R}{\partial a}$ expressionum propositarum f, f_1 etc. quaeque f_i ipsius a respectu differentietur, differentiale per ipsas f, f_1, $\ldots$, f_n exprimatur eaque expressio ipsius f_i respectu differentietur: horum omnium $n+1$ differentialium Aggregatum aequabit ipsum $\frac{\partial\log R}{\partial a}$.

In Commentatione *de Determinantibus* §. 11 demonstravi, posito

$$R=\Sigma\pm a a_1' a_2''\ldots a_n^{(n)},\quad A_k^{(i)}=\frac{\partial R}{\partial a_k^{(i)}},$$

fieri

$$\Sigma \pm A A_1' \dots A_m^{(m)} = R^m \Sigma \pm a_{m+1}^{(m+1)} a_{m+2}^{(m+2)} \dots a_n^{(n)}.$$

Statuendo

$$a_k^{(i)} = \frac{\partial f_i}{\partial x_k},$$

secundum (8) §. pr. fit

$$A_k^{(i)} = R \frac{\partial x_k}{\partial f_i},$$

quod substituendo et dividendo per R^m abit formula praecedens in hanc:

$$(2) \qquad R\Sigma \pm \frac{\partial x}{\partial f} \cdot \frac{\partial x_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial x_m}{\partial f_m} = \Sigma \pm \frac{\partial f_{m+1}}{\partial x_{m+1}} \cdot \frac{\partial f_{m+2}}{\partial x_{m+2}} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n}.$$

Ex hac formula permutatione indicum sive ipsarum x sive ipsarum f plurimae aliae obtinentur. Si ponitur $m = n$, loco citato formula prodit

$$\Sigma \pm A A_1' \dots A_n^{(n)} = R^n,$$

unde eo casu abit (2) in hanc formulam:

$$R \Sigma \pm \frac{\partial x}{\partial f} \cdot \frac{\partial x_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial x_n}{\partial f_n} = 1$$

sive

$$(3) \qquad \Sigma \pm \frac{\partial x}{\partial f} \cdot \frac{\partial x_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial x_n}{\partial f_n} = \frac{1}{\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n}}.$$

Si una habetur unius variabilis x functio f et vice versa x per f exprimitur, ipsius x differentiale sumtum ipsius f respectu valore reciproco gaudet differentialis functionis f ipsius x respectu sumti. Similiter formula praecedens docet, si habeantur $n+1$ variabilium $x, x_1, \dots, x_n$ totidem functiones f, $f_1, \dots, f_n$ et vice versa $x, x_1, \dots, x_n$ per $f, f_1, \dots, f_n$ exprimantur, Determinans functionale ipsarum $x, x_1, \dots, x_n$, formatum ipsarum $f, f_1, \dots, f_n$ respectu, gaudere valore reciproco Determinantis functionalis ipsarum $f, f_1, \dots, f_n$ variabilium $x, x_1, \dots, x_n$ respectu formati.

10.

Antecedentia docent, quomodo obtineatur Determinans functionale, si non ipsae dantur functionum expressiones explicitae sed vice versa variabiles per functiones exhibitae dantur. Quae quaestio redit in generaliorem, invenire Deter-

minans functionale, si definiantur functiones per aequationes inter functiones ipsas et variabiles propositas, sive si functiones implicite dantur.

Definiantur ipsarum $x, x_1, \ldots, x_n$ functiones $f, f_1, \ldots, f_n$ per aequationes sequentes inter omnes illas $2n+2$ quantitates propositas

$$F=0, \quad F_1=0, \quad F_2=0, \quad \ldots, \quad F_n=0.$$

Substituendo functionum $f, f_1, \ldots, f_n$ expressiones per $x, x_1, \ldots, x_n$ exhibitas, ex aequationibus illis prodeuntes, earum aequationum quaevis

$$F_i=0$$

identica evadit. Quam aequationem differentiando variabilis alicuius x_k respectu prodit

$$(1) \qquad 0=\frac{\partial F_i}{\partial x_k}+\frac{\partial F_i}{\partial f}\cdot\frac{\partial f}{\partial x_k}+\frac{\partial F_i}{\partial f_1}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_k}+\cdots+\frac{\partial F_i}{\partial f_n}\cdot\frac{\partial f_n}{\partial x_k}.$$

Statuamus

$$(2) \qquad \frac{\partial F_i}{\partial f_m}=a_m^{(i)}, \qquad \frac{\partial f_m}{\partial x_k}=\alpha_m^{(k)},$$

sit porro

$$a^{(i)}\alpha^{(k)}+a_1^{(i)}\alpha_1^{(k)}+\cdots+a_n^{(i)}\alpha_n^{(k)}=c_k^{(i)},$$

erit e (1):

$$(3) \qquad c_k^{(i)}=-\frac{\partial F_i}{\partial x_k}.$$

Iam vero habetur formula nota (13*):

$$\Sigma\pm c c_1' c_2'' \ldots c_n^{(n)}=\Sigma\pm a a_1' a_2'' \ldots a_n^{(n)}.\Sigma\pm \alpha \alpha_1' \alpha_2'' \ldots \alpha_n^{(n)};$$

unde substituendo (2) et (3) provenit:

$$(4) \quad (-)^{n+1}\Sigma\pm\frac{\partial F}{\partial x}\cdot\frac{\partial F_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial F_n}{\partial x_n}=\Sigma\pm\frac{\partial F}{\partial f}\cdot\frac{\partial F_1}{\partial f_1}\cdots\frac{\partial F_n}{\partial f_n}\cdot\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}.$$

Quae formula suppeditat valorem Determinantis functionalis propositi

$$(5) \qquad \Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}=(-1)^{n+1}\frac{\Sigma\pm\frac{\partial F}{\partial x}\cdot\frac{\partial F_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial F_n}{\partial x_n}}{\Sigma\pm\frac{\partial F}{\partial f}\cdot\frac{\partial F_1}{\partial f_1}\cdots\frac{\partial F_n}{\partial f_n}}.$$

Variabilis x functione aliqua f definita per aequationem

$$F(f, x)=0,$$

obtinetur functionis f differentiale, variabilis x respectu sumtum, si ipsius F

differentialia ipsarum f et x respectu sumta alterum per alterum dividuntur et signum negativum praefigitur. Prorsus simili modo, docet formula (5), variabilium $x, x_1, \ldots, x_n$ functionibus $f, f_1, \ldots, f_n$ definitis per aequationes

$$F=0, \quad F_1=0, \quad \ldots, \quad F_n=0,$$

functionum $f, f_1, \ldots, f_n$ Determinans, variabilium $x, x_1, \ldots, x_n$ respectu formatum, aequari Quotienti duorum ipsarum $F, F_1, \ldots, F_n$ Determinantium ipsarum $f, f_1, \ldots, f_n$ et ipsarum $x, x_1, \ldots, x_n$ respectu formatorum, signo $+$ aut $-$ praefixo, prout ipsarum f, f_1 etc. numerus par aut impar est.

E formula generali (5) sequitur ut Corollarium formula §. pr. demonstrata. Invenimus enim Propositionem, datis inter ipsas $x, x_1, \ldots, x_n, f, f_1, \ldots, f_n$ aequationibus $F=0, F_1=0, \ldots, F_n=0$, si $f, f_1, \ldots, f_n$ per $x, x_1, \ldots, x_n$ exprimantur, fieri

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n} = (-)^{n+1} \frac{\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial x} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial x_n}}{\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial f} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial f_n}},$$

unde secundum eandem Propositionem, si $x, x_1, \ldots, x_n$ per $f, f_1, \ldots, f_n$ exprimantur, fieri debet

$$\Sigma \pm \frac{\partial x}{\partial f} \cdot \frac{\partial x_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial x_n}{\partial f_n} = (-1)^{n+1} \frac{\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial f} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial f_n}}{\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial x} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial x_n}},$$

ideoque

$$\Sigma \pm \frac{\partial x}{\partial f} \cdot \frac{\partial x_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial x_n}{\partial f_n} = \frac{1}{\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n}},$$

quod §. pr. probavi.

11.

Supponamus functiones $f, f_1, \ldots, f_n$ non immediate per ipsas variabiles $x, x_1, \ldots, x_n$, sed per earum functiones

$$\varphi, \quad \varphi_1, \quad \varphi_2, \quad \ldots, \quad \varphi_p$$

expressas dari. Sit

(1) $$a_m^{(i)} = \frac{\partial f_i}{\partial \varphi_m}, \quad a_m^{(k)} = \frac{\partial \varphi_m}{\partial x_k},$$

unde statuendo

$$c_k^{(i)} = \alpha^{(i)}\alpha^{(k)} + \alpha_1^{(i)}\alpha_1^{(k)} + \cdots + \alpha_p^{(i)}\alpha_p^{(k)}$$
$$= \frac{\partial f_i}{\partial \varphi}\cdot\frac{\partial \varphi}{\partial x_k} + \frac{\partial f_i}{\partial \varphi_1}\cdot\frac{\partial \varphi_1}{\partial x_k} + \cdots + \frac{\partial f_i}{\partial \varphi_p}\cdot\frac{\partial \varphi_p}{\partial x_k},$$

erit

(2) $$c_k^{(i)} = \frac{\partial f_i}{\partial x_k}.$$

Invenimus in Commentatione *de Determinantibus* §. 13 sqq., si $p < n$:

(3) $$\Sigma \pm c c_1' c_2'' \ldots c_n^{(n)} = 0,$$

si $p = n$:

(4) $$\Sigma \pm c c_1' c_2'' \ldots c_n^{(n)} = \Sigma \pm \alpha \alpha_1' \ldots \alpha_n^{(n)} . \Sigma \pm a a_1' \ldots a_n^{(n)},$$

si $p > n$:

(5) $$\Sigma \pm c c_1' c_2'' \ldots c_n^{(n)} = S\{\Sigma \pm \alpha_m \alpha_{m'}' \ldots \alpha_{m^{(n)}}^{(n)} . \Sigma \pm a_m a_{m'}' \ldots a_{m^{(n)}}^{(n)}\},$$

ubi signum S pertinet ad cunctas combinationes, quibus pro indicibus m, m', ..., $m^{(n)}$ sumuntur $n+1$ diversi ex ipsis 0, 1, 2, ..., p. Ex his tribus formulis (3), (4), (5), substituendo elementis

$$\alpha_m^{(i)}, \quad a_m^{(k)}, \quad c_k^{(i)}$$

differentialia partialia (1) et (2), tres Propositiones sequentes fluunt:

Propositio I.

Determinans functionum, quae omnes per minorem functionum numerum exprimi possunt, evanescit.

Haec Propositio cum iis convenit, quae supra demonstravi; quoties enim functiones propositas per minorem aliarum quantitatum numerum exprimere licet, functiones non sunt a se invicem independentes (§ 4), functionum autem a se non independentinm Determinans evanescit (§ 6).

Propositio II.

Sint $f, f_1, \ldots, f_n$ quantitatum $\varphi, \varphi_1, \ldots, \varphi_n$, ipsae $\varphi, \varphi_1, \ldots, \varphi_n$ quantitatum $x, x_1, \ldots, x_n$ functiones, unde ipsae quoque $f, f_1, \ldots, f_n$ pro quantitatum $x, x_1, \ldots, x_n$ functionibus haberi possunt; quarum functionum Determinans aequatur producto e Determinante functionum $f, f_1, \ldots, f_n$ ipsarum $\varphi, \varphi_1, \ldots, \varphi_n$ respectu atque Determinante functio-

num $\varphi, \varphi_1, \ldots, \varphi_n$ ipsarum $x, x_1, \ldots, x_n$ respectu formato, sive fit

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n} = \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial \varphi} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial \varphi_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial \varphi_n} \cdot \Sigma \pm \frac{\partial \varphi}{\partial x} \cdot \frac{\partial \varphi_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial \varphi_n}{\partial x_n}.$$

Haec Propositio est prorsus analoga ei, in quam pro $n = 0$ redit, designante f ipsius y, y ipsius x functione, esse

$$\frac{df}{dx} = \frac{df}{dy} \cdot \frac{dy}{dx}.$$

Nequae formulae simplicitas minuitur modo differentialibus Determinantia functionalia substituantur.

Propositio III.

Sint $f, f_1, \ldots, f_n$ functiones maioris numeri quantitatum $\varphi, \varphi_1, \ldots, \varphi_p$, quae ipsae sunt variabilium $x, x_1, \ldots, x_n$ functiones; formetur productum duorum Determinantium

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial \varphi} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial \varphi_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial \varphi_n} \cdot \Sigma \pm \frac{\partial \varphi}{\partial x} \cdot \frac{\partial \varphi_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial \varphi_n}{\partial x_n},$$

omniaque similia pro quibuscunque $n+1$ e $p+1$ functionibus $\varphi, \varphi_1, \ldots, \varphi_p$: omnium horum productorum summa aequatur Determinanti functionum $f, f_1, \ldots, f_n$ ipsarum $x, x_1, \ldots, x_n$ respectu formato, sive fit:

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n} = S\left\{\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial \varphi} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial \varphi_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial \varphi_n} \cdot \Sigma \pm \frac{\partial \varphi}{\partial x} \cdot \frac{\partial \varphi_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial \varphi_n}{\partial x_n}\right\}.$$

Haec Propositio analoga est huic, functionis plurium quantitatum differentiale obtineri differentialia functionis singularum quantitatum respectu sumta respective per singularum quantitatum differentialia multiplicando omniaque producta addendo.

Sequitur e Propositione II. haec ut Corollarium, in qua ipsius φ loco elementum y posui:

Propositio IV.

Sint $f, f_1, \ldots, f_n$ quantitatum $y, y_1, \ldots, y_n$ functiones, si exprimuntur cum $f, f_1, \ldots, f_n$ tum $y, y_1, \ldots, y_n$ per alias quantitates

$$x, \quad x_1, \quad \ldots, \quad x_n,$$

erit

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial y} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial y_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial y_n} = \frac{\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n}}{\Sigma \pm \frac{\partial y}{\partial x} \cdot \frac{\partial y_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial y_n}{\partial x_n}}.$$

Haec Propositio huic respondet, in expressione $\frac{df}{dy}$ perinde esse, quaenam variabilis sit, cuius respectu differentietur, sive expressa et f et y per aliam quamlibet variabilem x, fieri

$$\frac{df}{dy} = \frac{\frac{df}{dx}}{\frac{dy}{dx}}.$$

Si in Propositione IV. ponitur $f = x$, $f_1 = x_1$, ..., $f_n = x_n$, redimus in formulam (3) §. 9.

12.

E Propositionibus §. pr. traditis aliae quaedam fluunt adnotatu dignae. In Propositione II. §. pr. ponamus

$$\varphi = x, \quad \varphi_1 = x_1, \quad \ldots, \quad \varphi_m = x_m,$$

secundum §. 5 fit

$$\Sigma \pm \frac{\partial \varphi}{\partial x} \cdot \frac{\partial \varphi_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial \varphi_n}{\partial x_n} = \Sigma \pm \frac{\partial \varphi_{m+1}}{\partial x_{m+1}} \cdot \frac{\partial \varphi_{m+2}}{\partial x_{m+2}} \cdots \frac{\partial \varphi_n}{\partial x_n}.$$

Unde docet Prop. II., si in Determinante functionali

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n}$$

ipsarum x_{m+1}, x_{m+2}, ..., x_n loco aliae ipsarum x, x_1, ..., x_n functiones

$$\varphi_{m+1}, \quad \varphi_{m+2}, \quad \ldots, \quad \varphi_n$$

pro variabilibus independentibus introducantur, fieri

$$(1) \quad \begin{cases} \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n} \\ = \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_m}{\partial x_m} \cdot \frac{\partial f_{m+1}}{\partial \varphi_{m+1}} \cdot \frac{\partial f_{m+2}}{\partial \varphi_{m+2}} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial \varphi_n} \cdot \Sigma \pm \frac{\partial \varphi_{m+1}}{\partial x_{m+1}} \cdot \frac{\partial \varphi_{m+2}}{\partial x_{m+2}} \cdots \frac{\partial \varphi_n}{\partial x_n}. \end{cases}$$

Hinc si unius tantum variabilis x_n loco alia variabilis φ introducitur, fit

$$(2) \qquad \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n} = \frac{\partial \varphi}{\partial x_n} \cdot \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}} \cdot \frac{\partial f_n}{\partial \varphi}.$$

Si insuper in formula (1) ponitur

$$\varphi_{m+1} = f_{m+1}, \quad \varphi_{m+2} = f_{m+2}, \quad \ldots, \quad \varphi_n = f_n,$$

fit secundum §. 5

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_m}{\partial x_m} \cdot \frac{\partial f_{m+1}}{\partial \varphi_{m+1}} \cdot \frac{\partial f_{m+2}}{\partial \varphi_{m+2}} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial \varphi_n} = \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_m}{\partial x_m}.$$

Unde sequitur Propositio prae ceteris memorabilis, Determinans functionale

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n},$$

si in functionibus $f, f_1, \ldots, f_m$ variabilium $x_{m+1}, x_{m+2}, \ldots, x_n$ loco ipsae f_{m+1}, $f_{m+2}, \ldots, f_n$ introducantur, fieri

$$(3) \qquad \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n} = \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_m}{\partial x_m} \cdot \Sigma \pm \frac{\partial f_{m+1}}{\partial x_{m+1}} \cdot \frac{\partial f_{m+2}}{\partial x_{m+2}} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n}.$$

Qua in formula tenendum est, duorum Determinantium in se ductorum prius ipsarum $x, x_1, \ldots, x_m, f_{m+1}, f_{m+2}, \ldots, f_n$ respectu formatum esse, in posteriore ipsas $f_{m+1}, f_{m+2}, \ldots, f_n$ pro variabilium $x, x_1, \ldots, x_n$ functionibus haberi. E formula praecedente pro $m = 0$ sequitur

$$(4) \qquad \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n} = \left(\frac{\partial f}{\partial x}\right) \Sigma \pm \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdot \frac{\partial f_2}{\partial x_2} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n},$$

in qua uncis innuitur ipsam f pro ipsarum $f, x_1, x_2, \ldots, x_n$ functione haberi. Hanc formulam iam supra §. 7 demonstravi.

Datis ipsarum $x, x_1, \ldots, x_n$ functionibus $\varphi_{m+1}, \varphi_{m+2}, \ldots, \varphi_n$, si exprimuntur $x_{m+1}, x_{m+2}, \ldots, x_n$ per $x, x_1, \ldots, x_m, \varphi_{m+1}, \varphi_{m+2}, \ldots, \varphi_n$, fit secundum §. 9 (3):

$$\Sigma \pm \frac{\partial \varphi_{m+1}}{\partial x_{m+1}} \cdot \frac{\partial \varphi_{m+2}}{\partial x_{m+2}} \cdots \frac{\partial \varphi_n}{\partial x_n} = \frac{1}{\Sigma \pm \frac{\partial x_{m+1}}{\partial \varphi_{m+1}} \cdot \frac{\partial x_{m+2}}{\partial \varphi_{m+2}} \cdots \frac{\partial x_n}{\partial \varphi_n}}.$$

Qua in formula in formandis Determinantibus functionalibus habentur quantitates $x, x_1, \ldots, x_m$ pro Constantibus. Substituendo formulam praecedentem in (1), sequitur, si ipsarum $x, x_1, \ldots, x_n$ functiones $f, f_1, \ldots, f_n$ nec non ipsae $x_{m+1}, x_{m+2}, \ldots, x_n$ exprimantur per

$$x, \; x_1, \; \ldots, \; x_m, \; \varphi_m, \; \varphi_{m+1}, \; \ldots, \; \varphi_n,$$

fieri

$$(5) \qquad \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n} = \frac{\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_m}{\partial x_m} \cdot \frac{\partial f_{m+1}}{\partial \varphi_{m+1}} \cdot \frac{\partial f_{m+2}}{\partial \varphi_{m+2}} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial \varphi_n}}{\Sigma \pm \frac{\partial x_{m+1}}{\partial \varphi_{m+1}} \cdot \frac{\partial x_{m+2}}{\partial \varphi_{m+2}} \cdots \frac{\partial x_n}{\partial \varphi_n}}.$$

Porro e (3) sequitur, si exprimantur

$$f,\ f_1,\ \ldots,\ f_m,\ x_{m+1},\ x_{m+2},\ x_n$$

per quantitates

$$x,\ x_1,\ \ldots,\ x_m,\ f_{m+1},\ f_{m+2},\ \ldots,\ f_n,$$

fieri

$$(6)\qquad \Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}=\frac{\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_m}{\partial x_m}}{\Sigma\pm\frac{\partial x_{m+1}}{\partial f_{m+1}}\cdot\frac{\partial x_{m+2}}{\partial f_{m+2}}\cdots\frac{\partial x_n}{\partial f_n}}.$$

Formulae (5), (6) etiam e Prop. IV §. pr. deducuntur, ipsis $y,\ y_1,\ \ldots,\ y_n$ substituendo $x,\ x_1,\ \ldots,\ x_n$, ipsis autem $x_{m+1},\ x_{m+2},\ \ldots,\ x_n$ substituendo f_{m+1}, $f_{m+2},\ \ldots,\ f_n$.

13.

Ponamus, ipsarum $x,\ x_1,\ \ldots,\ x_n$ functiones $f,\ f_1,\ \ldots,\ f_n$ determinari $n+m+1$ aequationibus inter quantitates illas $x,\ x_1,\ \ldots,\ x_n,\ f,\ f_1,\ \ldots,\ f_n$ aliasque quantitates

$$f_{n+1},\ f_{n+2},\ \ldots,\ f_{n+m}$$

propositis

$$F=0,\quad F_1=0,\quad \ldots,\quad F_{n+m}=0,$$

ac quaeratur rursus Determinans functionale

$$\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}.$$

Ex aequationibus

$$F_{n+1}=0,\quad F_{n+2}=0,\quad \ldots,\quad F_{n+m}=0$$

ipsarum $f_{n+1},\ f_{n+2},\ \ldots,\ f_{n+m}$ petamus valores eosque in functionibus $F,\ F_1,\ \ldots,\ F_n$ substituamus, erunt $F=0,\ F_1=0,\ \ldots,\ F_n=0$ aequationes inter solas quantitates

$$x,\ x_1,\ \ldots,\ x_n,\ f,\ f_1,\ \ldots,\ f_n.$$

Quarum aequationum ope determinatis ipsarum $x,\ x_1,\ \ldots,\ x_n$ functionibus f, $f_1,\ \ldots,\ f_n$, fit e (5) §. 10:

$$(1)\qquad \Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}=(-1)^{n+1}\frac{\Sigma\pm\frac{\partial F}{\partial x}\cdot\frac{\partial F_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial F_n}{\partial x_n}}{\Sigma\pm\frac{\partial F}{\partial f}\cdot\frac{\partial F_1}{\partial f_1}\cdots\frac{\partial F_n}{\partial f_n}}.$$

Fractionis ad dextram cum numeratorem tum denominatorem multiplicemus per

$$\Sigma \pm \frac{\partial F_{n+1}}{\partial f_{n+1}} \cdot \frac{\partial F_{n+2}}{\partial f_{n+2}} \cdots \frac{\partial F_{n+m}}{\partial f_{n+m}},$$

erit secundum (3) §. pr.

$$\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial x} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial x_n} \cdot \frac{\partial F_{n+1}}{\partial f_{n+1}} \cdot \frac{\partial F_{n+2}}{\partial f_{n+2}} \cdots \frac{\partial F_{n+m}}{\partial f_{n+m}}$$
$$= \Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial x} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial x_n} \cdot \Sigma \pm \frac{\partial F_{n+1}}{\partial f_{n+1}} \cdot \frac{\partial F_{n+2}}{\partial f_{n+2}} \cdots \frac{\partial F_{n+m}}{\partial f_{n+m}},$$

$$\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial f} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial F_{n+m}}{\partial f_{n+m}}$$
$$= \Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial f} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial f_n} \cdot \Sigma \pm \frac{\partial F_{n+1}}{\partial f_{n+1}} \cdot \frac{\partial F_{n+2}}{\partial f_{n+2}} \cdots \frac{\partial F_{n+m}}{\partial f_{n+m}},$$

siquidem in laeva parte aequationum praecedentium ipsas $F, F_1, \ldots, F_{n+m}$ rursus pro omnium $f, f_1, \ldots, f_{n+m}, x, x_1, \ldots, x_n$ functionibus habemus, quales propositae sunt. Substituendo formulas praecedentes in (1), prodit expressio quaesita:

$$(2)\quad \left\{ \begin{aligned} &\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n} \\ &= (-)^{n+1} \frac{\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial x} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial x_n} \cdot \frac{\partial F_{n+1}}{\partial f_{n+1}} \cdot \frac{\partial F_{n+2}}{\partial f_{n+2}} \cdots \frac{\partial F_{n+m}}{\partial f_{n+m}}}{\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial f} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial F_{n+m}}{\partial f_{n+m}}}. \end{aligned} \right.$$

Quae docet formula, quomodo inveniatur Determinans functionum, quae quocunque modo implicite dantur.

Si determinatur unius variabilis x functio f per $m+1$ aequationes inter quantitates $x, f, f_1, \ldots, f_m$ propositas

$$F = 0, \quad F_1 = 0, \quad \ldots, \quad F_m = 0,$$

fit

$$(3)\qquad \frac{df}{dx} = -\frac{\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial x} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial f_1} \cdot \frac{\partial F_2}{\partial f_2} \cdots \frac{\partial F_m}{\partial f_m}}{\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial f} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial f_1} \cdot \frac{\partial F_2}{\partial f_2} \cdots \frac{\partial F_m}{\partial f_m}}.$$

Quam formulam si cum generali (2) comparas, et hic vides perfectam locum habere analogiam inter differentiale primum functionis unius variabilis atque Determinans systematis functionum plurium variabilium.

14.

Demonstrabo iam Propositionem, quae prae ceteris memorabilis atque iuncta formulae (2) §. pr. ipsis Determinantibus functionalibus inveniendis commoda est. *Ponamus enim inter quantitates* $x, x_1, \ldots, x_n$ *datas esse totidem aequationes*

$$f = \alpha, \quad f_1 = \alpha_1, \quad \ldots, \quad f_n = \alpha_n,$$

in quibus α, α_1 *etc. sint Constantes: dico Determinans*

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n}$$

non mutare valorem, si functiones $f, f_1, \ldots, f_n$ *varias subeant mutationes, quales per aequationes propositas subire possunt, ita tamen ut functioni alicui* f_i *transmutandae non ipsa adhibeatur aequatio* $f_i = \alpha_i$.

Sufficit Propositionem praecedentam pro casu demonstrare, quo una tantum functio f mutationem subeat per aequationes inter ipsas $x, x_1, \ldots, x_n$ propositas,

$$f_1 = \alpha_1, \quad f_2 = \alpha_2, \quad \ldots, \quad f_n = \alpha_n.$$

Propositio enim pro una functione demonstrata ubi successive singulis functionibus $f, f_1, \ldots, f_n$ applicatur, propositum demonstratum erit pro casu generali, quo per aequationes propositas simul omnes functiones $f, f_1, \ldots, f_n$ mutantur.

Ponamus igitur per aequationes

$$(1) \qquad f_1 = \alpha_1, \quad f_2 = \alpha_2, \quad \ldots, \quad f_n = \alpha_n$$

fieri

$$(2) \qquad f = \varphi;$$

probandum est per easdem aequationes fieri

$$(3) \qquad \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdot \frac{\partial f_2}{\partial x_2} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n} = \Sigma \pm \frac{\partial \varphi}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdot \frac{\partial f_2}{\partial x_2} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n}.$$

Functio φ praeter variabiles $x, x_1, \ldots, x_n$ implicabit Constantes $\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n$, ita ut pro ipsis $\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n$ restituendo functiones $f_1, f_2, \ldots, f_n$ ipsa φ identice redeat in functionem propositam f. Hinc per aequationes (1) locum habebunt aequationes:

$$(4) \qquad \begin{cases} \dfrac{\partial f}{\partial x} = \dfrac{\partial \varphi}{\partial x} + \dfrac{\partial \varphi}{\partial \alpha_1} \cdot \dfrac{\partial f_1}{\partial x} + \dfrac{\partial \varphi}{\partial \alpha_2} \cdot \dfrac{\partial f_2}{\partial x} + \cdots + \dfrac{\partial \varphi}{\partial \alpha_n} \cdot \dfrac{\partial f_n}{\partial x}, \\ \dfrac{\partial f}{\partial x_1} = \dfrac{\partial \varphi}{\partial x_1} + \dfrac{\partial \varphi}{\partial \alpha_1} \cdot \dfrac{\partial f_1}{\partial x_1} + \dfrac{\partial \varphi}{\partial \alpha_2} \cdot \dfrac{\partial f_2}{\partial x_1} + \cdots + \dfrac{\partial \varphi}{\partial \alpha_n} \cdot \dfrac{\partial f_n}{\partial x_1}, \\ \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \\ \dfrac{\partial f}{\partial x_n} = \dfrac{\partial \varphi}{\partial x_n} + \dfrac{\partial \varphi}{\partial \alpha_1} \cdot \dfrac{\partial f_1}{\partial x_n} + \dfrac{\partial \varphi}{\partial \alpha_2} \cdot \dfrac{\partial f_2}{\partial x_n} + \cdots + \dfrac{\partial \varphi}{\partial \alpha_n} \cdot \dfrac{\partial f_n}{\partial x_n}. \end{cases}$$

Quibus substitutis in Determinante

$$\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_2}{\partial x_2}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n},$$

sequentem eruimus expressionem:

$$\Sigma\pm\frac{\partial \varphi}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_2}{\partial x_2}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}+\frac{\partial \varphi}{\partial \alpha_1}\cdot\Sigma\pm\frac{\partial f_1}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_2}{\partial x_2}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}$$
$$+\frac{\partial \varphi}{\partial \alpha_2}\cdot\Sigma\pm\frac{\partial f_2}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_2}{\partial x_2}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}+\cdots$$
$$\cdots+\frac{\partial \varphi}{\partial \alpha_n}\cdot\Sigma\pm\frac{\partial f_n}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_2}{\partial x_2}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}.$$

At Determinantia singula in singulos factores

$$\frac{\partial \varphi}{\partial \alpha_1},\quad \frac{\partial \varphi}{\partial \alpha_2},\quad \ldots,\quad \frac{\partial \varphi}{\partial \alpha_n}$$

ducta *identice* evanescunt, unde fit

$$\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_2}{\partial x_2}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}=\Sigma\pm\frac{\partial \varphi}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_2}{\partial x_2}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}.$$

Nimirum si in differentialibus

$$\frac{\partial \varphi}{\partial x},\quad \frac{\partial \varphi}{\partial x_1},\quad \ldots,\quad \frac{\partial \varphi}{\partial x_n}$$

pro ipsis $\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n$ restituis functiones $f_1, f_2, \ldots, f_n$, Determinans ad dextram identice in Determinans ad laevam redit.

Si per aequationes

$$\varphi=\alpha,\quad f_2=\alpha_2,\quad f_3=\alpha_3,\quad \ldots,\quad f_n=\alpha_n$$

fit

$$f_1=\varphi_1,$$

eodem modo probas fieri

$$\Sigma\pm\frac{\partial \varphi}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_2}{\partial x_2}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}=\Sigma\pm\frac{\partial \varphi}{\partial x}\cdot\frac{\partial \varphi_1}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_2}{\partial x_2}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n},$$

unde etiam

$$\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_2}{\partial x_2}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}=\Sigma\pm\frac{\partial \varphi}{\partial x}\cdot\frac{\partial \varphi_1}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_2}{\partial x_2}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}.$$

Sic pergendo sequitur generaliter, si per aequationes

$$f=\alpha,\quad f_1=\alpha_1,\quad \ldots,\quad f_{i-1}=\alpha_{i-1},\quad f_{i+1}=\alpha_{i+1},\quad \ldots,\quad f_n=\alpha_n$$

fiat

$$f_i = \varphi_i;$$

per aequationes

$$f = \alpha, \quad f_1 = \alpha_1, \quad \ldots, \quad f_n = \alpha_n$$

fore

$$(5) \qquad \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n} = \Sigma \pm \frac{\partial \varphi}{\partial x} \cdot \frac{\partial \varphi_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial \varphi_n}{\partial x_n}.$$

Nimirum restituendo in omnibus

$$\frac{\partial \varphi_i}{\partial x_k}$$

pro Constantibus α, α_1, α_2, $\ldots$, α_n functiones f, f_1, f_2, $\ldots$, f_n, Determinans functionale alterum in alterum identice redit.

15.

Sit numerus variabilium, quas functiones f, f_1, $\ldots$, f_n involvunt, maior numero functionum: functiones illae si a se non independentes sunt, quarumque $n+1$ variabilium illarum respectu non a se independentes erunt. Scilicet aequatio, quae inter eas locum habet, omnino nullam praeterea variabilem involvens, sane etiam quibusque $n+1$ illarum variabilium vacabit. Qua de re e Propositione §. 6 sqq. probata sequitur, si variabilium x, x_1, $\ldots$, x_{n+m} functiones f, f_1, $\ldots$, f_n non a se invicem sint independentes, omnia earum evanescere Determinantia formata quarumcunque $n+1$ e $n+m+1$ variabilibus x, x_1, $\ldots$, x_{n+m} respectu. Et vice versa locum habet Propositio, his omnibus evanescentibus Determinantibus, functiones propositas a se invicem non independentes esse, sive inter eas aequationem locum habere ab omnibus $n+m+1$ variabilibus x, x_1, $\ldots$, x_{n+m} vacuam. Quae ut demonstretur Propositio, probemus rursus, si de n functionibus valeat, eandem de $n+1$ functionibus iustam esse; quod sufficit ad Propositionem generaliter demonstrandam, quia pro *una* functione constat. Nam pro una quidem functione haec evadit, variabilium x, x_1, $\ldots$, x_{n+m} functionem f esse Constantem, si eius differentialia partialia

$$\frac{\partial f}{\partial x}, \quad \frac{\partial f}{\partial x_1}, \quad \ldots, \quad \frac{\partial f}{\partial x_{n+m}}$$

cuncta evanescant.

Ponamus functiones f, f_1, $\ldots$, f_{n-1} a se invicem independentes esse; nam si functiones f, f_1, $\ldots$, f_{n-1} non a se invicem independentes forent, iam

locum haberet quod demonstrandum proponitur. Cum propositum pro n functionibus iustum supponatur, non evanescere possunt singula functionum f, $f_1, \ldots, f_{n-1}$ Determinantia, quae formari possunt n variabilium e numero ipsarum $x, x_1, \ldots, x_{n+m}$ respectu; alioquin enim secundum Propositionem illam functiones $f, f_1, \ldots, f_{n-1}$ non a se independentes forent. Sit

$$B = \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}}$$

Determinans non evanescens; eligamus ex omnibus functionum $f, f_1, \ldots, f_n$ Determinantibus ea, in quibus ipsae $x, x_1, \ldots, x_{n-1}$ inter $n+1$ quantitates sunt, quarum respectu Determinans functionale formatur, hoc est Determinantia

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}} \cdot \frac{\partial f_n}{\partial x_n}, \quad \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}} \cdot \frac{\partial f_n}{\partial x_{n+1}},$$
$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}} \cdot \frac{\partial f_n}{\partial x_{n+2}}, \quad \ldots, \quad \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}} \cdot \frac{\partial f_n}{\partial x_{n+m}}.$$

Ipsarum $x, x_1, \ldots, x_{n-1}$ loco ipsas $f, f_1, \ldots, f_{n-1}$ ut variabiles independentes in functione f_n introducamus; secundum ea, quae §. 7 demonstravi, abeunt Determinantia antecedentia in expressiones

$$B\left(\frac{\partial f_n}{\partial x_n}\right), \quad B\left(\frac{\partial f_n}{\partial x_{n+1}}\right), \quad B\left(\frac{\partial f_n}{\partial x_{n+2}}\right), \quad \ldots, \quad B\left(\frac{\partial f_n}{\partial x_{n+m}}\right),$$

ubi uncis innuo functionem differentiandam per ipsas

$$f, \; f_1, \; \ldots, \; f_{n-1}, \; x_n, \; x_{n+1}, \; \ldots, \; x_{n+m}$$

expressam esse. His autem expressionibus evanescentibus, cum B non evanescat, fieri debet

$$\frac{\partial f_n}{\partial x_n} = 0, \quad \frac{\partial f_n}{\partial x_{n+1}} = 0, \quad \ldots, \quad \frac{\partial f_n}{\partial x_{n+m}} = 0,$$

unde f_n solas $f, f_1, \ldots, f_{n-1}$ implicabit ideoque functiones $f, f_1, \ldots, f_n$ non a se independentes erunt, q. d. e.

Demonstravimus antecedentibus, evanescentibus $m+1$ Determinantibus

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}} \cdot \frac{\partial f_n}{\partial x_n}, \quad \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}} \cdot \frac{\partial f_n}{\partial x_{n+1}}, \quad \ldots$$
$$\ldots, \quad \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}} \cdot \frac{\partial f_n}{\partial x_{n+m}},$$

neque simul evanescente Determinante B sive

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}},$$

fore f_n ipsarum $f, f_1, \ldots, f_{n-1}$ functionem. At si f_n ipsarum $f, f_1, \ldots, f_{n-1}$ functio est, initio huius §. vidimus evanescere functionum $f, f_1, \ldots, f_n$ Determinantia formata quarumcunque $n+1$ e quantitatibus $x, x_1, \ldots, x_{n+m}$ respectu. Quorum Determinantium numerus est

$$\frac{(n+m+1)(n+m)\ldots(m+1)}{1.2.3\ldots(n+1)} = \frac{(n+m+1)(n+m)\ldots(n+2)}{1.2.3\ldots m}.$$

Quae igitur omnia evanescere debent, simulac illa $m+1$ Determinantia evanescunt, siquidem ipsum non evanescit Determinans B.

16.

Quo melius perspiciatur nexus, qui inter Determinantia illa

$$\frac{1.2.3\ldots(n+m+1)}{1.2\ldots m.1.2\ldots(n+1)}$$

intercedit, quae evanescere debent omnia simulatque certa $m+1$ ex eorum numero evanescunt, formulas sequentes adiicio.

Fingamus novas ipsarum $x, x_1, \ldots, x_{n+m}$ functiones arbitrarias

$$f_{n+1},\quad f_{n+2},\quad \ldots,\quad f_{n+m},$$

ac ponamus

$$(1)\qquad \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}} \cdot \frac{\partial f_{n+i}}{\partial x_{n+k}} = b_k^{(i)}.$$

Qua in formula utrique indici i et k competunt valores

$$0,\quad 1,\quad 2,\quad \ldots,\quad m.$$

Variabilium $x, x_1, \ldots, x_{n-1}$ loco introducendo $f, f_1, \ldots, f_{n-1}$, vidimus §. pr. fieri

$$(2)\qquad b_k^{(i)} = B\left(\frac{\partial f_{n+i}}{\partial x_{n+k}}\right),$$

siquidem rursus

$$B = \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}}.$$

Sequitur e (2):

$$\Sigma \pm b b_1' b_2'' \ldots b_m^{(m)} = B^{m-1} \Sigma \pm \left(\frac{\partial f_n}{\partial x_n}\right) \cdot \left(\frac{\partial f_{n+1}}{\partial x_{n+1}}\right) \cdots \left(\frac{\partial f_{n+m}}{\partial x_{n+m}}\right).$$

At e formula (3) §. 12 mutatis mutandis sequitur

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n+m}}{\partial x_{n+m}}$$

$$= \Sigma \pm \left(\frac{\partial f_n}{\partial x_n}\right) \cdot \left(\frac{\partial f_{n+1}}{\partial x_{n+1}}\right) \cdots \left(\frac{\partial f_{n+m}}{\partial x_{n+m}}\right) \cdot \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}},$$

unde fit

$$(3) \qquad \Sigma \pm b b'_1 \ldots b^{(m)}_m = B^m \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n+m}}{\partial x_{n+m}}.$$

Cuius formulae in quaestionibus de Determinantibus frequens usus est.

Ponamus

$$-\beta^{(i)}_k = \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{i-1}}{\partial x_{i-1}} \cdot \frac{\partial f_i}{\partial x_{n+k}} \cdot \frac{\partial f_{i+1}}{\partial x_{i+1}} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}},$$

seu prodeat $-\beta^{(i)}_k$ e Determinante

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}}$$

differentialibus ipsius x_i respectu sumtis differentialia ipsius x_{n+k} respectu sumta substituendo; erit $\beta^{(i)}_k$ Aggregatum terminorum, qui in expressione $b^{(i)}_k$ per

$$\frac{\partial f_{n+i}}{\partial x_i}$$

multiplicantur. Unde sequitur Aggregatum, quod in Determinante

$$\Sigma \pm b b'_1 \ldots b^{(m)}_m$$

multiplicatur per

$$\frac{\partial f_n}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_{n+1}}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n+m}}{\partial x_m},$$

esse

$$\Sigma \pm \beta \beta'_1 \ldots \beta^{(m)}_m.$$

At Aggregatum terminorum, qui in Determinante

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n+m}}{\partial x_{n+m}}$$

$$= (-1)^{n(m+1)} \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x_{m+1}} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_{m+2}} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n+m}} \cdot \frac{\partial f_n}{\partial x} \cdots \frac{\partial f_{n+m}}{\partial x_m} \, ^{*})$$

per eundem factorem

$$\frac{\partial f_n}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_{n+1}}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n+m}}{\partial x_m}$$

*) Signum $(-1)^{n(m+1)}$ determinatur consideratione, commutando $0, 1, 2, \ldots, p$ in $i, i+1, \ldots, p, 0, 1, \ldots, i-1$, Permutationem esse positivam, si p par sit; porro si p impar, esse Permutationem $i, i+1, \ldots, p, 0, 1, \ldots, i-1$ positivam aut negativam prout i par aut impar sit. Unde generaliter haec posterior Permutatio positiva aut negativa est, prout ip est par aut impar. V. Com. *de Determ.*

multiplicantur, est

$$(-1)^{n(m+1)}\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x_{m+1}}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_{m+2}}\cdots\frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n+m}}.$$

Unde terminos per factorem illum multiplicatos inter se conferendo nanciscimur e (3):

$$(4)\qquad \Sigma\pm\beta\beta_1'\ldots\beta_m^{(m)} = (-1)^{n(m+1)}B^m\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x_{m+1}}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_{m+2}}\cdots\frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n+m}}.$$

Habemus igitur hanc Propositionem:

E Determinante

$$B=\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}},$$

deducantur $(m+1)^2$ alia Determinantia, uni cuilibet differentialium ipsarum x, x_1, ..., x_m respectu sumtorum substituendo successive differentialia ipsarum

$$x_n,\quad x_{n+1},\quad \ldots,\quad x_{n+m}$$

respectu sumta; illarum $(m+1)^2$ quantitatum Determinans aequatur expressioni

$$(-1)^{n(m+1)}B^m\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x_{m+1}}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_{m+2}}\cdots\frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n+m}}.$$

Aequiparemus in formula (3) terminos in factorem

$$\frac{\partial f_{n+1}}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_{n+2}}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_{n+m}}{\partial x_{m-1}}$$

ductos. In expressione

$$b_k^{(i)}=\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}}\cdot\frac{\partial f_{n+i}}{\partial x_{n+k}}$$

fit Aggregatum terminorum per

$$\frac{\partial f_{n+i}}{\partial x_{i-1}}$$

multiplicatorum

$$-\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_{i-2}}{\partial x_{i-2}}\cdot\frac{\partial f_{i-1}}{\partial x_{n+k}}\cdots\frac{\partial f_i}{\partial x_i}\cdots\frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}}=\beta_k^{(i-1)}.$$

Unde in laeva parte formulae (3) fit Aggregatum terminorum per factorem propositum multiplicatorum

$$\Sigma\pm b\beta_1\beta_2'\ldots\beta_m^{(m-1)}.$$



In Determinante

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n+m}}{\partial x_{n+m}}$$

$$= (-1)^{m(n+1)} \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x_m} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_{m+1}} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_{n+m}} \cdot \frac{\partial f_{n+1}}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_{n+2}}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n+m}}{\partial x_{m-1}}$$

fit Aggregatum terminorum per eundem factorem multiplicatorum

$$(-1)^{m(n+1)} \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x_m} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_{m+1}} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_{n+m}}.$$

Unde e (3), terminos per

$$\frac{\partial f_{n+1}}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_{n+2}}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n+m}}{\partial x_{m-1}}$$

multiplicatos inter se comparando prodit:

$$(5) \qquad \Sigma \pm b \beta_1 \beta_2' \dots \beta_m^{(m-1)} = (-1)^{m(n+1)} B^m \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x_m} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_{m+1}} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_{n+m}}.$$

Eodem modo obtinetur generaliter:

$$(6) \quad \Sigma \pm b b_1' \dots b_{i-1}^{(i-1)} \beta_i \beta_{i+1}' \dots \beta_m^{(m-i)} = \pm B^m \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x_{m-i+1}} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_{m-i+2}} \cdots \frac{\partial f_{n+i-1}}{\partial x_{n+m}},$$

qua in formula signo $\pm$ substituendum est aut $(-1)^{n(m+1)}$ aut $(-1)^{m(n+1)}$, prout i par aut impar est.

Determinantia $m+1$, quae §. pr. evanescere supposui, secundum notationem hic adhibitam sunt

$$b, \quad b_1, \quad b_2, \quad \dots, \quad b_m.$$

Singuli termini Determinantis

$$\Sigma \pm b \beta_1 \beta_2' \dots \beta_m^{(m-1)}$$

per illarum quantitatum unam multiplicantur, unde statuamus:

$$\Sigma \pm b \beta_1 \beta_2' \dots \beta_m^{(m-1)} = \lambda b + \lambda_1 b_1 + \dots + \lambda_n b_n.$$

Quantitates $\beta_k^{(i)}$ ideoque etiam factores λ differentialibus functionis f_n omnino non afficiuntur; porro ex omnibus $b, b_1, \dots, b_m$ unicum b_k continet differentiale

$$\frac{\partial f_n}{\partial x_{n+k}}$$

idque per B multiplicatum. Unde in Determinante antecedente Aggregatum terminorum per $\frac{\partial f_n}{\partial x_{n+k}}$ multiplicatorum fit $\lambda_k B$.

Hinc ubi ponimus

$$\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x_m}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_{m+1}}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_{n+m}}=\mu\frac{\partial f_n}{\partial x_n}+\mu_1\frac{\partial f_n}{\partial x_{n+1}}+\cdots+\mu_m\frac{\partial f_n}{\partial x_{n+m}},$$

designante μ_k Aggregatum terminorum in Determinante praecedente per $\frac{\partial f_n}{\partial x_{n+k}}$ multiplicatorum, sequitur e (5)

$$\lambda_k B=(-1)^{m(n+1)}B^m\mu_k,$$

ideoque

$$\Sigma\pm b\beta_1\beta_2'\ldots\beta_m^{(m-1)}=(-1)^{m(n+1)}B^{m-1}\{\mu b+\mu_1 b_1+\cdots+\mu_m b_m\}.$$

Unde e (5) fit:

$$(7)\qquad \mu b+\mu_1 b_1+\mu_2 b_2+\cdots+\mu_m b_m=B\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x_m}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_{m+1}}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_{n+m}}.$$

Variabiles, quarum respectu formatur Determinans

$$\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x_m}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_{m+1}}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_{n+m}},$$

sunt $n-m$ ex ipsis $x, x_1, \ldots, x_{n-1}$, pro quibus sumsi ipsas

$$x_m,\quad x_{m+1},\quad \ldots,\quad x_{n-1},$$

ac praeterea $m+1$ novae variabiles

$$x_n,\quad x_{n+1},\quad \ldots,\quad x_{n+m}.$$

Si $m=n$, variabiles, quarum respectu Determinans ad dextram formatur, omnes sunt novae

$$x_n,\quad x_{n+1},\quad \ldots,\quad x_{2n}.$$

Unde formula (7) docet, quomodo e functionum $f, f_1, \ldots, f_n$ Determinantibus b_k per idoneos factores multiplicatis e additis proveniat earundem functionum Determinans *quarumcunque* variabilium respectu formatum atque per ipsum B multiplicatum. Hinc bene patet, quod §. pr. demonstravi, quomodo, omnibus b_k evanescentibus neque ipso B evanescente, simul cuncta illa Determinantia evanescant.

In dextra parte aequationis (7) omnino non insunt differentialia

$$\frac{\partial f_n}{\partial x},\quad \frac{\partial f_n}{\partial x_1},\quad \ldots,\quad \frac{\partial f_n}{\partial x_{m-1}},$$

quae etiam quantitates μ_k non afficiunt, sed omnes quantitates $b, b_1, \ldots, b_m$.

In ipso Determinante

$$b_k = \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}} \cdot \frac{\partial f_n}{\partial x_{n+k}}$$

est Aggregatum terminorum per $\frac{\partial f_n}{\partial x}$ multiplicatorum

$$-\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x_{n+k}} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdot \frac{\partial f_2}{\partial x_2} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}}.$$

Unde e (7) haec fluit Propositio:

Sit μ_k functionum $f, f_1, \ldots, f_{n-1}$ Determinans, quod in Determinante

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x_m} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_{m+1}} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_{m+n}}$$

per $\frac{\partial f_n}{\partial x_{n+k}}$ multiplicatur, ubi $m \leqq n$, erit

$$\begin{aligned}
&\mu \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x_n} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdot \frac{\partial f_2}{\partial x_2} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}} \\
+&\mu_1 \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x_{n+1}} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdot \frac{\partial f_2}{\partial x_2} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}} \\
&\cdots\cdots\cdots\cdots\cdots \\
+&\mu_m \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x_{n+m}} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdot \frac{\partial f_2}{\partial x_2} \cdots \frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}} = 0.
\end{aligned}$$

Si $m = n$, in hac aequatione identica bina functionum $f, f_1, \ldots, f_{n-1}$ Determinantia in se ducta ita inter se comparata sunt, ut alterum formetur ipsarum $x_n, x_{n+1}, \ldots, x_{n+m}$ respectu una omissa, alterum formetur huius omissae atque aliarum variabilium $x_1, x_2, \ldots, x_{n-1}$ respectu.

17.

In formulis (1) et (3) §. pr. ponamus $n = 1$, sequitur ponendo

(1) $$b_k^{(i)} = \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_{i+1}}{\partial x_{k+1}}, \quad B = \frac{\partial f}{\partial x},$$

fieri

(2) $$\Sigma \pm b b_1' \ldots b_m^{(m)} = B^m \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_{m+1}}{\partial x_{m+1}}.$$

Ponamus esse x ipsarum $x_1, x_2, \ldots, x_n$ functionem determinatam aequatione

$$f = 0,$$

erit

$$(3)\qquad \frac{\partial f}{\partial x_{k+1}}+\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial x}{\partial x_{k+1}}=0,$$

ideoque

$$b_k^{(i)}=\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_{i+1}}{\partial x_{k+1}}-\frac{\partial f}{\partial x_{k+1}}\cdot\frac{\partial f_{i+1}}{\partial x}=\frac{\partial f}{\partial x}\left\{\frac{\partial f_{i+1}}{\partial x_{k+1}}+\frac{\partial f_{i+1}}{\partial x}\cdot\frac{\partial x}{\partial x_{k+1}}\right\}.$$

Si uncis innuimus, in functione differentianda ipsius x substitutum esse valorem per $x_1, x_2, \ldots, x_n$ exhibitum, erit

$$\left(\frac{\partial f_{i+1}}{\partial x_{k+1}}\right)=\frac{\partial f_{i+1}}{\partial x_{k+1}}+\frac{\partial f_{i+1}}{\partial x}\cdot\frac{\partial x}{\partial x_{k+1}},$$

ideoque

$$(4)\qquad b_k^{(i)}=\frac{\partial f}{\partial x}\left(\frac{\partial f_{i+1}}{\partial x_{k+1}}\right).$$

Hinc dividendo per B^m sequitur e (2), ubi simul $m+1=n$ ponitur,

$$(5)\qquad \frac{\partial f}{\partial x}\,\Sigma\pm\left(\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\right)\left(\frac{\partial f_2}{\partial x_2}\right)\cdots\left(\frac{\partial f_n}{\partial x_n}\right)=\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}.$$

Statuamus

$$\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}=A\cdot\frac{\partial f}{\partial x}+A_1\cdot\frac{\partial f}{\partial x_1}+A_2\cdot\frac{\partial f}{\partial x_2}+\cdots+A_n\cdot\frac{\partial f}{\partial x_n},$$

erit secundum (3)

$$\Sigma\pm\frac{\partial f}{\partial x}\cdot\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n}=\frac{\partial f}{\partial x}\left\{A-A_1\cdot\frac{\partial x}{\partial x_1}-A_2\cdot\frac{\partial x}{\partial x_2}-\cdots-A_n\cdot\frac{\partial x}{\partial x_n}\right\},$$

unde eruitur formula memorabilis:

$$(6)\qquad \Sigma\pm\left(\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\right)\cdot\left(\frac{\partial f_2}{\partial x_2}\right)\cdots\left(\frac{\partial f_n}{\partial x_n}\right)=A-A_1\cdot\frac{\partial x}{\partial x_1}-A_2\cdot\frac{\partial x}{\partial x_2}-\cdots-A_n\cdot\frac{\partial x}{\partial x_n},$$

ubi

$$A=\Sigma\pm\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\cdot\frac{\partial f_2}{\partial x_2}\cdots\frac{\partial f_n}{\partial x_n},$$

ipsaeque A_k e A prodeunt differentialibus ipsius x_k respectu sumtis differentialia ipsius x respectu sumta substituendo. Formula (6) inter egregia inventa Illustrissimi Lagrange censetur.

Ut e formula (2) deduceretur (6), observo, non necessarium fuisse, ut sicuti feci poneretur aequatio $f=0$. Nam cum in aequatione identica (2) ipsa f

quaecunque sit functio, pro ipsis quoque

$$\frac{\frac{\partial f}{\partial x_{k+1}}}{\frac{\partial f}{\partial x}}$$

in formula (2) quantitates arbitrarias ponere licet ideoque etiam quantitates $\frac{\partial x}{\partial x_{k+1}}$.

Ponamus

$$\frac{\partial f_i}{\partial x_k} = a_k^{(i)},$$

sequitur e (1) et (2), ponendo

(7) $$b_k^{(i)} = a a_{k+1}^{(i+1)} - a^{(i+1)} a_{k+1}$$

fieri

(8) $$\Sigma \pm b b_1' \dots b_m^{(m)} = a^m \Sigma \pm a a_1' a_2'' \dots a_m^{(m)}.$$

Qua in formula cum ipsa $a_k^{(i)}$ quantitates quascunque designare possint, ponamus

$$a^{(i+1)} = u_{i+1}, \quad a_{k+1}^{(i+1)} = \frac{\partial u_{i+1}}{\partial x_{k+1}},$$

designantibus $u, u_1, \dots, u_n$ quascunque variabilium

$$x_1, \quad x_2, \quad \dots, \quad x_n$$

functiones: erit

$$b_k^{(i)} = u \cdot \frac{\partial u_{i+1}}{\partial x_{k+1}} - u_{i+1} \cdot \frac{\partial u}{\partial x_{k+1}} = uu \cdot \frac{\partial \frac{u_{i+1}}{u}}{\partial x_{k+1}}.$$

Hinc ponendo rursus $m+1 = n$, suppeditat formula (8) Propositionem:

Designantibus $u, u_1, \dots, u_n$ ipsarum $x_1, x_2, \dots, x_n$ functiones, ponendo

$$\frac{u_1}{u} = v_1, \quad \frac{u_2}{u} = v_2, \quad \dots, \quad \frac{u_n}{u} = v_n,$$

fieri

(9) $$\Sigma \pm \frac{\partial v_1}{\partial x_1} \cdot \frac{\partial v_2}{\partial x_2} \cdots \frac{\partial v_n}{\partial x_n} = \frac{1}{u^{n+1}} \Sigma \pm u \cdot \frac{\partial u_1}{\partial x_1} \cdot \frac{\partial u_2}{\partial x_2} \cdots \frac{\partial u_n}{\partial x_n}.$$

Ipsis $u, u_1, \dots, u_n$ substituendo $tu, tu_1, \dots, tu_n$, designante t et ipsa functionem quamcunque, non mutabuntur $v_1, v_2, \dots, v_n$. Unde docet Propositio praecedens, ponendo tu, tu_1 etc. ipsarum u, u_1 etc. loco, Determinans

$$\Sigma \pm u \cdot \frac{\partial u_1}{\partial x_1} \cdot \frac{\partial u_2}{\partial x_2} \cdots \frac{\partial u_n}{\partial x_n}$$

aliam non subire mutationem nisi quod per factorem t^{n+1} multiplicetur, prorsus ac sit t Constans esset. Quod iam olim alia occasione adnotavi. (Diar. Crell. vol. XII. p. 40. — Cf. h. vol. p. 235, 236).

18.

Ratione simplicissima exhibetur Determinans functionale, quia ad unicum terminum revocatur, si functionibus in certum ordinem dispositis, quaeque in subsequentibus unius variabilis independentis loco introducatur. Quod convenit cum eliminatione successiva, qua plurium aequationum systema ita praeparatur, ut successive e singulis aequationibus singularum incognitarum valores petere liceat. Sit ex. gr. inter incognitas $x, x_1, \ldots, x_n$ datum aequationum systema

$$f = \alpha, \quad f_1 = \alpha_1, \quad \ldots, \quad f_n = \alpha_n;$$

e prima aequatione ipsius x valor per reliquas incognitas x_1, x_2 etc. exhibeatur atque in reliquis aequationibus substituatur, deinde e secunda aequatione, quae iam inter solas $x_1, x_2, \ldots, x_n$ erit, petatur ipsius x_1 valor per x_2, x_3 etc. exhibitus atque in reliquis aequationibus substituatur et ita porro. Ea ratione aequationum praecedentium systema ita praeparatur, ut f_n solam x_n; f_{n-1} solas x_n, x_{n-1}; f_{n-2} solas x_n, x_{n-1}, x_{n-2}, etc. implicet. Unde ultima aequatione ipsa x_n determinatur; eius valore in paenultima aequatione substituto, ea solam x_{n-1} implicabit ideoque ipsius x_{n-1} valorem suppeditat, et ita porro. Aequationibus dicto modo praeparatis, functio f_i praeter ipsas

$$x_i, \quad x_{i+1}, \quad \ldots, \quad x_n$$

adhuc implicabit quantitates

$$\alpha, \quad \alpha_1, \quad \ldots, \quad \alpha_{i-1}.$$

Pro quibus quantitatibus restituendo ipsas $f, f_1, \ldots, f_{i-1}$, fit f_i ipsarum

$$f, \quad f_1, \quad \ldots, \quad f_{i-1}, \quad x_i, \quad x_{i+1}, \quad \ldots, \quad x_n$$

functio; quod indicabo ipsius f_i loco scribendo

$$f_i(f, f_1, \ldots, f_{i-1}, x_i, x_{i+1}, \ldots, x_n).$$

Differentialia partialia autem ipsius f_i per illas quantitates exhibitae uncis includam, ut distinguantur a differentialibus eiusdem functionis per quantitates $x, x_1, \ldots, x_n$ exhibitae.

His positis, dabuntur $f, f_1, \ldots, f_n$ ut ipsarum $x, x_1, \ldots, x_n$ functiones per hoc aequationum systema:



$$0 = F = f - f(x, x_1, \ldots, x_n),$$
$$0 = F_1 = f_1 - f_1(f, x_1, x_2, \ldots, x_n),$$
$$0 = F_2 = f_2 - f_2(f, f_1, x_2, x_3, \ldots, x_n),$$
$$\cdots\cdots\cdots\cdots$$
$$0 = F_n = f_n - f_n(f, f_1, \ldots, f_{n-1}, x_n),$$

quae sunt aequationes $n+1$ inter variabiles

$$x, \quad x_1, \quad \ldots, \quad x_n, \quad f, \quad f_1, \quad \ldots, \quad f_n{}^{*)}.$$

Secundum (5.) §. 10 fit:

$$(1) \qquad \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n} = (-1)^{n+1} \frac{\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial x} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial x_n}}{\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial f} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial f_n}}.$$

E functionibus $F, F_1, \ldots, F_n$ unica F_n ipsam f_n involvit, unde omnibus

$$\frac{\partial F}{\partial f_n}, \quad \frac{\partial F_1}{\partial f_n}, \quad \ldots, \quad \frac{\partial F_{n-1}}{\partial f_n}$$

evanescentibus, fit

$$\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial f} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial f_n} = \left(\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial f} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial F_{n-1}}{\partial f_{n-1}} \right) \cdot \frac{\partial F_n}{\partial f_n}.$$

Ex omnibus $F, F_1, \ldots, F_{n-1}$ unica F_{n-1} ipsam f_{n-1} implicat, unde fit

$$\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial f} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial F_{n-1}}{\partial f_{n-1}} = \left(\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial f} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial F_{n-2}}{\partial f_{n-2}} \right) \cdot \frac{\partial F_{n-1}}{\partial f_{n-1}},$$

ideoque

$$\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial f} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial f_n} = \left(\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial f} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial F_{n-2}}{\partial f_{n-2}} \right) \cdot \frac{\partial F_{n-1}}{\partial f_{n-1}} \cdot \frac{\partial F_n}{\partial f_n}.$$

Sic pergendo tandem pervenitur ad formulam

$$\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial f} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial f_n} = \frac{\partial F}{\partial f} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial f_n}.$$

Et cum sit

$$\frac{\partial F}{\partial f} = \frac{\partial F_1}{\partial f_1} = \cdots = \frac{\partial F_n}{\partial f_n} = 1,$$

prodit

$$(2) \qquad \Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial f} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial f_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial f_n} = 1.$$

*) Idem signum f_i, pro variabili et functione sumtum, ambiguum non erit, quia functionali signo adieci quantitates, quas functio involvit.

Porro cum ex omnibus $F, F_1, \ldots, F_n$ unica F ipsam x; ex omnibus F_1, $F_2, \ldots, F_n$ unica F_1 ipsam x_1 etc. involvat, simili ratione obtinetur:

$$\Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial x} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial x_n} = \frac{\partial F}{\partial x} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial x_n}.$$

Fit autem

$$\frac{\partial F_i}{\partial x_i} = -\left(\frac{\partial f_i}{\partial x_i}\right),$$

unde

$$(3) \qquad \Sigma \pm \frac{\partial F}{\partial x} \cdot \frac{\partial F_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial F_n}{\partial x_n} = (-1)^{n+1} \left(\frac{\partial f}{\partial x}\right) \cdot \left(\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\right) \cdots \left(\frac{\partial f_n}{\partial x_n}\right).$$

Formulis (2) et (3) substitutis in (1) prodit formula memorabilis:

$$(4) \qquad \Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n} = \left(\frac{\partial f}{\partial x}\right) \cdot \left(\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\right) \cdots \left(\frac{\partial f_n}{\partial x_n}\right).$$

Cuius aequationis in laeva parte functiones f_i per $x, x_1, \ldots, x_n$ exhibitae finguntur, in dextra parte functio f_i per $f, f_1, \ldots, f_{i-1}, x_i, x_{i-1}, \ldots, x_n$ expressa supponitur.

19.

Theoremate §. pr. demonstrato nituntur formulae generales quae pro transformatione integralium multiplicium circumferuntur. Proponatur integrale multiplex

$$\int U \partial f \partial f_1 \ldots \partial f_n,$$

ubi U ipsarum $f, f_1, \ldots, f_n$ data functio est: integratio ita modo maxime generali instituitur, ut successive unius variabilis respectu integrando reliquae variabiles pro Constantibus habeantur, ita ut limites quoque integrationis harum variabilium functiones sint. Veluti primum ipsius f_n respectu integrando limites ipsarum $f, f_1, \ldots, f_{n-1}$ functiones erunt; integrale inventum iterum ipsius f_{n-1} respectu integrabitur eruntque limites ipsarum $f, f_1, \ldots, f_{n-2}$ functiones, et ita porro usque dum integrationes omnes transactae sunt. De illis integralibus multiplicibus valet theorema, quod in hac Theoria pro Principio haberi debet, siquidem functio U inter integrationum limites nunquam in infinitum abeat, integrationum ordinem quocunque modo placeat mutari posse, ita ut perinde sit, cuius variabilis respectu prima, cuius respectu secunda integratio fiat, et ita porro, dummodo novarum integrationum limites idonee determinentur. Quod

Principium per se clarum est, si integralis multiplicis valor ut limes summationis finitae definitur, intervallis continuo decrescentibus. Eius Principii ope facile absolvitur quaestio, quaenam expressio sub signo integrationis multiplicis substituenda sit elemento

$$\partial f \partial f_1 \dots \partial f_n,$$

ubi variabilium $f, f_1, \dots, f_n$ loco aliae variabiles introducantur.

Fiat integratio prima ipsius f_n respectu; pro qua variabili introducatur alia x_n statuendo f_n esse quampiam ipsius x_n functionem, quae involvere potest quantitates $f, f_1, \dots, f_{n-1}$, quae in prima illa integratione pro Constantibus habentur. Differentiali ∂f_n substituenda erit, si integratio ipsius x_n respectu efficienda est, expressio aequivalens

$$\partial f_n = \left(\frac{\partial f_n}{\partial x_n}\right) \partial x_n,$$

ita ut integrale multiplex propositum aequetur sequenti:

$$U\left(\frac{\partial f_n}{\partial x_n}\right) \partial f \partial f_1 \dots \partial f_{n-1} \partial x_n.$$

Iam vero integrationum ordinem mutemus neque ipsius x_n sed ipsius f_{n-1} respectu integrationem primam efficiamus. Rursus ipsius f_{n-1} loco aliam variabilem x_{n-1} introducamus statuendo f_{n-1} esse functionem ipsius x_{n-1} quampiam, quae involvere potest etiam reliquas quantitates $f, f_1, \dots, f_{n-2}, x_n$, quae in prima illa integratione pro Constantibus habentur: erit integrale propositum

$$\int U\left(\frac{\partial f_n}{\partial x_n}\right) \partial f \partial f_1 \dots \partial f_{n-2} \partial x_n \partial f_{n-1}$$
$$= \int U\left(\frac{\partial f_{n-1}}{\partial x_{n-1}}\right)\left(\frac{\partial f_n}{\partial x_n}\right) \partial f \partial f_1 \dots \partial f_{n-2} \partial x_n \partial x_{n-1}.$$

Rursus integrationum ordinem mutando non ipsius x_{n-1} sed ipsius f_{n-2} respectu integratio prima instituatur, pro qua nova variabilis x_{n-2} introducatur; sic post quamlibet novae variabilis introductionem ordinem integrationum commutando et rursus variabilis loco, cuius respectu integratio prima facienda est, novam variabilem introducendo, pervenietur tandem ad hanc integralis transformati expressionem:

$$\int U\left(\frac{\partial f}{\partial x}\right)\left(\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\right) \cdots \left(\frac{\partial f_n}{\partial x_n}\right) \partial x \partial x_1 \dots \partial x_n.$$

In qua expressione transformata est f_n ipsarum $f, f_1, \dots, f_{n-1}, x_n$, porro f_{n-1}

ipsarum $f, f_1, \ldots, f_{n-2}, x_{n-1}, x_n$, ac generaliter f_i ipsarum $f, f_1, \ldots, f_{i-1}, x_i, x_{i+1}, \ldots, x_n$ functio, ita ut ultima f omnes novas variabiles $x, x_1, \ldots, x_n$ involvat. At ipsius f expressionem in f_1, ipsarum f, f_1 expressiones in f_2, ipsarum f, f_1, f_2 expressiones in f_3 substituendo et ita porro, omnes $f, f_1, \ldots, f_n$ evadunt novarum variabilium $x, x_1, \ldots, x_n$ functiones, earumque functionum Determinans

$$\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n}$$

secundum theorema §. pr. probatum producto illi

$$\left(\frac{\partial f}{\partial x}\right)\left(\frac{\partial f_1}{\partial x_1}\right)\cdots\left(\frac{\partial f_n}{\partial x_n}\right)$$

aequatur. Quod si producto illi substituimus Determinans in integrali multiplici transformato, nanciscimur

$$\int U \partial f \partial f_1 \ldots \partial f_n = \int U.\left(\Sigma \pm \frac{\partial f}{\partial x} \cdot \frac{\partial f_1}{\partial x_1} \cdots \frac{\partial f_n}{\partial x_n}\right) \partial x \partial x_1 \ldots \partial x_n,$$

quae est formula generalis pro integrali multiplici transformando. Quam formulam pro duabus et tribus variabilibus eodem fere tempore Eulerus et Lagrange invenerunt, sed ille paullo prius. Et haec formula egregie analogiam differentialis et Determinantis functionalis declarat.

DE FUNCTIONIBUS ALTERNANTIBUS EARUMQUE DIVISIONE PER PRODUCTUM E DIFFERENTIIS ELEMENTORUM CONFLATUM.

AUCTORE

DR. C. G. J. JACOBI
PROF. ORD. MATH. REGIOM.

Crelle Journal für die reine und angewandte Mathematik, Bd. 22. p. 360—371.



DE FUNCTIONIBUS ALTERNANTIBUS EARUMQUE DIVISIONE PER PRODUCTUM E DIFFERENTIIS ELEMENTORUM CONFLATUM.

1.

Eleganter olim observavit Cl. Vandermonde, proposito Determinante

$$\Sigma \pm a_0^{(0)} a_1' a_2'' \dots a_n^{(n)},$$

si mutentur indices in exponentes, provenire Productum conflatum ex omnibus elementorum

$$a_0, \quad a_1, \quad a_2, \quad \dots, \quad a_n$$

differentiis,

$$\begin{aligned} P = (a_1 - a_0)(a_2 - a_0)(a_3 - a_0)\dots(a_n - a_0) \\ (a_2 - a_1)(a_3 - a_1)\dots(a_n - a_1) \\ (a_3 - a_2)\dots(a_n - a_2) \\ \dots\dots\dots \\ (a_n - a_{n-1}). \end{aligned}$$

Quod sic demonstratur. Functio quae elementorum Permutatione aliqua in valorem oppositum abit, nullum involvere potest terminum eadem Permutatione immutatum; adesse enim deberet etiam terminus oppositus et uterque se mutuo destrueret. Unde Productum P, quod duorum elementorum commutatione in valorem oppositum abit, evolutum carere debet terminis

$$a_0^{\alpha_0} a_1^{\alpha_1} a_2^{\alpha_2} \dots a_n^{\alpha_n},$$

in quibus duo exponentes vel plures inter se aequales sunt, quippe qui termini non mutantur duo elementa ad eandem dignitatem elata inter se commutando. Hinc exponentes

$$\alpha_0, \quad \alpha_1, \quad \alpha_2, \quad \dots, \quad \alpha_n$$

tantum valores induere possunt integros positivos a se diversos, et cum omnium summa aequare debeat Producti P dimensionem

$$\frac{n(n+1)}{2},$$

exponentes illi alii esse nequeunt quam

$$0,\ 1,\ 2,\ \ldots,\ n.$$

Quorumcunque enim aliorum inter se diversorum summa numerum $\frac{n(n+1)}{2}$ superaret. Coëfficientes autem terminorum illorum, in quibus α_0, α_1 etc. omnes inter se diversi sunt, alii esse nequeunt quam

$$\pm 1,$$

cum in faciendo Producto illi termini unico modo producantur. Ex. gr. terminus

$$a_0^0 a_1^1 a_2^2 \ldots a_n^n$$

aliter produci non potest quam singulorum factorum

$$\begin{array}{lllll} a_n - a_{n-1}, & a_n - a_{n-2}, & a_n - a_{n-3}, & \ldots, & a_n - a_0 \\ & a_{n-1} - a_{n-2}, & a_{n-1} - a_{n-3}, & \ldots, & a_{n-1} - a_0 \\ & & a_{n-2} - a_{n-3}, & \ldots, & a_{n-2} - a_0 \\ & & & \ldots & \ldots \\ & & & & a_1 - a_0 \end{array}$$

prima nomina inter se producendo. Nascitur igitur Producti P evolutio e termino

$$\pm a_0 a_1^1 a_2^2 \ldots a_n^n,$$

elementa $a_0, a_1, \ldots, a_n$ sive eorum indices subscriptos $0, 1, \ldots, n$ omnimodis permutando, signis insuper ea lege definitis ut binorum indicum commutatione Aggregatum omnium terminorum in valorem oppositum abeat. Quae ipsa est Determinantis formatio, siquidem exponentes pro indicibus habentur.

Ex antecedentibus patet in evolvendo Producto P perpaucos remanere terminos, longe plurimis se mutuo destruentibus. Nam producendo

$$\frac{n(n+1)}{2}$$

factores binomiales, proveniunt termini numero

$$2^{\frac{n(n+1)}{2}},$$

e quibus tantum remanent

$$1.2.3\ldots(n+1),$$

$n+1$ indicum Permutationibus respondentes. Sic quoties $n = 5$, e 32768 terminis nonnisi 720 remanent reliquis omnibus se mutuo destruentibus. Quamobrem rectius evolutio Producti eo explicatur, quod instar Determinantis se habeat, quam vice versa.

2.

E notis Determinantium proprietatibus similes quantitatum P petuntur. Sic pro tribus, quatuor etc. elementis successive formantur quantitates P per formulas

$$\begin{aligned}(a_1-a_0)(a_2-a_0)(a_2-a_1) &= a_1 a_2 (a_2-a_1)\\ &+a_2 a_0 (a_0-a_2)\\ &+a_0 a_1 (a_1-a_0),\end{aligned}$$

$$\Sigma\frac{(\alpha_2-\alpha_3)^2(\alpha_3-\alpha_1)^2(\alpha_1-\alpha_2)^2\Pi(\alpha_1,\alpha_2,\alpha_3)}{\varphi'(\alpha_1)\varphi'(\alpha_2)\varphi'(\alpha_3)(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)(x-\alpha_3)}+U$$

aequale aggregato trium productorum:

$$\left\{\frac{f(\alpha_1)}{\varphi'(\alpha_1)(x-\alpha_1)}+\frac{f(\alpha_2)}{\varphi'(\alpha_2)(x-\alpha_2)}+\cdots+\frac{f(\alpha_n)}{\varphi'(\alpha_n)(x-\alpha_n)}\right\}$$
$$\Sigma\frac{(\alpha_1-\alpha_2)^2\{\chi(\alpha_1)\psi(\alpha_2)+\chi(\alpha_2)\psi(\alpha_1)\}}{\varphi'(\alpha_1)\varphi'(\alpha_2)}(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)$$

$$+\left\{\frac{\chi(\alpha_1)}{\varphi'(\alpha_1)(x-\alpha_1)}+\frac{\chi(\alpha_2)}{\varphi'(\alpha_2)(x-\alpha_2)}+\cdots+\frac{\chi(\alpha_n)}{\varphi'(\alpha_n)(x-\alpha_n)}\right\}$$
$$\Sigma\frac{(\alpha_1-\alpha_2)^2\{\psi(\alpha_1)f(\alpha_2)+\psi(\alpha_2)f(\alpha_1)\}}{\varphi'(\alpha_1)\varphi'(\alpha_2)}(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)$$

$$+\left\{\frac{\psi(\alpha_1)}{\varphi'(\alpha_1)(x-\alpha_1)}+\frac{\psi(\alpha_2)}{\varphi'(\alpha_2)(x-\alpha_2)}+\cdots+\frac{\psi(\alpha_n)}{\varphi'(\alpha_n)(x-\alpha_n)}\right\}$$
$$\Sigma\frac{(\alpha_1-\alpha_2)^2\{f(\alpha_1)\chi(\alpha_2)+f(\alpha_2)\chi(\alpha_1)\}}{\varphi'(\alpha_1)\varphi'(\alpha_2)}(x-\alpha_1)(x-\alpha_2).$$

Horum trium productorum factores priores sunt

$$\frac{f(x)}{\varphi(x)}, \quad \frac{\chi(x)}{\varphi(x)}, \quad \frac{\psi(x)}{\varphi(x)}.$$

Porro si e Prop. IV additamenti secundi aliam deducimus loco x et y scribendo y et z, ipsis autem $f(\alpha)$ et $\chi(\alpha)$ substituendo $(x-\alpha)f(\alpha)$, $(x-\alpha)\chi(\alpha)$, patebit tertii producti factorem posteriorem aequari coëfficienti termini $\frac{1}{y^2 z}$ in evolutione fractionis

$$\frac{(y-z)(x-y)(x-z)\{f(y)\chi(z)+f(z)\chi(y)\}}{\varphi(y)\varphi(z)}.$$

Simili ratione duorum quoque aliorum productorum factoribus posterioribus expressis sequitur:

I. *Posito* $\varphi(x) = (x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\ldots(x-\alpha_n)$, *ac designantibus* $f(x)$, $\chi(x)$, $\psi(x)$ *alias quascunque variabilis* x *functiones rationales integras, nec non statuto* $\varphi'(x) = \frac{d\varphi(x)}{dx}$, *summam*

$$\Sigma \frac{(\alpha_1-\alpha_2)^2(\alpha_1-\alpha_3)^2(\alpha_2-\alpha_3)^2 \Pi(\alpha_1, \alpha_2, \alpha_3)}{\varphi'(\alpha_1)\varphi'(\alpha_2)\varphi'(\alpha_3)(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)(x-\alpha_3)} = -\Sigma \frac{\Pi(\alpha_1, \alpha_2, \alpha_3)}{M_{1,2,3}(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)(x-\alpha_3)}$$

tantum functione variabilis x *rationali integra discrepare a coëfficiente termini* $\frac{1}{y^2 z}$ *in evolutione fractionis*

$$\frac{(x-y)(x-z)(y-z)\Pi(x, y, z)}{\varphi(x)\varphi(y)\varphi(z)}.$$

Si statuitur $\chi(x) = x^{n-3}$, $\psi(x) = x^{n-3}$, atque $f(x)$ functio rationalis integra $(n-4)^{\text{ti}}$ gradus, in evolutione proposita fit termini $\frac{1}{y^2 z}$ coëfficiens $-\frac{2f(x)}{\varphi(x)}$. Si etiam $f(x) = x^{n-3}$, eiusdem termini coëfficiens fit $-\frac{6x^{n-3}}{\varphi(x)}$. Porro iis casibus evanescit functio rationalis integra, qua in genere utraque expressio proposita inter se differre potest. Unde propositio I abit in I additamenti primi.

Fractionibus omnibus secundum descendentes variabilis x potestates evolutis atque termini $\frac{1}{x^3}$ coëfficientibus collatis, e propositione antecedente emergit formula

$$\text{II.} \qquad -\Sigma \frac{\Pi(\alpha_1, \alpha_2, \alpha_3)}{M_{1,2,3}} = \left\{ \frac{(x-y)(x-z)(y-z)\Pi(x, y, z)}{\varphi(x)\varphi(y)\varphi(z)} \right\}_{\frac{1}{x^3 y^2 z}},$$

in qua uti placuit notatione Sect. I §. 8 proposita.

Antecedentibus erat $\Pi(x, y, z)$ functio trium variabilium x, y, z rationalis

integra symmetrica, sed quae forma speciali gaudebat aggregati productorum, quorum factores singuli singulas variabiles involvunt. At plures eiusmodi functiones addendo procreari potest functio ipsarum x, y, z rationalis integra symmetrica quaecunque. Unde patet, *et propositionem I et formulam II antecedentem valere ad omnes functiones* $\Pi(x, y, z)$ *rationales integras symmetricas.* Nec non eadem via ad functiones plurium variabilium pergendo, obtinetur propositio sequens:

Propositio generalis III.

Sit $\varphi(x) = (x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\dots(x-\alpha_n)$, *sintque* $f_1, f_2, \dots, f_n$ *variabilis* x *functiones rationales integrae quaecunque, porro sit* $\Pi(x_1, x_2, \dots, x_k)$ *quantitatum* $x_1, x_2, \dots, x_k$ *functio rationalis integra symmetrica quaecunque: positis*

$$M_{1,2,\dots,k} = \left\{\begin{matrix} (\alpha_1-\alpha_{k+1})(\alpha_1-\alpha_{k+2})\dots(\alpha_1-\alpha_n) \\ (\alpha_2-\alpha_{k+1})(\alpha_2-\alpha_{k+2})\dots(\alpha_2-\alpha_n) \\ \dots\dots\dots\dots \\ (\alpha_k-\alpha_{k+1})(\alpha_k-\alpha_{k+2})\dots(\alpha_k-\alpha_n) \end{matrix}\right\},$$

$$P(x, x_1, \dots, x_{k-1}) = \left\{\begin{matrix} (x-x_1)(x-x_2)\dots(x-x_{k-2})(x-x_{k-1}) \\ (x_1-x_2)\dots(x_1-x_{k-2})(x_1-x_{k-1}) \\ \dots\dots\dots \\ \dots\dots \\ (x_{k-2}-x_{k-1}) \end{matrix}\right\},$$

summa

$$\Sigma \frac{\Pi(\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_k)}{M_{1,2,\dots,k}(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\dots(x-\alpha_k)}$$

ad k *quaelibet ex elementis* $\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_n$ *extensa aut aequat aut tantum functione variabilis* x *rationali integra differt a coëfficiente termini* $\frac{1}{x_1^{k-1}x_2^{k-2}\dots x_{k-2}^2 x_{k-1}}$ *in evolutione fractionis*

$$(-1)^{\frac{1}{2}k(k-1)} \frac{P(x, x_1, \dots, x_{k-1})\Pi(x, x_1, \dots, x_{k-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\dots\varphi(x_{k-1})}$$

secundum descendentes variabilium $x_1, x_2, \dots, x_{k-1}$ *potestates instituta, summa*

$$\Sigma \frac{\Pi(\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_k)}{M_{1,2,\dots,k}}$$

aequat coëfficientem termini $\frac{1}{x^k x_1^{k-1}\dots x_{k-2}^2 x_{k-1}}$ *in evolutione eiusdem fractionis secundum omnium variabilium potestates descendentes facta.*

Si in functione $\boldsymbol{\Pi}$ variabilium nullius potestas superior $(n-k)^{\text{tae}}$ reperitur, atque fractio proposita secundum descendentes potestates variabilium $x_1, x_2, \ldots, x_i$ evolvitur, termini $\frac{1}{x_1 x_2^2 \ldots x_i^i}$ eius evolutionis coëfficiens aequat coëfficientem termini $x_1^{n-k} x_2^{n-k} \ldots x_i^{n-k}$ in ipsa functione $\boldsymbol{\Pi}$. Unde si ponitur $i = k-1$, propositio generalis §. 15 tradita emergit. Si ponitur $i = k$ atque $\boldsymbol{\Pi} = x^{n-k} x_1^{n-k} \ldots x_{k-1}^{n-k}$, sequitur e propositione praecedente formula elegans

$$\Sigma \frac{\alpha_1^{n-k} \alpha_2^{n-k} \ldots \alpha_k^{n-k}}{M_{1,2,\ldots,k}} = 1.$$

Propositio generalis III ad ipsum quoque valorem $k = n$ valet. Pro quo ipsi $M_{1,2,\ldots,k}$ substituere debemus *unitatem*. Unde e propositione generali eruitur haec:

IV. *Designante $\boldsymbol{\Pi}(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n)$ functionem rationalem integram symmetricam quamcunque, fractionem*

$$\frac{\boldsymbol{\Pi}(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n)}{(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\ldots(x-\alpha_n)}$$

aut aequare aut tantum functione variabilis x rationali integra differre a coëfficiente termini $\frac{1}{x_1^{n-1} x_2^{n-2} \ldots x_{n-1}}$ in evolutione fractionis

$$(-1)^{\frac{1}{2}n(n-1)} \frac{P(x, x_1, x_2, \ldots, x_{n-1}) \boldsymbol{\Pi}(x, x_1, x_2, \ldots, x_{n-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\varphi(x_2)\ldots\varphi(x_{n-1})}$$

secundum quantitatum $x_1, x_2, \ldots, x_{n-1}$ dignitates descendentes instituta; ipsam functionem

$$\boldsymbol{\Pi}(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n)$$

aequare coëfficientem termini $\frac{1}{x^n x_1^{n-1} x_2^{n-2} \ldots x_{n-1}}$ in evolutione eiusdem fractionis secundum omnium $x, x_1, x_2, \ldots, x_{n-1}$ potestates descendentes facta.

Scilicet propositio antecedens de generali III, valori $k = n-1$ applicata, eadem ratione deduci potest, qua supra e propositione valori $k = 2$ respondente aliam ad valorem $k = 3$ pertinentem deduxi.

§. 2.

Designemus per $S[F(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)]$ summam $1.2\ldots k$ quantitatum, e functione $F(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)$ permutatione argumentorum $\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k$ pro-

venientium; sitque $S[\pm F(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)]$ functio definita per formulam

$$P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k) S\left[\frac{F(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)}{P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)}\right] = S[\pm F(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)],$$

qua indicatur, valori permutatione elementorum $\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k$ e functione $F(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)$ provenienti signum $+$ aut $-$ tribuendum esse, prout eadem permutatione productum ex elementorum differentiis conflatum $P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)$ aut immutatum maneat, aut signum mutet. Constat, si $F(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)$ sit functio rationalis integra, fieri

$$\frac{S[\pm F(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)]}{P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)}$$

functionem rationalem integram symmetricam. Quae si in propositione generali III §. pr. ipsi $\boldsymbol{\Pi}$ substituitur, sequitur:

I. *Designante F functionem rationalem integram quamcunque, summam*

$$\Sigma \frac{S[\pm F(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)]}{P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k) M_{1,2,\ldots,k}(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\ldots(x-\alpha_k)}$$

aut aequare aut tantum functione variabilis x rationali integra diversam esse a coëfficiente termini $\dfrac{1}{x_1^{k-1} x_2^{k-2} \ldots x_{k-1}}$ *in evolutione fractionis*

$$(-1)^{\frac{1}{2}k(k-1)} \frac{S[\pm F(x, x_1, x_2, \ldots, x_{k-1})]}{\varphi(x)\varphi(x_1)\varphi(x_2)\ldots\varphi(x_{k-1})}$$

secundum potestates descendentes variabilium $x_1, x_2, \ldots, x_{k-1}$ *instituta; summam*

$$\Sigma \frac{S[\pm F(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)]}{P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k) M_{1.2,\ldots k}}$$

aequare coëfficientem termini $\dfrac{1}{x^k x_1^{k-1} x_2^{k-2} \ldots x_{k-1}}$ *in evolutione eiusdem fractionis secundum omnium* $x, x_1, x_2, \ldots, x_{k-1}$ *dignitates descendentes facta.*

Signo duplici ΣS semper innuo ex elementis $\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n$ omnimodis eligenda esse k diversa, haec omnimodis inter se permutanda atque omnium expressionum provenientium instituendam esse summationem.

Si rursus ponitur $k = n$, propositio antecedens in hanc abit:

II. *Quantitates*

$$\frac{S[\pm F(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n)]}{P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n)(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\ldots(x-\alpha_n)}, \quad \frac{S[\pm F(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n)]}{P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n)}$$

illam aut aequare aut tantum functione ipsius x rationali integra differre a coëfficiente termini $\frac{1}{x_1^{n-1}x_2^{n-2}\dots x_{n-1}}$ *in evolutione fractionis*

$$(-1)^{\frac{1}{2}n(n-1)}\frac{S[\pm F(x,\, x_1,\, x_2,\, \dots,\, x_{n-1})]}{\varphi(x)\varphi(x_1)\varphi(x_2)\dots\varphi(x_{n-1})}$$

secundum ipsarum $x_1, x_2, \dots, x_{n-1}$ *dignitates descendentes instituta, hanc aequare coëfficientem termini* $\frac{1}{x^n x_1^{n-1}x_2^{n-1}\dots x_{n-1}}$ *in evolutione eiusdem fractionis secundum omnium* $x, x_1, x_2, \dots, x_n$ *dignitates descendentes facta.*

§. 3

Si functio aliqua $\Phi(x, x_1, \dots, x_{k-1})$ secundum omnium variabilium potestates descendentes evoluta, permutatione variabilium in functionem $\Phi(x_{i_0}, x_{i_1}, \dots, x_{i_{k-1}})$ abit, huius evolutae terminus $\frac{1}{x^{a+1}x_1^{a_1+1}\dots x_{k-1}^{a_{k-1}+1}}$ eodem gaudet coëfficiente atque terminus $\frac{1}{xx_1\dots x_{k-1}}$ in evolutione functionis $x^a x_1^{a_1}\dots x_{k-1}^{a_{k-1}}\Phi(x_{i_0}, x_{i_1}, \dots, x_{i_{k-1}})$. Jam si in hac functione instituitur elementorum permutatio inversa, i. e. loco ipsorum $x_{i_0}, x_{i_1}, \dots, x_{i_{k-1}}$ restituuntur elementa $x, x_1, \dots, x_{k-1}$, terminus $\frac{1}{xx_1\dots x_{k-1}}$ non mutabitur, ideoque coëfficiens termini $\frac{1}{x^{a+1}x_1^{a_1+1}\dots x_{k-1}^{a_{k-1}+1}}$ in evolutione functionis $\Phi(x_{i_0}, x_{i_1}, \dots, x_{i_{k-1}})$ idem erit atque termini $\frac{1}{xx_1\dots x_{k-1}}$ in evolutione functionis $x^{a_{i_0}}x_1^{a_{i_1}}\dots x_{k-1}^{a_{i_{k-1}}}\Phi(x, x_1, \dots, x_{k-1})$.

Hinc, si coëfficientes illi, pro omnibus elementorum permutationibus eruti signisque $+$ aut $-$ pro ratione usitata affecti, inter se adduntur, sequitur, *coëfficientem termini*

$$\frac{1}{x^{a+1}x_1^{a_1+1}\dots x_{k-1}^{a_{k-1}+1}} \quad \textit{in evolutione functionis} \quad S[\pm\Phi(x,\, x_1,\, \dots,\, x_{k-1})]$$

eundem esse atque termini

$$\frac{1}{xx_1\dots x_{k-1}} \quad \textit{in evolutione functionis} \quad \Phi(x,\, x_1,\, \dots,\, x_{k-1})S[\pm(x^a x_1^{a_1}\dots x_{k-1}^{a_{k-1}})].$$

Ubi fit

$$a+1 = k, \quad a_1+1 = k-1, \quad \dots, \quad a_{k-1}+1 = 1,$$



erit

$$S[\pm(x^{k-1}x_1^{k-2}\dots x_{k-2}^1 x_{k-1}^0)] = P(x, x_1, \dots, x_{k-1}),$$

unde *coëfficiens termini*

$$\frac{1}{x^k x_1^{k-1}\dots x_{k-1}^1} \quad \textit{in evolutione functionis} \quad S[\pm\Phi(x, x_1, \dots, x_{k-1})]$$

idem fit atque termini

$$\frac{1}{x x_1 \dots x_{k-1}} \quad \textit{in evolutione functionis} \quad P(x, x_1, \dots, x_{k-1})\Phi(x, x_1, \dots, x_{k-1}).$$

Cujus lemmatis ope e propositione I §. pr. eruitur haec:

I. *Summam*

$$\Sigma\frac{S[\pm F(\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_k)]}{P(\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_k)M_{1,2,\dots,k}} = \Sigma\frac{P(\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_k)S[\pm F(\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_k)]}{\varphi'(\alpha_1)\varphi'(\alpha_2)\dots\varphi'(\alpha_k)}$$

aequalem esse coëfficienti termini

$$\frac{1}{x x_1 \dots x_{k-1}} \quad \textit{in evolutione fractionis} \quad \frac{P(x, x_1, \dots, x_{k-1})F(x, x_1, \dots, x_{k-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\dots\varphi(x_{k-1})};$$

ideoque, posito $k = n$:

II. *Expressionem*

$$(-1)^{\frac{1}{2}n(n-1)}\frac{S[\pm F(\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_n)]}{P(\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_n)} = \frac{P(\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_n)S[\pm F(\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_n)]}{\varphi'(\alpha_1)\varphi'(\alpha_2)\dots\varphi'(\alpha_n)}$$

aequalem esse coëfficienti termini

$$\frac{1}{x x_1 \dots x_{n-1}} \quad \textit{in evolutione fractionis} \quad \frac{P(x, x_1, \dots, x_{n-1})F(x, x_1, \dots, x_{n-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\dots\varphi(x_{n-1})}.$$

Hae propositiones cum iis conveniunt, quas tradidi in Diario Crelliano (Vol. XXII) [Pag. 441 huius vol.] in commentatione: *de functionibus alternantibus earumque divisione per productum e differentiis elementorum conflatum.* Quas ibi deduco ex alia propositione, quae sic exhiberi potest:

Propositio III.

Functione

$$\frac{P(x, x_1, \dots, x_{k-1})F(x, x_1, \dots, x_{k-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\dots\varphi(x_{k-1})}$$

secundum omnium $x, x_1, \dots, x_{k-1}$ dignitates descendentes evoluta, reiectisque terminis, qui non simul omnium $x, x_1, \dots, x_{k-1}$ dignitatibus afficiuntur

negativis, eadem remanet series atque proveniet de evolutione expressionis

$$\Sigma S\left[\frac{P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)F(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)}{\varphi'(\alpha_1)\varphi'(\alpha_2)\ldots\varphi'(\alpha_k)(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\ldots(x-\alpha_k)}\right]$$
$$= (-1)^{\frac{1}{2}k(k-1)}\Sigma S\left[\frac{F(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)}{P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)M_{1,2,\ldots,k}(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\ldots(x-\alpha_k)}\right],$$

ubi summationes signis Σ et S indicatae amplectuntur expressiones, quae omnibus modis electis k diversis ex elementis $\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n$ iisque omnibus modis inter se permutatis proveniunt.

Demonstratio huius propositionis nititur lemmate, *designante $f(x, y)$ functionem rationalem integram, functionem $\frac{(x-y)f(x, y)}{(x-a)(y-a)}$ secundum utriusque x et y dignitates descendentes evolutam non gaudere terminis simul utriusque x et y dignitatibus negativis affectis.*

Quod facile sequitur ex aequatione

$$\frac{x-y}{(x-a)(y-a)} = \frac{1}{y-a} - \frac{1}{x-a}.$$

Unde statim etiam hoc sequitur, *fractionem*

$$\frac{P(x, x_1, \ldots, x_{k-1})}{(x-a)(x_1-b)\ldots(x_{k-1}-h)}$$

secundum omnium $x, x_1, \ldots, x_{k-1}$ dignitates descendentes evolutam, quoties binae quantitates $a, b, \ldots, h$ non omnes inter se diversae existant, nullis gaudere terminis simul omnium $x, x_1, \ldots, x_{k-1}$ dignitatibus negativis affectis.

Evolutionibus semper secundum omnium variabilium dignitates descendentes institutis, indefinite ipsis U designentur functiones, in quarum evolutione unius vel alterius variabilium dignitates positivae reperiuntur. Hinc singulas fractiones $\frac{1}{\varphi(x)}, \frac{1}{\varphi(x_1)}, \ldots, \frac{1}{\varphi(x_{k-1})}$ resolvendo in simplices, omniumque multiplicationem instituendo, designante F functionem rationalem integram quamcunque, sequitur

$$\frac{P(x, x_1, \ldots, x_{k-1})F(x, x_1, \ldots, x_{k-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\ldots\varphi(x_{k-1})}$$
$$= \Sigma S\left[\frac{P(x, x_1, \ldots, x_{k-1})F(x, x_1, \ldots, x_{k-1})}{\varphi'(\alpha_1)\varphi'(\alpha_2)\ldots\varphi'(\alpha_k)(x-\alpha_1)(x_1-\alpha_2)\ldots(x_{k-1}-\alpha_k)}\right] + U.$$

Ubi singularum fractionum, quas summa antecedens amplectitur, numeratores secundum ipsorum $x_i - \alpha_i$, qui respective denominatorum factores sunt, potestates

evolvuntur, ex omnibus praeter primum evolutionis terminis nascuntur functiones, quas ad ipsam U relegare licet. Unde summae praecedenti substituere licet sequentem

$$\Sigma S\left[\frac{P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)F(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)}{\varphi'(\alpha_1)\varphi'(\alpha_2)\ldots\varphi'(\alpha_k)(x-\alpha_1)(x_1-\alpha_2)\ldots(x_{k-1}-\alpha_k)}\right],$$

quod propositionem demonstrandam suppeditat.

Ponendo $n = k$ e propositione III sequitur

$$(-1)^{\frac{1}{2}k(k-1)} S\left[\frac{F(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)}{P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)(x-\alpha_1)(x_1-\alpha_2)\ldots(x_{k-1}-\alpha_k)}\right]$$
$$= \frac{P(x, x_1, \ldots, x_{k-1})F(x, x_1, \ldots, x_{k-1})}{\Phi(\alpha_1)\Phi(\alpha_2)\ldots\Phi(\alpha_k)},$$

siquidem statuitur

$$\Phi(\alpha_i) = (x-\alpha_i)(x_1-\alpha_i)\ldots(x_{k-1}-\alpha_i).$$

Hinc e propositione III eruitur sequens formula:

IV. $$(-1)^{\frac{1}{2}k(k-1)}\Sigma S\left[\frac{F(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)}{P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)M_{1,2,\ldots,k}(x-\alpha_1)(x_1-\alpha_2)\ldots(x_{k-1}-\alpha_k)}\right]+U$$
$$= \Sigma\frac{P(x, x_1, \ldots, x_{k-1})F(x, x_1, \ldots, x_{k-1})}{M_{1,2,\ldots,k}\Phi(\alpha_1)\Phi(\alpha_2)\ldots\Phi(\alpha_k)}+U$$
$$= \frac{P(x, x_1, \ldots, x_{k-1})F(x, x_1, \ldots, x_{k-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\ldots\varphi(x_{k-1})},$$

ubi binae U non pro aequalibus habendae sunt.

Si in formula antecedente ponitur $F = 1$, fractiones ibi in considerationem vocatae evolutae nullos amplectuntur terminos nisi ex omnium variabilium dignitatibus negativis conflatos, unde binae U evanescunt. Eo igitur casu eruimus aequationem

V. $$(-1)^{\frac{1}{2}k(k-1)}\Sigma S\left[\frac{1}{P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_k)M_{1,2,\ldots,k}(x-\alpha_1)(x_1-\alpha_2)\ldots(x_{k-1}-\alpha_k)}\right]$$
$$= \Sigma\frac{P(x, x_1, \ldots, x_{k-1})}{M_{1,2,\ldots,k}\Phi(\alpha_1)\Phi(\alpha_2)\ldots\Phi(\alpha_k)} = \frac{P(x, x_1, \ldots, x_{k-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\ldots\varphi(x_{k-1})}.$$

Si ponitur $F = P(x, x_1, \ldots, x_{k-1})$, ex eadem formula IV sequitur

VI. $$(-1)^{\frac{1}{2}k(k-1)}\Sigma\frac{1}{M_{1,2,\ldots,k}} S\left[\frac{1}{(x-\alpha_1)(x_1-\alpha_2)\ldots(x_{k-1}-\alpha_k)}\right]+U$$
$$= \Sigma\frac{P^2(x, x_1, \ldots, x_{k-1})}{M_{1,2,\ldots,k}\Phi(\alpha_1)\Phi(\alpha_2)\ldots\Phi(\alpha_k)}+U = \frac{P^2(x, x_1, \ldots, x_{k-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\ldots\varphi(x_{k-1})}.$$

Si ponitur

$$F(x,\ x_1,\ \ldots,\ x_{k-1}) = \varphi'(x)\varphi'(x_1)\ldots\varphi'(x_{k-1}),$$

fit

$$F(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k) = (-1)^{\frac{1}{2}k(k-1)} P^2(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k) M_{1,2,\ldots,k},$$

ideoque

VII.
$$\Sigma S\left[\frac{P(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k)}{(x-\alpha_1)(x_1-\alpha_2)\ldots(x_{k-1}-\alpha_k)}\right]+U$$
$$=\Sigma\frac{P(x,\ x_1,\ \ldots,\ x_{k-1})\varphi'(x)\varphi'(x_1)\ldots\varphi'(x_{k-1})}{\Phi(\alpha_1)\Phi(\alpha_2)\ldots\Phi(\alpha_k)}+U=\frac{P(x,\ x_1,\ \ldots,\ x_{k-1})\varphi'(x)\varphi'(x_1)\ldots\varphi'(x_{k-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\ldots\varphi(x_{k-1})}.$$

In tribus formulis antecedentibus si ponitur $k = n$, fit

VIII.
$$S\left[\pm\frac{1}{(x-\alpha_1)(x_1-\alpha_2)\ldots(x_{n-1}-\alpha_n)}\right]=\frac{P(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_n)P(x,\ x_1,\ \ldots,\ x_{n-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\ldots\varphi(x_{n-1})}$$
$$=\frac{P^2(x,\ x_1,\ \ldots,\ x_{n-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\ldots\varphi(x_{n-1})}+U=\frac{P(x,\ x_1,\ \ldots,\ x_{n-1})\varphi'(x)\varphi'(x_1)\ldots\varphi'(x_{n-1})}{P(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_n)\varphi(x)\varphi(x_1)\ldots\varphi(x_{n-1})}+U.$$

§. 4.

Sequitur e propositione III §. praeced., designante U variabilis x functionem rationalem integram, statui posse

$$\left\{\frac{P(x,\ x_1,\ \ldots,\ x_{k-1})F(x,\ x_1,\ \ldots,\ x_{k-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\ldots\varphi(x_{k-1})}\right\}_{\frac{1}{x_1^{k-1}x_2^{k-2}\ldots x_{k-1}}}$$
$$=(-1)^{\frac{1}{2}k(k-1)}\Sigma S\left[\frac{F(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k)\alpha_2^{k-2}\alpha_3^{k-3}\ldots\alpha_{k-1}^1\alpha_k^0}{P(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k)M_{1,2,\ldots,k}(x-\alpha_1)}\right]+U.$$

Statuamus esse $F(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k)$ functionem ipsarum $\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k$ symmetricam $F(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k) = \Pi(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k)$, omnibus modis inter se permutando elementa $\alpha_2,\ \alpha_3,\ \ldots,\ \alpha_k$ et expressiones provenientes addendo, e functione

$$\frac{\alpha_2^{k-2}\alpha_3^{k-3}\ldots\alpha_{k-1}^1\alpha_k^0}{P(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k)(x-\alpha_1)}=\frac{\alpha_2^{k-2}\alpha_3^{k-3}\ldots\alpha_{k-1}^1\alpha_k^0}{P(\alpha_2,\ \alpha_3,\ \ldots,\ \alpha_k)}\cdot\frac{1}{(\alpha_1-\alpha_2)(\alpha_1-\alpha_3)\ldots(\alpha_1-\alpha_k).(x-\alpha_1)}$$

nascitur

$$\frac{1}{(\alpha_1-\alpha_2)(\alpha_1-\alpha_3)\ldots(\alpha_1-\alpha_k).(x-\alpha_1)}.$$

Porro ipsum α_1 cum $\alpha_2,\ \alpha_3,\ \ldots,\ \alpha_k$ commutamus et summationem instituimus, unde iam summatio ad omnes ipsarum $\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k$ permutationes extensa est, ex expressione antecedente eruimus

$$\frac{1}{(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\ldots(x-\alpha_k)}.$$

Hinc substituendo simul $F = \Pi$, summa duplex in hanc abit

$$(-1)^{\frac{1}{2}k(k-1)}\Sigma\frac{\Pi(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k)}{M_{1,2,\ldots,k}(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\ldots(x-\alpha_k)},$$

ideoque fit

I. $$\left\{\frac{P(x,\ x_1,\ \ldots,\ x_{k-1})\Pi(x,\ x_1,\ \ldots,\ x_{k-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\ldots\varphi(x_{k-1})}\right\}_{\frac{1}{x_1^{k-1}x_2^{k-2}\ldots x_{k-1}}}$$

$$= (-1)^{\frac{1}{2}k(k-1)}\Sigma\frac{\Pi(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k)}{M_{1,2,\ldots,k}(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\ldots(x-\alpha_k)}+U,$$

quae est propositio generalis III §. 1 tradita.

Simili modo e prop. III §. pr. eruitur, designantibus $\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_i$ quaecunque i diversa ex elementis $\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k$, fieri

$$\left\{\frac{P(x,\ x_1,\ \ldots,\ x_{k-1})\Pi(x,\ x_1,\ \ldots,\ x_{k-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\ldots\varphi(x_{k-1})}\right\}_{\frac{1}{x_i^{k-i}x_{i+1}^{k-i-1}\ldots x_{k-1}}}$$

$$= (-1)^{\frac{1}{2}k(k-1)}\Sigma\frac{\Pi(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k)}{M_{1,2,\ldots,k}}SS\left[\frac{\alpha_{i+1}^{k-i-1}\alpha_{i+2}^{k-i-2}\ldots\alpha_{k-1}^{1}\alpha_k^{0}}{P(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k)(x-\alpha_1)(x_1-\alpha_2)\ldots(x_{i-1}-\alpha_i)}\right]$$

$$= (-1)^{\frac{1}{2}k(k-1)}\Sigma\frac{\Pi(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k)}{M_{1,2,\ldots,k}}S\left[\frac{P(\alpha_{i+1},\ \alpha_{i+2},\ \ldots,\ \alpha_k)}{P(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k)(x-\alpha_1)(x_1-\alpha_2)\ldots(x_{i-1}-\alpha_i)}\right],$$

ubi duplici S innuo, distributis omnimodis k elementis in duas classes i et $k-i$ elementorum, cum i tum $k-i$ elementa omnimodis rursus inter se permutanda esse; simplex autem S tantum terminos amplectitur permutatis i elementis provenientes, cum functio reliquorum $k-i$ respectu iam symmetrica facta sit.

In formula V §. 3

$$(-1)^{\frac{1}{2}k(k-1)}\Sigma S\left[\frac{1}{P(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k)M_{1,2,\ldots,k}(x-\alpha_1)(x_1-\alpha_2)\ldots(x_{k-1}-\alpha_k)}\right]$$

$$= \frac{P(x,\ x_1,\ \ldots,\ x_{k-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\ldots\varphi(x_{k-1})}$$

si ipsi n substituimus k, ipsi k autem i, atque observamus fieri

$$P(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k)M_{1,2,\ldots,k} = \frac{P(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_n)}{P(\alpha_{k+1},\ \alpha_{k+2},\ \ldots,\ \alpha_n)},$$

eruitur

$$(-1)^{\frac{1}{2}i(i-1)}S\left[\frac{P(\alpha_{i+1},\ \alpha_{i+2},\ \ldots,\ \alpha_k)}{P(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \ldots,\ \alpha_k)(x-\alpha_1)(x_1-\alpha_2)\ldots(x_{i-1}-\alpha_i)}\right] = \frac{P(x,\ x_1,\ \ldots,\ x_{i-1})}{\Psi(\alpha_1)\Psi(\alpha_2)\ldots\Psi(\alpha_k)},$$

siquidem signo S hic ut supra innuimus, ex k elementis omnimodis i eligenda atque haec omnimodis inter se permutanda esse, atque functione $\Psi(\alpha)$ designatur productum

$$\Psi(\alpha) = (x-\alpha)(x_1-\alpha)\dots(x_{i-1}-\alpha).$$

Formulam antecedentem substituendo nanciscimur hanc:

$$\text{II.} \qquad \left\{\frac{P(x,\ x_1,\ \dots,\ x_{k-1})\Pi(x,\ x_1,\ \dots,\ x_{k-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\dots\varphi(x_{k-1})}\right\}_{\frac{1}{x_i^{k-i} x_{i+1}^{k-i-1}\dots x_{k-1}}}$$

$$= \Sigma \frac{\Pi(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \dots,\ \alpha_k)P(x,\ x_1,\ \dots,\ x_{i-1})}{M_{1,2,\dots,k}\Psi(\alpha_1)\Psi(\alpha_2)\dots\Psi(\alpha_k)} + U,$$

ubi U est variabilium x, x_1, ..., x_i functio, quae secundum earum dignitates descendentes evoluta termino nullo gaudet omnium dignitatibus negativis affecto. Quae formula est propositionis III §. 1 amplificatio.

§. 5.

Evolutiones antecedentibus instituendas accuratius examinemus. E quadratis differentiarum elementorum x, x_1, ..., x_{k-1} facto producto $P^2(x, x_1, \dots, x_{k-1})$, statuamus eius terminum esse

$$c x^m x_1^{m_1} \dots x_{k-1}^{m_{k-1}};$$

evoluta fractione

$$\frac{P^2(x,\ x_1,\ \dots,\ x_{k-1})}{\varphi(x)\varphi(x_1)\dots\varphi(x_{k-1})},$$

positoque $n+p_i-m_i = q_i+1$, ex eo termino prodibunt evolutionis termini

$$\frac{c\overset{p}{C}\overset{p_1}{C}\dots\overset{p_{k-1}}{C}}{x^{q+1} x_1^{q_1+1}\dots x_{k-1}^{q_{k-1}+1}},$$

designantibus $\overset{p}{C}$ summas combinationum cum repetitionibus ex elementis α_1, α_2, ..., α_n, indice p exhibente numerum elementorum sive aequalium sive diversorum, e quibus singula producta conflantur. Constat enim, evolutae fractionis $\frac{1}{\varphi(x)}$ terminum generalem esse

$$\frac{\overset{p}{C}}{x^{n+p}}.$$

Hinc formula VI §. 3 suppeditat aequationem

$$\text{I.} \qquad (-1)^{\frac{1}{2}k(k-1)} \Sigma \frac{S[\alpha_1^q \alpha_2^{q_1} \dots \alpha_k^{q_{k-1}}]}{M_{1,2,\dots,k}} = \Sigma c \overset{q+m-n+1}{C} \overset{q_1+m_1-n+1}{C} \dots \overset{q_{k-1}+m_{k-1}-n+1}{C},$$

in cuius dextra parte ipsis c, m, m_1, $\ldots$, m_{k-1} valores omnes competunt, pro quibus $cx^m x_1^{m_1} \ldots x_{k-1}^{m_{k-1}}$ est terminus evolutionis producti $P^2(x, x_1, \ldots, x_{k-1})$ atque numeri $q+m$, q_1+m_1, $\ldots$, $q_{k-1}+m_{k-1}$ ipsum $n-1$ aut aequant aut superant.

Si $k=2$, fit $P^2(x, x_1) = x^2+x_1^2-2xx_1$, ideoque aut $m=2$, $m_1=0$, $c=1$; aut $m=0$, $m_1=2$, $c=1$; aut $m=m_1=1$, $c=-2$. Hinc eruitur

$$-\Sigma \frac{\alpha_1^q \alpha_2^{q_1}+\alpha_1^{q_1}\alpha_2^q}{M_{1,2}} = \overset{q+3-n}{C}\,\overset{q_1+1-n}{C} + \overset{q_1+3-n}{C}\,\overset{q+1-n}{C} - 2\overset{q+2-n}{C}\,\overset{q_1+2-n}{C}.$$

In qua formula sicuti in sequentibus, si index ipsius C negativus evadit, ipsum C evanescit, si index ipsius C evanescit, ipsum C unitati aequandum.

Si $q=q_1$, fit:

$$-\Sigma \frac{\alpha_1^q \alpha_2^q}{M_{1,2}} = \overset{q+1-n}{C}\,\overset{q+3-n}{C} - \overset{q+2-n}{C}{}^2;$$

si $q_1 = n-2$, fit:

$$-\Sigma \frac{\alpha_1^{n-2}\alpha_2^q+\alpha_2^{n-2}\alpha_1^q}{M_{1,2}} = \overset{1}{C}\,\overset{q+1-n}{C} - 2\overset{q+2-n}{C};$$

si $q=q_1=n-1$, eruitur:

$$\Sigma \frac{\alpha_1^{n-1}\alpha_2^{n-1}}{M_{1,2}} = \overset{1}{C}{}^2 - \overset{2}{C},$$

ideoque summae ambarum quantitatum α_1, α_2, $\ldots$, α_n aequale.

Ut formulae eruantur maioribus ipsius k valoribus respondentes, observo, generaliter obtineri evolutionem producti $(-1)^{\frac{1}{2}k(k-1)}P^2(x, x_1, \ldots, x_{k-1})$, *si primum formetur determinans potestatum*

$$\begin{array}{cccc} x^{k-1} & x_1^{k-2} & \ldots & x_{k-1}^0 \\ x^k & x_1^{k-1} & \ldots & x_{k-1}^1 \\ \vdots & \vdots & & \vdots \\ x^{2k-2} & x_1^{2k-3} & \ldots & x_{k-1}^{k-1}, \end{array}$$

ac deinde in quoque eius termino elementa x, x_1, $\ldots$, x_{k-1} *omnimodis permutentur.* Ita potestatum

$$\begin{array}{ccc} x^2 & x_1^1 & x_2^0 \\ x^3 & x_1^2 & x_2^1 \\ x^4 & x_1^3 & x_2^2 \end{array} \quad \text{fit determinans} \quad \left\{\begin{array}{l} x^2x_1^2x_2^2+x^4x_1x_2+x^3x_1^3 \\ -x^2x_1^3x_2-x^3x_1x_2^2-x^4x_1^2 \end{array}\right\},$$

ideoque, si functiones symmetricas uno eorum termino uncis incluso denotamus,

$$-P^2(x, x_1, x_2) = 6x^2x_1^2x_2^2+2(x^4x_1x_2)+2(x^3x_1^3)-2(xx_1^2x_2^3)-(x^2x_1^4).$$

Hinc si terminorum generaliter diversorum, qui ipsos q, q_1, q_2 permutando obtinentur, tantum unus aliquis scribitur, eruitur haec formula:

$$\begin{aligned}-\Sigma\frac{\alpha_1^{q}\alpha_2^{q_1}\alpha_3^{q_2}+\cdots}{M_{1,2,3}} = {} & \overset{q+1-n}{C}\;\overset{q_1+3-n}{C}\;\overset{q_2+5-n}{C}+\cdots \\ & -2(\overset{q+1-n}{C}\;\overset{q_1+4-n}{C}\;\overset{q_2+4-n}{C}+\cdots) \\ & +2(\overset{q+2-n}{C}\;\overset{q_1+3-n}{C}\;\overset{q_2+4-n}{C}+\cdots) \\ & -2(\overset{q+5-n}{C}\;\overset{q_1+2-n}{C}\;\overset{q_2+2-n}{C}+\cdots) \\ & -6\;\overset{q+3-n}{C}\;\overset{q_1+3-n}{C}\;\overset{q_2+3-n}{C}.\end{aligned}$$

Si numerorum q, q_1, q_2 duo vel omnes tres inter se aequales existunt, aequalium inter se permutatione supersederi potest, modo factor numericus adiiciatur. Hinc si $q = q_1 = q_2$, fit

$$-\Sigma\frac{\alpha_1^{q}\alpha_2^{q}\alpha_3^{q}}{M_{1,2,3}} = \overset{q+1-n}{C}\;\overset{q+3-n}{C}\;\overset{q+5-n}{C} - \overset{q+1-n}{C}\;\overset{q+4-n}{C^2} + 2\,\overset{q+2-n}{C}\;\overset{q+3-n}{C}\;\overset{q+4-n}{C} - \overset{q+5-n}{C}\;\overset{q+2-n}{C^2} - \overset{q+3-n}{C^3}.$$

Si $q = q_1 = q_2 = n-2$, fit

$$\Sigma\frac{\alpha_1^{n-2}\alpha_2^{n-2}\alpha_3^{n-2}}{M_{1,2,3}} = \overset{1}{C^3} + \overset{3}{C} - 2\overset{1}{C}\,\overset{2}{C},$$

ideoque summae ternarum quantitatum α_1, α_2, ..., α_n aequale. Generaliter secundum antecedentibus probatur:

II. *Summa*

$$\Sigma\frac{S[\alpha_1^{q}\alpha_2^{q_1}\ldots\alpha_k^{q_{k-1}}]}{M_{1,2,\ldots,k}}$$

aequalis fit aggregato determinantium, quae permutando numeros $q, q_1, \ldots, q_{k-1}$ *proveniunt e determinante quantitatum*

$$\begin{matrix} \overset{q+k-n}{C} & \overset{q_1+k-1-n}{C} & \ldots & \overset{q_{k-1}+1-n}{C} \\ \overset{q+k+1-n}{C} & \overset{q_1+k-n}{C} & \ldots & \overset{q_{k-1}+2-n}{C} \\ \cdot & \cdot & \cdot & \cdot \\ \cdot & \cdot & \cdot & \cdot \\ \overset{q+2k-1-n}{C} & \overset{q_1+2k-2-n}{C} & \ldots & \overset{q_{k-1}+k-n}{C} \end{matrix}$$

Si complures quantitatum q, q_1, ... inter se aequales fiunt, aequalium inter se permutatione instituenda cum in formanda summa $S[\alpha_1^{q}\alpha_2^{q_1}\ldots\alpha_k^{q_{k-1}}]$, tum in formandis determinantibus supersedere potest, quia summae inter se aequales per

eundem numerum multiplicantur. Casu speciali, quo $q = q_1 = \cdots = q_{k-1} = n-k+1$, summa

$$\Sigma \frac{\alpha_1^{n-k+1}\alpha_2^{n-k+1}\ldots\alpha_k^{n-k+1}}{M_{1,2,\ldots,k}}$$

aequatur determinanti quantitatum

$$\begin{matrix} \overset{1}{C} & 1 & 0 & \ldots & 0 \\ \overset{2}{C} & \overset{1}{C} & 1 & \ldots & 0 \\ \cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot \\ \cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot \\ \overset{k}{C} & \overset{k-1}{C} & \overset{k-2}{C} & \ldots & \overset{1}{C}. \end{matrix}$$

Hoc autem determinans generaliter aequale fit summae productorum $(k-n)$-arum diversarum e quantitatibus $\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n$; quod sic demonstro.

Ponendo

$$(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\ldots(x-\alpha_n) = \overset{0}{A}x^n - \overset{1}{A}x^{n-1} + \overset{2}{A}x^{n-2} - \cdots \pm \overset{n}{A},$$

fit

$$(\overset{0}{A}x^n - \overset{1}{A}x^{n-1} + \overset{2}{A}x^{n-2} - \cdots \pm \overset{n}{A})\left(\frac{1}{x^n} + \frac{\overset{1}{C}}{x^{n+1}} + \frac{\overset{2}{C}}{x^{n+2}} + \cdots\right) = 1,$$

unde habetur systema aequationum

$$\begin{aligned} &\overset{0}{A} = 1, \\ &\overset{1}{C}\overset{0}{A} - \overset{1}{A} = 0, \\ &\overset{2}{C}\overset{0}{A} - \overset{1}{C}\,\overset{1}{A} + \overset{2}{A} = 0, \\ &\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot \\ &\overset{k}{C}\overset{0}{A} - \overset{k-1}{C}\,\overset{1}{A} + \overset{k-2}{C}\,\overset{2}{A} - \cdots + (-1)^k\overset{k}{A} = 0. \end{aligned}$$

Quae sunt aequationes lineares, in quibus pro incognitis habentur quantitates $\overset{0}{A}, -\overset{1}{A}, \overset{2}{A}, \ldots, (-1)^k\overset{k}{A}$, pro datis quantitates $\overset{1}{C}, \overset{2}{C}, \ldots$. Unde per notas formulas generales resolutionis aequationum linearium invenitur $\overset{k}{A}$ aequalis functioni, cuius numerator est determinans supra propositus, denominator autem est unitas; q. e. d. Generaliter antecedentibus patet, *quomodo coëfficientes serierum divisione provenientium ad determinantium formam revocentur.*

§. 6.

Propositionem antecedentibus inventam, designantibus $\overset{1}{A}, \overset{2}{A}, \ldots, \overset{n}{A}$ *combinationes sine repetitionibus* ex elementis $\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n$, ita ut sit

$$(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\ldots(x-\alpha_n) = x^n - \overset{1}{A}x^{n-1} + \overset{2}{A}x^{n-2} - \cdots \pm \overset{n}{A},$$

designante porro $M_{1,2,\dots,k}$ productum e $k(n-k)$ factoribus, qui detrahendo $n-k$ quantitates $\alpha_{k+1}, \alpha_{k+2}, \dots, \alpha_n$ de k elementis $\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_k$ proveniunt,

$$M_{1,2,\dots,k} = \left\{\begin{matrix} (\alpha_1-\alpha_{k+1})(\alpha_1-\alpha_{k+2})\dots(\alpha_1-\alpha_n) \\ (\alpha_2-\alpha_{k+1})(\alpha_2-\alpha_{k+2})\dots(\alpha_2-\alpha_n) \\ \dots\dots\dots\dots \\ (\alpha_k-\alpha_{k+1})(\alpha_k-\alpha_{k+2})\dots(\alpha_k-\alpha_n) \end{matrix}\right\}$$

fieri

I. $$\overset{k}{A} = \Sigma \frac{\alpha_1^{n-k}\alpha_2^{n-k}\dots\alpha_k^{n-k}}{M_{1,2,\dots,k}},$$

etiam sequenti modo demonstratur. Scilicet e formula nota hic iam saepius in usum vocata, productum e differentiis quantitatum $x, \alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_n$

$$P(x, \alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_n) = P(\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_n)(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\dots(x-\alpha_n)$$

aequatur determinanti

$$\Sigma \pm x^n \alpha_1^{n-1}\alpha_2^{n-2}\dots\alpha_{n-1}^1\alpha_n^0,$$

in quo igitur determinante si colligimus terminos per x^{n-k} multiplicatos, eorum aggregatum aequari debet quantitati

$$(-1)^k P(\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_n)\overset{k}{A},$$

unde fit

$$P(\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_n)\overset{k}{A} = \Sigma \pm \alpha_1^n \alpha_2^{n-1}\dots\alpha_k^{n-k+1}\alpha_{k+1}^{n-k-1}\alpha_{k+2}^{n-k-2}\dots\alpha_n^0$$

ideoque

$$\overset{k}{A} = \frac{\Sigma \pm \alpha_1^n \alpha_2^{n-1}\dots\alpha_k^{n-k+1}\alpha_{k+1}^{n-k-1}\alpha_{k+2}^{n-k-2}\dots\alpha_n^0}{P(\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_n)}.$$

Permutationes elementorum $\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_n$ ita adornemus, ut n elementa omnibus modis in duas classes k et $n-k$ elementorum distribuamus atque pro singulis distributionibus utriusque classis elementa seorsim inter se permutemus. Simul pro singulis distributionibus substituendo formulas huiusmodi:

$$P(\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_n) = P(\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_k)P(\alpha_{k+1}, \alpha_{k+2}, \dots, \alpha_n)M_{1,2,\dots,k},$$

determinans ad dextram sic exhiberi potest:

$$\Sigma \frac{\alpha_1^{n-k}\alpha_2^{n-k}\dots\alpha_k^{n-k}}{M_{1,2,\dots,k}} S\left[\frac{\alpha_1^{k-1}\alpha_2^{k-2}\dots\alpha_k^0}{P(\alpha_1, \alpha_2, \dots, \alpha_k)}\right] S\left[\frac{\alpha_{k+1}^{n-k-1}\alpha_{k+2}^{n-k-2}\dots\alpha_n^0}{P(\alpha_{k+1}, \alpha_{k+2}, \dots, \alpha_n)}\right].$$

At summae signis S denotatae *unitati* aequales sunt, unde fit

$$\overset{k}{A} = \Sigma \frac{\alpha_1^{n-k}\alpha_2^{n-k}\dots\alpha_k^{n-k}}{M_{1,2,\dots,k}};$$

q. d. e.

Eadem methodo ad formulas multo generaliores pervenitur, videlicet solvitur problema, *designantibus* $m_1, m_2, \ldots, m_n$ *exponentes diversos, quotientem*

$$\frac{\Sigma \pm \alpha_1^{m_1} \alpha_2^{m_2} \ldots \alpha_n^{m_n}}{P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n)}$$

per elementorum $\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n$ *combinationes sine repetitionibus* $\overset{i}{A}$ *exprimere.* Sit m_1 maximus numerorum $m_1, m_2, \ldots, m_n$ atque

$$r = m_1 - n + 1,$$

expressio illa evadit determinans r^{ti} gradus ex ipsis $\overset{i}{A}$ formatum. Sint $p_1, p_2, \ldots, p_r$ numeri integri positivi diversi, qui una cum numeris $m_1, m_2, \ldots, m_n$ seriem numerorum naturalium a 0 usque ad m_1 constituunt, positisque r quantitatibus $x_1, x_2, \ldots, x_r$, consideremus terminum $x_1^{p_1} x_2^{p_2} \ldots x_r^{p_r}$ in evolutione producti

$$P(x_1, x_2, \ldots, x_r, \alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n).$$

E formula

$$P(x_1, x_2, \ldots, x_r, \alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n) = \Sigma \pm x_1^{m_1} x_2^{m_1-1} \ldots x_r^{n} \alpha_1^{n-1} \alpha_2^{n-2} \ldots \alpha_n^{0},$$

in qua sub signo Σ exponentes $0, 1, 2, \ldots, m_1$ omnimodis inter se permutandi sunt, eruitur

$$\varepsilon \Sigma \pm \alpha_1^{m_1} \alpha_2^{m_2} \ldots \alpha_n^{m_n},$$

designante ε aut $+1$ aut -1, prout productum

$$P(p_1, p_2, \ldots, p_r, m_1, m_2, \ldots, m_n)$$

positivo aut negativo valore gaudet. At e formula

$$\begin{aligned} P(x_1, x_2, \ldots, x_r, \alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n) &= P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n) P(x_1, x_2, \ldots, x_r) \varphi(x_1) \varphi(x_2) \ldots \varphi(x_r) \\ &= P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n) \Sigma \pm x_1^{r-1} x_2^{r-2} \ldots x_r^{0} . \varphi(x_1) \varphi(x_2) \ldots \varphi(x_r), \end{aligned}$$

cum sit

$$\varphi(x) = x^n - \overset{1}{A} x^{n-1} + \overset{2}{A} x^{n-2} - \cdots \pm \overset{n}{A},$$

eiusdem termini coëfficiens eruitur

$$(-1)^s P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n) \Sigma \pm \overset{m_1-p_1}{A} \; \overset{m_1-p_2-1}{A} \ldots \overset{m_1-p_r-r+1}{A},$$

designante s summam ipsorum

$$m_1 - p_1, \quad m_1 - p_2 - 1, \quad \ldots, \quad m_1 - p_r - r + 1,$$

quam observo esse

$$s = m_1 + m_2 + \cdots + m_n - \tfrac{1}{2} n(n-1).$$

Sub signo Σ numeri $p_1, p_2, \ldots, p_r$ omnimodis inter se permutandi sunt,

et post factas permutationes quodlibet A indice aut negativo aut ipsi n superiore affectum ponendum est $=0$, indice 0 affectum $=1$. Utraque coëfficientis termini $x_1^{p_1}x_2^{p_2}\dots x_r^{p_r}$ expressione inter se collata eruitur formula generalis:

II. $$\frac{\varepsilon\Sigma\pm\alpha_1^{m_1}\alpha_2^{m_2}\dots\alpha_n^{m_n}}{P(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \dots,\ \alpha_n)} = (-1)^s\Sigma\pm\overset{m_1-p_1}{A}\ \overset{m_1-p_2-1}{A}\dots\overset{m_1-p_r-r+1}{A}.$$

Si ponitur

$$m_1-p_i = h_i,$$

quantitates, e quibus determinans ad dextram formandum est, fiunt

$$\begin{array}{cccc} \overset{h_1}{A} & \overset{h_2}{A} & \dots & \overset{h_r}{A} \\ \overset{h_1-1}{A} & \overset{h_2-1}{A} & \dots & \overset{h_r-1}{A} \\ \cdot & \cdot & \cdot & \cdot \\ \overset{h_1-r+1}{A} & \overset{h_2-r+1}{A} & \dots & \overset{h_r-r+1}{A}. \end{array}$$

Statuamus ex. gr. n numeros $m_1,\ m_2,\ \dots,\ m_n$ esse omnes inde a $n+r-1$ usque ad $n+r-k$ omnesque inde a $n-k-1$ usque ad 0, quo casu erit

$$\Sigma\frac{\alpha_1^{m_1}\alpha_2^{m_2}\dots\alpha_n^{m_n}}{P(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \dots,\ \alpha_n)}$$

$$= \Sigma\left\{\frac{(\alpha_1\alpha_2\dots\alpha_k)^{n+r-k}}{M_{1,2,\dots,k}} S\left[\frac{\alpha_1^{k-1}\alpha_2^{k-2}\dots\alpha_k^0}{P(\alpha_1,\ \alpha_2,\ \dots,\ \alpha_k)}\right] S\left[\frac{\alpha_{k+1}^{n-k-1}\alpha_{k+2}^{n-k-2}\dots\alpha_n^0}{P(\alpha_{k+1},\ \alpha_{k+2},\ \dots,\ \alpha_n)}\right]\right\}$$

$$= \Sigma\frac{\alpha_1^{n+r-k}\alpha_2^{n+r-k}\dots\alpha_k^{n+r-k}}{M_{1,2,\dots,k}},$$

porro

$$\varepsilon = (-1)^s = (-1)^{kr};$$

sequitur propositio:

designatis $\overset{1}{A},\ \overset{2}{A},\ \dots,\ \overset{n}{A}$ *elementorum* $\alpha_1,\ \alpha_2,\ \dots,\ \alpha_n$ *combinationes sine repetitionibus, summam*

$$\Sigma\frac{\alpha_1^{n+r-k}\alpha_2^{n+r-k}\dots\alpha_k^{n+r-k}}{M_{1,2,\dots,k}}$$

aequalem fieri determinanti quantitatum

$$\begin{array}{cccc} \overset{k}{A} & \overset{k+1}{A} & \dots & \overset{k+r-1}{A} \\ \overset{k-1}{A} & \overset{k}{A} & \dots & \overset{k+r-2}{A} \\ \cdot & \cdot & \cdot & \cdot \\ \overset{k-r+1}{A} & \overset{k-r+2}{A} & \dots & \overset{k}{A}. \end{array}$$

Si r ipsum n seu elementorum numerum superat, fit schema indicum quantitatum A, quarum determinans est formandum,

$$\begin{array}{llllllllll}
k & k+1 & \dots & n & * & & \dots & * & \dots & * \\
k-1 & k & \dots & n-1 & n & * & \dots & * & \dots & * \\
\cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot \\
0 & 1 & \dots & n-k & n-k+1 & \dots & n & * & \dots & * \\
* & 0 & \dots & \dots & \dots & \dots & n-1 & n & * & * \\
\cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot \\
* & \dots & * & 0 & 1 & \dots & \dots & \dots & \dots & n \\
* & \dots & \dots & * & 0 & 1 & \dots & \dots & \dots & n-1 \\
\cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot \\
* & \dots & \dots & \dots & \dots & * & 0 & 1 & \dots & k,
\end{array}$$

ubi tot reperiuntur series completae $0, 1, \dots, n$, quot unitatibus numerus n ab ipso r superatur. Si $k = 1$, determinantis valor quantitati $\overset{r}{C}$ aequalis fit; si $r = k$, in ipsum $\overset{k}{A}$ redit.

§. 7.

Revertor ad formulas generales §. 5 propositas, in quibus si ponitur $k = n$, nascitur propositio, qua quaecunque functio symmetrica per *combinationes cum repetitionibus* exprimitur. Etenim si functiones symmetricas uno earum termino uncis incluso denotamus, sequitur e II §. 5:

I. *fieri* $(\alpha_1^q \alpha_2^{q_1} \dots \alpha_n^{q_{n-1}})$ *aequale summae determinantium, quae permutando numeros* $q, q_1, \dots, q_{n-1}$ *e determinante nascuntur quantitatum*

$$\begin{array}{cccc}
\overset{q_{n-1}}{C} & \overset{q_{n-2}-1}{C} & \dots & \overset{q+1-n}{C} \\
\overset{q_{n-1}+1}{C} & \overset{q_{n-2}}{C} & \dots & \overset{q+2-n}{C} \\
\cdot & \cdot & \cdot & \cdot \\
\overset{q_{n-1}+n-1}{C} & \overset{q_{n-2}+n-2}{C} & \dots & \overset{q}{C},
\end{array}$$

ubi permutatione aequalium supersedendum.

Exempli gratia examinemus, quaenam hac ratione pro summis potestatum eruatur formula. Pro his omnes quantitates $q, q_1, \dots, q_{n-1}$ praeter unam evanescunt. Unde ut schemata quantitatum, e quibus determinantia formanda sunt, eruantur, in schemate quantitatum

$$\begin{array}{ccccc}
\overset{0}{C} & \overset{-1}{C} & \overset{-2}{C} & \dots & \overset{1-n}{C} \\
\overset{1}{C} & \overset{0}{C} & \overset{-1}{C} & \dots & \overset{2-n}{C} \\
\cdot & \cdot & \cdot & \cdot & \cdot \\
\overset{n-1}{C} & \overset{n-2}{C} & \overset{n-3}{C} & \dots & \overset{0}{C}
\end{array}$$

successive in prima, secunda, ..., n^{ta} verticali indices ipsorum C eodem numero q augendi sunt, dum in reliquis verticalibus immutati manent, post quam augmentationem factam singulis casibus quantitates C indice negativo affectae nullitati aequandae sunt. Determinantia n systematum quantitatum sic provenientia inter se iuncta aequabuntur summae $\alpha_1^q+\alpha_2^q+\cdots+\alpha_n^q$. Quam determinantium summam hoc modo obtinere licet.

Formentur ad instar aequationum

$$\begin{aligned}
&y_i = \overset{q-i}{C},\\
&\overset{1}{C}\, y_i + \quad y_i' = \overset{q+1-i}{C},\\
&\overset{2}{C}\, y_i + \overset{1}{C}\, y_i' + \quad y_i'' = \overset{q+2-i}{C},\\
&\ldots\ldots\ldots\ldots\\
&\overset{n-1}{C}\, y_i + \overset{n-2}{C}\, y_i' + \overset{n-3}{C}\, y_i'' + \cdots + \overset{1}{C} y_i^{(n-2)} + y_i^{(n-1)} = \overset{q+n-1-i}{C}
\end{aligned}$$

n systemata aequationum linearium tribuendo successive indici i valores 0, 1, 2, ..., $n-1$.

E primo systemate eruatur valor ipsius y_0, e secundo valor ipsius y_1', e tertio ipsius y_2'' et ita porro, erit

$$\alpha_1^q+\alpha_2^q+\cdots+\alpha_n^q = y_0+y_1'+\cdots+y_{n-1}^{(n-1)}.$$

At generaliter si evolvimus productum

$$(y_i x^{n-1}+y_i' x^{n-2}+y_i'' x^{n-3}+\cdots+y_i^{(n-1)})\left(\frac{1}{x^n}+\frac{\overset{1}{C}}{x^{n+1}}+\frac{\overset{2}{C}}{x^{n+2}}+\cdots\right)$$
$$= \frac{y_i x^{n-1}+y_i' x^{n-2}+y_i'' x^{n-3}+\cdots+y_i^{(n-1)}}{x^n-\overset{1}{A} x^{n-1}+\overset{2}{A} x^{n-2}-\cdots\pm\overset{n}{A}},$$

secundum aequationes lineares propositas eruimus

$$\frac{\overset{q-i}{C}}{x}+\frac{\overset{q+1-i}{C}}{x^2}+\frac{\overset{q+2-i}{C}}{x^3}+\cdots+\frac{\overset{q+n-1-i}{C}}{x^n}+\cdots,$$

unde fit

$$y_i x^{n-1}+y_i' x^{n-2}+y_i'' x^{n-3}+\cdots+y_i^{(n-1)}$$
$$= (x^n-\overset{1}{A} x^{n-1}+\overset{2}{A} x^{n-2}-\cdots\pm\overset{n}{A})\left(\frac{\overset{q-i}{C}}{x}+\frac{\overset{q+1-i}{C}}{x^2}+\frac{\overset{q+2-i}{C}}{x^3}+\cdots\right).$$

Hinc aequatur $y_i^{(i)}$ constanti, qua afficitur evolutio producti

$$(x^n-\overset{1}{A} x^{n-1}+\overset{2}{A} x^{n-2}-\cdots\pm\overset{n}{A})\left(\frac{\overset{q-i}{C}}{x^{n-i}}+\frac{\overset{q+1-i}{C}}{x^{n-i+1}}+\cdots+\frac{\overset{q}{C}}{x^n}\right),$$

ideoque aequatur $y_0+y_1'+\cdots+y_{n-1}^{(n-1)}$ constanti, qua afficitur evolutio producti

$$(x^n-\overset{1}{A}x^{n-1}+\overset{2}{A}x^{n-2}-\cdots\pm\overset{n}{A})\left(\frac{n\overset{q}{C}}{x^n}+\frac{(n-1)\overset{q-1}{C}}{x^{n-1}}+\frac{(n-2)\overset{q-2}{C}}{x^{n-2}}+\cdots+\frac{\overset{q-n+1}{C}}{x}\right),$$

sive coëfficienti termini $\frac{1}{x}$ in evolutione producti

$$-(x^n-\overset{1}{A}x^{n-1}+\overset{2}{A}x^{n-2}-\cdots\pm\overset{n}{A})\frac{d}{dx}\{x^q(x^n-\overset{1}{A}x^{n-1}+\overset{2}{A}x^{n-2}-\cdots\pm\overset{n}{A})^{-1}\}.$$

Jam si reputamus functionis rationalis differentiale evolutum potestate variabilis $(-1)^{\text{ta}}$ vacare, ei coëfficienti substituere possumus coëfficientem termini $\frac{1}{x}$ in evoluta functione

$$x^q\frac{d}{dx}[\lg(x^n-\overset{1}{A}x^{n-1}+\overset{2}{A}x^{n-2}-\cdots\pm\overset{n}{A})]=x^q\left\{\frac{1}{x-\alpha_1}+\frac{1}{x-\alpha_2}+\cdots+\frac{1}{x-\alpha_n}\right\},$$

quem patet esse $\alpha_1^q+\alpha_2^q+\cdots+\alpha_n^q$. Quae est formulae generalis verificatio.

Ipsam propositionem generalem I per notas determinantium proprietates demonstrare licet. Ponamus enim

$$\frac{(x-\alpha_1)(x-\alpha_2)\dots(x-\alpha_n)}{x-\alpha_i}=x^{n-1}+\overset{1}{A}_i x^{n-2}+\overset{2}{A}_i x^{n-3}+\cdots+\overset{n-1}{A}_i,$$

erit

$$\frac{1}{x-\alpha_i}=(x^{n-1}+\overset{1}{A}_i x^{n-2}+\overset{2}{A}_i x^{n-2}+\cdots+\overset{n-1}{A}_i)\left(\frac{1}{x^n}+\frac{\overset{1}{C}}{x^{n+1}}+\frac{\overset{2}{C}}{x^{n+2}}+\cdots\right),$$

unde sequitur formula

$$\alpha_i^p=\overset{p}{C}+\overset{1}{A}_i\overset{p-1}{C}+\overset{2}{A}_i\overset{p-2}{C}+\cdots+\overset{n-1}{A}_i\overset{p-n+1}{C}.$$

Adhibendo notam propositionem, qua binorum determinantium productum rursus ut determinans exhibetur, e formula antecedente sequitur, productum determinantium e systematis quantitatum

$$\begin{matrix}\overset{q_{n-1}}{C} & \overset{q_{n-2}-1}{C} & \dots & \overset{q+1-n}{C}\\ \overset{q_{n-1}+1}{C} & \overset{q_{n-2}}{C} & \dots & \overset{q+2-n}{C}\\ \cdot & \cdot & \cdot & \cdot\\ \overset{q_{n-1}+n-1}{C} & \overset{q_{n-2}+n-2}{C} & \dots & \overset{q}{C}\end{matrix}\quad\text{et}\quad\begin{matrix}\overset{n-1}{A}_1 & \overset{n-1}{A}_2 & \dots & \overset{n-1}{A}_n\\ \overset{n-2}{A}_1 & \overset{n-2}{A}_2 & \dots & \overset{n-2}{A}_n\\ \cdot & \cdot & \cdot & \cdot\\ 1 & 1 & & 1\end{matrix}$$

aequari determinanti potestatum

$$\begin{matrix}\alpha_1^{q_{n-1}+n-1} & \alpha_1^{q_{n-2}+n-2} & \dots & \alpha_1^q\\ \alpha_2^{q_{n-1}+n-1} & \alpha_2^{q_{n-2}+n-2} & \dots & \alpha_2^q\\ \vdots & \vdots & & \vdots\\ \alpha_n^{q_{n-1}+n-1} & \alpha_n^{q_{n-2}+n-2} & \dots & \alpha_n^q,\end{matrix}$$

quod, intelligendo sub signo Σ elementa $\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n$ permutari, denotemus formula

$$\Sigma \pm \alpha_1^{q_{n-1}+n-1} \alpha_2^{q_{n-2}+n-2} \ldots \alpha_n^{q} = P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n) \Sigma \frac{\alpha_1^{q_{n-1}} \alpha_2^{q_{n-2}} \ldots \alpha_n^{q} . \alpha_1^{n-1} \alpha_2^{n-2} \ldots \alpha_n^{0}}{P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n)}.$$

Hinc, si vocamus K summam illam determinantium e quantitatibus C formatorum, quae permutatione numerorum q e supra apposito prodeunt, porro B determinans e quantitatibus praecedentibus $\overset{k}{A}_i$ formatum, fit

$$KB = (\alpha_1^{q} \alpha_2^{q_1} \ldots \alpha_n^{q_{n-1}}) P(\alpha_1, \alpha_2, \ldots, \alpha_n).$$

At per similem determinantium multiplicationem fit

